3854



UNIV ENT

Mr. H. O. Leith.

1830.

ORIGINES
LIVONIAE
SACRAE ET CIVILIS.

ORIGINES LIVONIAE SACRAE ET CIVILIS,

SEV

CHRONICON LIVONICVM VETVS,

CONTINENS

RES GESTAS TRIVM PRIMORVM EPISCOPORVM: QVIBVS DEVICTAE A SAXONIBVS, ET AD SACRA CHRISTIANORVM TRADVCTAE LIVONIAE ABSOLVITVR

HISTORIA;

A PIO QVODAM SACERDOTE, QVI IPSE TANTIS REBVS INTERFVIT, CONSCRIPTA, ET AD ANNVM CHRISTI NATI ɔɔɔ cc xxvi. DEDVCTA.

E CODICE MS. RECENSVIT,

SCRIPTORVM CVM AETATE, TVM LOCIS VICINORVM TESTIMONIIS ILLVSTRAVIT,

SILVAMQVE DOCVMENTORVM ET TRIPLICEM INDICEM ADIECIT

IOAN. DANIEL GRVBER.
A. B.

FRANCOFVRTI ET LIPSIAE
ANNO MDCCXL.

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO,

PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

GEORGIO II.

MAGNAE BRITANNIAE,

FRANCIAE ET HIBERNIAE

REGI,

DEFENSORI FIDEI,

BRVNSVICENSIVM ET LVNEBVRGENSIVM

DVCI,

SACRI ROMANI IMPERII NOVEMVIRO

ET ARCHITHESAVRARIO,

PRINCIPI OPTIMO, FELICI,

AVGVSTO,

PATRI PATRIAE,

DOMINO LONGE CLEMENTISSIMO,

VITAM, SALVTEM, VICTORIAM.

SERENISSIME ET POTENTISSIME

REX,

DOMINE INDVLGENTISSIME.

LIVONIAM, ex his, quæ TVO nutu ac ditione gubernantur, prouinciis orbi noſtro primitus apertam; mox bello plus quam tricennali appetitam, mediaque inter ar-

ma ciuilis ad cultum vitæ et ad ſacra Chriſtianorum traductam, ad pedes TVOS mecum proſterno, REX POTENTISSIME. Liuoniam, inquam, priſci æui mortalibus huius continentis incolis diu incognitam; diu inuiſam: Sed cuius aperiundæ cognoſcendæque tempus et gloriam, vt alia multa, in Magni illius Slauorum domitoris, HENRICI LEONIS, tempora fortuna reſeruauerat. Illo enim decantatiſſimo Heroe, TVI generis indubio proauctore, Saxonum rebus cum ſuprema poteſtate præſidente, Slauiamque Tranſalbinam fauſto ſidere debellatam tribus ſacris infulis ornante, Bremenſes mercatores, mare Balthicum nauigantes, dum ad celeberrimum olim Wiſbuenſe emporium iter dirigunt, primi omnium cis mare habitantium, caſu, an conſilio? per fretum Domneſenſe ad oſtium Dunæ, atque adeo in Liuoniam, quaſi in nouum orbem, delati, cum diu ex mercium commutatione quæſtum feciſſent, poſtremo pios quoſdam ſacerdotes eo deduxerunt, qui populum barbarum et incultum, ſine Deo, ſine Lege, ſine Rege viuentem, ad humanitatem, ad rerum diuinarum cognitionem, iuſtique et æqui obſeruantiam informarent. Horum defenſioni,

ſimul

ſimul regioni occupandæ, vtriusque ordinis homines, nobiles, ignobiles, magno numero ex vtraque Saxonia, cis et trans Viſurgim poſita, veluti ver ſacrum, quotannis in Liuoniam nauigauerunt: quorum pars maior ſucceſſu temporis in quamdam bellicæ ſocietatis ſpeciem coaleſcens, FRATRVM MILITIAE CHRISTI nomen adſciuit. Hi, ut appareret, quod Liuonos vel ferro ſibi ad obſequium depoſcerent, præter communem omnibus ſacris militiis Crucem, Gladii quoque effigiem veſtibus adſutam prætulere: inde Gladiferi appellati.

Et HENRICVS quidem ille, quem in atauis TVIS numeras, REGVM MAXIME, quo minus ipſe per ſe tanto negotio manum admoueret, fata interceſſere. Par tamen nobile purpuratorum eius, quorum alter HENRICI exercitus; alter conſilia rexit, e commilitio illius in hanc ſcenam prodiit, in qua virtus eorum, et ſtudium, et animus ſuper ceteros eminuit. Horum nomina et memoriam ut hic refricem, narrationis dulcedine illectus, patere, quæſo, DOMINE! quamquam nihil rerum LEONIS ſit, quod TE fugiat, qui Maiorum TVORVM geſta omnia

in numerato habes, memoriaque tenes. Quare dum primarios rerum HENRICI LEONIS *administros, ſupremum ſcilicet Militiæ præfectum et virorum in toga principem, nomino; de* BERNHARDO, *Lippiæ Comite, atque de* HARTWICO, *Bremenſi Archipræſule, ſermonem mihi futurum, quin proſpicias, non dubito. Fuit* HARTWICVS *ille* Vtledenſis, *hoc eſt, e veteri villa* Lyd *oriundus, antiqua equeſtri familia natus, quæ inde nomen traxit, atque hodienum per agrum Bremenſem floret. Fortunas autem ſuas* HENRICO LEONI *acceptas retulit. In huius aula enutritus, ob probatam Domino fidem, et ſummam in rebus gerendis ſolertiam, ita gradatim honoribus creuit, ut poſtremo ei parti reipublicæ præficeretur, quæ in conſiliis ſuppeditandis, in iure dicundo, et Domini mandatis in literas referendis verſatur. Nos Cancellarium vocamus, quem eius ætatis monimenta Notarium Principis appellant. Eiuſdem Domini beneficio in ſummæ ædis Bremenſis collegium adſcitus, poſt exceſſum Sifridi, Alberti Vrſi filii, infulam ipſam virtute ſua et ſpectata probitate conſecutus eſt. Hac in ſpecula conſtitutus, licet iiſdem cum Domino fluctibus iacta-*

iactaretur, et ob præstitam huic in aduersis fidem, annum in Anglia, reliquum tempus in aula Brunsuicensi exularet; si conuictus cum veteri Domino exilium appellari potest: Liuonum tamen salutem curæ sibi cordique habuit, atque ipse vnus rara felicitate tres primos Liuonienſium Episcopos, quorum Gestis describendis hic liber absoluitur, delegit, atque a se consecratos in Liuoniam misit. BERNHARDVS autem, Lippiæ Comes, insolitum prorsus et ad omnem posteritatem memorabile spectaculum suis præparauit. Is enim, qui diu HENRICI LEONIS copiarum ductor fuerat, ex labantibus Domini rebus tantum mœroris ac tædii contraxit, vt luci hominum se subduceret; vt relictis castris atque penatibus, relicta vxore cum liberis, nudus et vacuus in solitudinem, quasi in portum salutis, confugeret; vt, posito sago, cucullam indueret; vt inter homines Cistercienſis ordinis delitescens, literas tum primum addiscere, et sacri præconis muneri se præparare occiperet. Cui cum se iam parem sentiret vegetus senex, cum aliis bonis viris in Liuoniam migrauit, vbi Dunamundenſi cœnobio præfectus, tantam in Liuonis et Semigallis ad cognitionem Christi perducendis operam

posuit

posuit, vt dignus haberetur, qui primus Semigallorum Antistes fieret, a filio, Traiectensium Præsule, Præsul ipse inauguratus. LEONIS filii, quod ipsi per se facere iniquo Parentis fato impediebantur, per sororem GERTRVDIM effeciſſe videntur, CANVTO iuniori, Danorum Regi, nuptam. Eius enim laudi tranſſcribendum puto, quod aula Danica tertium Liuoniæ Epiſcopum opibus ſuis vſque adeo inſtruxit, vt is primo itinere cum claſſe nauium viginti trium ſoluere potuerit in Liuoniam. Quæ cuncta propterea commemoro, vt appareat, quantum HENRICI LEONIS familia, proceres, amici et clientes in hoc elaborauerint, vt Liuonia, *quæ ante idolorum cultui dedita, partimque ſui iuris et libera, partim Ruthenica fuit,* Teutonica *fieret eademque* Chriſtiana.

Quod quemadmodum peractum, quæ virorum in hac palæſtra deſudantium nomina, quæ partes fuerint; quæ vrbes tum conditæ; quæ caſtra expugnata; quæ regiones occupatæ; quæ iudicia inſtituta; et huiusmodi ſexcenta alia, quæ in conſtituenda noua republica, et in plantanda religione Chriſtiana ſuſcipienda erant; quin etiam quam immaniter in miſeros

feros illos ferro ignique ſæuitum ſit, et quorum pars longe maxima adhuc ignorabatur; eas res omnes homo Liuonus, qui cunctis ipſe interfuit, rudi quidem ſtilo et ſcribentis ſeculum redolente; at tanta fide, tam perſpicue, tamque copioſe enarrat, vt in Originibus Liuoniæ ſacræ et ciuilis, quod paucis ciuitatibus contingere memini, parum ſuperſit, quod iure quiſquam poſſit deſiderare.

Atque hoc ipſum hominis peregrini opus, publice nondum viſum, e carcere quingentorum et amplius annorum ego nunc libero, meiſque curis et vigiliis nonnihil expolitum TVIS ſub auſpiciis, REGVM OPTIME, in lucem prodire iubeo. Equidem et meo me modulo metiri ſcio, et quæ Regibus offerre deceat, haud ignoro. Quæ cogitanti mihi trepidandum foret, ſi cum Principe indocto, immiti, atque ab his ſtudiis noſtris alieno, et non niſi iis bonis, quæ ſors tribuere ſolet, ſubnixo, agendum eſſet. At in TE, DOMINE CLEMENTISSIME, quot virtutes, quot dotes ſunt, quas neque auguſtis natalibus, neque fortunæ debes: ſed propria ingenii vi; ſed diuturna animi, quem TIBI natura excelſum attribuit, ad decus et rectum conformatione; ſed bonorum librorum et omnis generis voluminum lectione, etiam inter multiplices curas, quas regendorum tot populorum et pace et

bello prouincia adfert, TIBImet ipſe comparaſti? Habeo ex ore viri, qui inter TVAE formatores adoleſcentiæ fuerat, TE iam in illa ætate ita laboris patientem, ita iuſti et æqui cupidum fuiſſe, vt publicas nouiſſimorum ſeculorum tranſactiones proprio Marte in compendium mitteres, memoriæque mandares, quo aliquando in iſto rerum humanarum faſtigio, in quo TE collocatum videmus, exacte ſcires, quid cuique gentium ipſe debeas; quid ab vnoquoque viciſſim iure poſtules. Quid igitur mirum, ſi præter cetera ſtudia, illa TE capit nuntia vetuſtatis, lux temporum, ſchola exemplorum, et alma ciuilis prudentiæ genitrix, HISTORIA? Atque hic ego non aliorum teſtimonio; ſed fide aurium mearum et oculorum nitor. Quoties theſaurum illum TVVM librarium, meæ curæ concreditum, inuiſis; quoties me ad colloquium admittis: inuiſis autem et admittis, quoties e regno TVO in hanc vrbem venis: de acceſſionibus noſtris hiſtoricis quæris; volumina præſtantiora auidis oculis inſpicis et diiudicas; codices membraneos, etiam vltimam ætatem attingentes, ſine hæſitatione legis; diplomatum, quæ habemus, argumenta tenes ante, quam efferuntur, et de Maiorum TVORVM monimentis, quæ ſuperſunt, tam doctos ſermones cædis, vt nos, qui chartis impalleſcimus, melius non poſſimus. Quæ

Quæ non eo prædico, quod his vnis virtutum TVARVM imaginem absolui putem. Longe plura, cum adciuilis prudentiæ, tum ad bellicæ artis laudem pertinentia, et in his Aldenardensis *illa pugna, quæ prima, qualis olim futurus esses, Britannis TVIS ostendit, commemoranda forent; si TE totum, REX MAXIME, si TVIS TE coloribus omnibus hic pingendum mihi sumsissem. Viuido ante alia omnia penicillo delineanda esset incredibilis illa TVA in maiorem patriam pietas, quæ hoc ipso præcipiti vere alas TIBI addidit, vt ad recreandos populos, dira præteritæ hiemis tempestate non nihil attritos, opportunus aduolares: vbi præsentiæ et munificentiæ TVAE hunc fructum es consecutus, vt ex cunctis prouinciis atque locis turmatim confluentes homines non TE sicut maritimo itinere aduectum Dominum, sed tamquam de cælo delapsum PATRIAE PATREM intueantur, et vix contineant se, quin pro se quisque TIBI puluinar decernant. Quæ ego tanta et tam præclara si pro eo, ac mereris, REGVM MAXIME, hic persequi velim; nimium mihi sumam, et non sim ferendus. Alentur tamen memoria hominum nunc viuentium: nuntiabuntur liberis et nepotibus nostris: sermonibus crescent: denique in annales ibunt, et, vt spero,*

æterna erunt. Nunc fiduciæ meæ, qua hoc opus Augusto TVO Nomini inscribere aggressus sum, ratio reddenda fuit. Quod a TE, qui nouis libris delectaris, queis historiæ nostræ pomœria proferuntur, bonam in partem acceptum iri, certe scio.

MAIESTATIS TVAE,

REX POTENTISSIME,

DOMINE CLEMENTISSIME,

demississimus atque subiectissimus
seruus
IO. DANIEL GRVBER.

PRAEFATIO.

DVM vndique veteris æui monumenta, historiæ nostræ profutura, et inferioris Saxoniæ pristinum habitum illustrantia, conquiro atque colligo; incidunt interdum in manus, quæ exsistere in rerum natura non ego solus ignorabam. Tale est Chronicon Liuonicum vetus, quod vides, nulli omnino Scriptori cis mare visum vmquam; nulli certe commemotatum: nisi forte latere putes sub nomine *libelli de religione Christiana in Liuonia*, quem doctissimus Dn. BERNARDVS de MONTFAVCON * ex bibliotheca Alexandri Petauii testatur immigrasse in Vaticanam. Nam quod SCHVRTZFLEISCHIVS iunior de Ordine Ensiferorum obiter ait, ad Chronicon Liuonicum vetus prouocare omnes; id non ad nostrum, sed aut ad BALTHASARIS RVSSOVII Chronicon, quod est omnium Liuoniæ Chronicorum typis excusorum primum atque antiquissimum, pertinet; aut de nouissimo historiæ Liuonicæ scriptore, CHRISTIANO KELCHIO, solum accipiendum est. Is enim solus in principio operis nonnullis locis vagam Chronicorum Liuoniæ calamo exaratorum mentionem iniicit, atque ex iis eorum Liuonum, qui primi sacro fonte Christiano ritu tincti sunt, nomina recte recitat atque enuntiat. Neque tamen propterea adducor ad credendum, habuisse eum Chronicon Nostrum, quia insipientis hominis fuisset, huius, tamquam coæui, auctoritatem postponere RVSSOVIO, et fonte relicto putidam lacunam sectari. Chronici huius raritas

FONTEM autem haud immerito appello librum, cuius scriptor rebus, quas narrat, interfuisse, cuncta- et præstantia.

a que

* Bibliotheca Manuscriptorum Tom. I. p. 120. n. 5469.

que vel vidiſſe, vel ab iis, qui viderunt, accepiſſe profitetur. Narrat nempe, quomodo et quando a Saxonibus adita ſit primum Liuonia; quæ Liuoniæ paganæ facies fuerit; quinam illi, qui populum barbarum vel armis domuerunt, vel propoſitis vitæ æternæ præmiis ad humanitatem atque ad ſacra Chriſtiana, partim vi, partim docendo et inſtruendo perduxerunt; quæ inſtituendæ MILITIAE CHRISTI ratio, et quam tenuia Ordinis Enſiferorum initia; quæ vrbes tum conditæ; quæ caſtra, quomodo occupata; quæ pugnæ pugnatæ; quomodo gens, præter ſtatum familiæ ceterorum ſocialitatis commodorum expers, coïerit in formam iuſtæ ciuitatis, Magiſtratus primos e ſacerdotibus nacta, et conſtitutionem iudiciorum. Quæ cuncta, vtut paucis verbis et ſine fuco enarrentur; lectu ſunt tanto iucundiora et vtiliora, quanto rarius in literas relatæ ſunt rerumpublicarum origines ſacræ et ciuiles; vel in literas relatæ frequentius periere.

Coniectura de auctore indigena.

SI de AVCTORE quæris; non habeo, pro certo quod venditem, quia nomen pro more ſeculi edicere noluit: magnorum virorum, qui Liuoniam perdomuerunt, et Chriſtianam reddiderunt, gloriæ magis, quam laudi ſuæ velificatus. Flaminem tamen fuiſſe, et Epiſcopis, quam Militibus, fauentiorem, in primis autem Alberto ſuo addictiſſimum; vel illud indicio eſt, quod Geſta per Liuoniam, non ſecundum annos Chriſti, qui vſitatiſſimus æque ac commodiſſimus condendorum annalium modus eſt, ſed ſecundum annos Præſulis Alberti diſpertitur. Neque tamen primæ dignationis virum; ſed humilem atque inferioris ordinis ſacerdotem in hoc Chronographo deprehendere mihi videor, quia nihil de conſiliis altioribus, quibus adhibitus non videtur, ſed ea tantum narrat, quæ in ſenſus incurrebant, et quæ fama iactabat in aula Epiſcopi. In quem hæc cum ceteris, quæ dicturus ſum, conueniant omnia, alium non inuenio, quam HENRICVM illum, LETTVM, SCHOLAREM

EPI-

EPISCOPI, ad ſacros ordines promotum: cuius prima mentio eſt ad annum MCCVI. n. 7. Lettum, inquam, quia ad annum MCCXI. n. 3. diſerte Henricus de Lettis, et Philippi, Raceburgenſis Epiſcopi, ſacerdos et interpres dicitur. Fuit autem Epiſcopis, in Liuonia oberrantibus, in more poſitum, vt a barbaris, amicitiam pacemque poſtulantibus, obſides fidei pueros peterent, impetrarentque: quos miſſos in Saxoniam, et per monaſteria diſtributos, non ſolum ad fidem Chriſti, ſed etiam ad humanitatem literarumque cultum pro captu temporum informari iuſſerunt. Hos, vbi in rerum diuinarum cognitione et humanioribus literis adoleuiſſent, reductos in patriam, partim interpretes habuere, cum ad populum verba facerent, et Concilia Liuonum cogerent; partim ad ſacros ordines promotos præfecerunt cœtibus, ruri Chriſto collectis, vel colligendis. Quod conſilium CHRISTIANI quoque fuit, primi Pruſſorum Epiſcopi, ad Pontificem ſcribentis, „ ſtatuiſſe ſe, ſi modo ſuppetant facultates, ſcholas Pruthenorum inſtituere puerorum, qui, vt gens illa conuertatur ad fidem, addiſcant efficacius, quam aduenæ, prædicare, ac euangelizare Dominum Ieſum Chriſtum „ **. E talium numero puerorum Lettus Henricus fuit, cui, quod Epiſcopi ſumtibus enutritus, eiuſdemque cura ad literas et ſtudia ſacra formatus eſſet, *Scholaris Epiſcopi* nomen dulce fuit et iucundum. Hunc autem hæc ſcripſiſſe magna ſuſpicio eſt, quia de Henrico Letto narrantur non ſolum multa; ſed et aliqua, quæ præter ipſum noſſe nemo poterat. Vidimus, vt Philippo Raceburgico interpres adhæſerit. Iam cum de itinere huius Philippi in Germaniam periculoſo; de exſcenſu in Gotlandia; de morbo ac morte huius viri in exteris oris ad annum MCCXIV. et MCCXV. tam multa afferantur, eaque in ſcribentis perſona: ab alio, quam

** V. RAYNALDVS ad annum MCCXVIII. n. 43. 44.

itineris comite, ſcribi non potuere. Tum quæ ad annum MCCXIX. de Henrico Lettorum Miniſtro in Wironiam vadente, lites de dominio terrarum parum curante, ſed cum collega totam prouinciam obeunte, et officium ſedulo faciente, et per ingruentes Eſtones excitato incendio domum et omnia bona amittente, prolixiuſcule narrantur, quis alius tam multis verbis referre pretium operæ iudicaſſet, quam ipſe Henricus? Fieri enim vix poteſt, vt in ſcribendis rebus, quarum pars aliqua ſcriptor fuit, per tranſennam non pelluceat, quid ipſe egerit; quid paſſus ſit.

Deſcriptio Codicis chartacei, et edendi conſilium.

CODICEM nactus ſum nec optimum, nec deterrimum. Chartaceus eſt formæ maximæ, et ante hos ducentos et quinquaginta, ni fallit adſpectus, annos exaratus, ab homine, vt videtur, ductibus literarum magis, quam rebus, quæ narrantur, intento: adeoque a mendis non vacuus. Spolium Liuonicum, rapacis et theſauri pretium parum intelligentis militis e manu ſeruatum, vulnus oſtendit chartis inflictum. Nam manipulus, e quo folia quatuor, geſta anni MCCXX. continentia, euulſa ſunt, calcantium pedum et pulueris nitrati veſtigia apertus exhibet. Inter plura alia minoris pretii, ſuperiore æſtate publice venum expoſita, repertum auidis cum oculis perluſtrarem; illico animaduerti, Liuoniæ ſacræ et ciuilis primordia non copioſius ſolum, ſed et longe aliter hic narrari, ac vulgo fit, dignumque habui, qui publice legeretur, veniretque in manus omnium, qui norunt, præcipuum hiſtoriæ fructum in noſcendis rerum hodiernarum originibus, cauſſiſque præſentium a præteritis repetendis, conſiſtere: quas nulla rationis vi, nulla mentis, quantumuis intenſæ, ope aſſequaris. Quæ res facit, vt cauſſas Principum tractantibus et ſcire auentibus vtilior ſit lectio ſcriptorum barbarorum, origines noſtras nobis pandentium, quam Romanorum et Græcorum: qui licet dictionis elegantia, luminibus ſententiarum, et rerum, quas narrant, varietate

et

et magnitudine mirifice legentem delectent atque instruant; nihil tamen conferunt ad notitiam regnorum et rerum publicarum, quæ post res Romanas pessum datas per Europam efflorescere passim cœperunt, atque florent etiam nunc.

Quid hac editione præstitum sit; quid non?

NE tamen liber crudus et indigestus exiret; siquidem solis annis Alberti Episcopi distinctus erat: gesta cuiusque anni per sectiones, in margine suis numeris indicatas, dispescui, harumque argumenta certis lemmatibus comprehensa singulis annis præmisi. Tum quia obscura multa deprehendi, annotationum quarundam periculum feci, præter morem eorum, qui scripta nondum edita protrudunt in lucem. Cum enim hoc plerumque emissis maioris molis voluminibus fieri soleat; plus temporis notarum congestio absumeret, quam impendere possunt homines occupati. Non tamen res sine omni exemplo est. BANGERTVM, GELENIVM, HARTKNOCHIVM, oboculos habui. Hos duces secutus sum; sed secutus sum ex longo interuallo. Scio equidem boni interpretis et editoris esse, varios inter se codices contendere, ad eruendam et restituendam veram vbique et primigeniam auctoris cuiusque lectionem; tum locis non vbique perspicuis satis affundere lucem; denique ad historiam eius temporis et vicinorum populorum dicta auctoris examinare, et vicissim ex dictis auctoris historicos alios vel refellere, vel conciliare, vel illustrare. Primam officii partem implere mihi non licuit. Alium enim, præter hunc vnum codicem, non habui, neque vsquam exstare scio; quippe ab nullo scriptore vllibi indicatum. Qua in re pari cum HARTKNOCHIO fato confligor, cui itidem non nisi vnus Duisburgensis codex, itidemque non satis vetustus, ad manum fuit, cum ad edendum Chronicon Prussicum animum adpelleret. Ast illi versiones nonnullæ germanicæ Chronici sui profuerunt. Mihi etiam ab hoc præsidio destituto in tenebris ambulandum. Vnde contingit, vt editionem omnibus suis

numeris abſolutam et correctam promittere nequeam. Licet enim nonnullibi aberraſſe ab autographo ſcriptorem manifeſtum ſit; malui tamen in nota ſubiecta, quid ſentiam, indicare, quam mutare, quod ſcriptum offendi. Cui ſcrupulo fere vſque ad ſuperſtitionem indulſi. Vtut enim, verbi gratia, Wendeculle, Memmeculle, Immeculle vnum eumdemque locum ſignificare videantur; diuerſas tamen ſcribendi eius rationes modoſque neceſſario retinui, cum meum non ſit diuinare, quodnam verum loci nomen, quæ genuina lectio ſit. Alterum, quantum licuit, aſſecutus mihi videor, ni lectio, quam neceſſario ſecutus ſum, nonnumquam fallit. Sed tamen et hic nonnulla magis attingenda erant, quam exhaurienda. Exemplum habetote ex Neronia, in qua Philippus Raceburgenſis Epiſcopus mortuus et ſepultus dicitur. Contra expoſui nonnumquam vocabula barbara, quæ ſubinde admiſcet Noſter, et plura Eſtonica. Qua in re multum profuit nomenclator Eſtonicus et topographia Eſtonica, adiuncta Grammaticæ Eſtonicæ, quam ab Anonymo compoſitam luci publicæ expoſuit EBERHARDVS GVTSLEFF, verbi diuini apud Reualienſes in Eſtonia miniſter. Si de Liuonia vel Lettia ſimile quid exſtaret, vſum eius non ſpreuiſſem. Nunc exſpectandum, dum Rigenſes, Reualienſium exemplo excitati, ſuæ linguæ et prouinciæ parem emittant notitiam. Tertium me quam maxime occupatum detinuit. Namque inter legendum ſimilia multa alibi lecta memoria ſuppeditauit, quæ diligenter annotaui, et ex quibus hic veluti commentarius natus eſt, qui nonnihil facere poterit ad huius temporis hiſtoriam non Saxonicam ſolum; ſed et Ruthenicam, Suecicam et Danicam illuſtrandam. Et Saxonicæ quidem eam partem, quæ nondum ſatis in aprico poſita eſt, nouo lumine perfundendi locum dederunt Triumuiri illi, qui liberis Henrici Leonis per vices patrimonium tranſalbinum eripuere. Teſtimoniis vſus ſum ſcriptorum cum tempore,

pore, tum locis vicinorum. In his familiam ducit Arnoldus Lubecenſis. Cui ſuccenturiantur Albertus Stadenſis: Godefridus Colonienſis: Albericus monaſterii trium fontium monachus: Cæſarius Heiſterbacenſis: Petrus Duiſburgenſis: et ſi qui ſunt alii ætatis eiuſdem: adhibitis ſimul diplomatibus, editis, ineditis: qui nerui atque artus omnis hiſtoricæ ſcriptionis ſunt. Danorum et Suecorum res plus luminis ex Noſtro accipiunt, quam affundunt Noſtro eorum ſcriptores, qui hanc ætatem non niſi ſtrictim attingunt.

Votum pro editione Scriptorum rerum Ruſſicarum medii æui.

ABBATIS Theodoſii Chronicon Kiouienſe, et e ſeculo tertio decimo Chronicon incerti auctoris, quorum flores delibat Cl. Dn. MVLLERVS in collectione Rerum Ruſſicarum, magno adiumento forent, ſi proſtarent, ſuperarentque multis paraſangis volumen ieiunum, quod circumfertur, Scriptorum rerum Moſcowiticarum. Namque in his non niſi bella inde a duobus ſeculis geſta; in illis fata priorum Ducum et Regulorum et ampliſſimi tractus terrarum ab vltimis originibus repetuntur, quas ſcire magis prodeſt, quam recentium bellorum quam exactiſſimam habere notitiam. Neque exteris lectu iniucunda forent, cum ſtilo latino ſint exarata. Spes eſt, fore, vt Academia Scientiarum Petropolitana, quam inter ceteras magnorum ingeniorum exercitationes Geographiæ eius regni, cuius fines non terræ, ſed cæli regionibus terminantur, litare videmus, animum appellat quoque ad Ruſſicam medii ævi hiſtoriam, a Geographia vix diuellendam, atque horum annalium editione bene mereri pergat de omnis generis recondita doctrina.

Silua documentorum quo conſilio adiecta?

RELIQVVM eſt, vt de ſilua documentorum dicamus. Huius congeſtionem ſuaſit rei ipſius cum neceſſitas, tum vtilitas. Neceſſitatis cauſſa exhibendæ erant narrationes principes de initiis Liuonicis, vt conſtaret, in quo diſcrepent hactenus tradita, in quo

conueniant, cum Chronographo noſtro. Harum ſunt tres. Prima, ARNOLDI Lubecenſis, vera eſt; ſed a ſcriptoribus Liuonicis parum conſulta. Altera, inſerta Chronico Magiſtrorum ordinis Teutonici, quod calamo exaratum diu circumlatum eſt ante, quam ANTONIVS MATTHAEI typis traderet, falſa multa habet. Sed quia RVSSOVIVS in antiquis hanc vnice ſecutus eſt, quemadmodum ſequiores Ruſſouium ipſum; fons aperiendus erat, e quo bibere omnes, et, quo deguſtato, riuulorum affectatione ſuperſedere poteris, quod ad huius circumſcriptum temporis ambitum attinet. Nam in rebus nouioribus neque Ruſſouii, neque cuiuſquam alterius rerum Liuonicarum ſcriptoris laudi quidquam detractum cupio. Tertia oſtendit, in ipſa pace Oliuenſi, vbi cum maxime de Liuonia agebatur, Liuoniæ ſacræ initia non diſtincte ſatis fuiſſe cognita. Quæ tum productis diplomatibus fides ſit habita, nolo rimari; licet non aſſequar, quomodo anno MCCXXIV. ædificandæ vrbis Rigenſis poteſtas fieri potuerit, quæ inde ab ineunte ſeculo condita iam erat. Cetera, quæ ſequuntur, inſtrumenta dictis in notis fidem faciunt, pertinguntque vſque ad initia Archiepiſcopatus Rigenſis. Qua in re propoſitum fuit, vt nihil documentorum ad origines Liuoniæ ſacræ pertinentium, quod quidem in poteſtate noſtra ſit, et ad noſtram notitiam peruenerit, omitteretur, lectorque Liuonicus, a libris forſan remotior, haberet quamdam bibliothecam Liuonicam, exponentem fideliter, quibus gradibus Liuonia facta ſit Chriſtiana et Saxonica, et quemadmodum et quando Rigenſis cathedra cœperit eſſe Archiepiſcopalis. Has veluti ex naufragio ſeruatas tabulas e libris partim excuſis, partim calamo exaratis propterea in conſpectum damus, quod earum in ipſa Liuonia nihil amplius ſupereſſe dicatur, igni deleto iam olim in arcis Kokenhuſanæ expugnatione Rigenſium Præſulum tabulario, et ceteris

teris vetuſtis documentis per continua plurium ſeculorum bella paſſim incendio hauſtis *.

Ratio libri inſcribendi.

LIBRO quem titulum præſcriberem, initio dubitaui. Auctor ipſe HISTORIAM vocat. Librarius CHRONICON LIVONICVM VETVS inſcribere maluit. Sed cum ita contra vota ſcribentis nuncupetur; neque tamen iuſta hiſtoria ſit: cauſſa ex re ſumta, ORIGINES LIVONIAE SACRAE ET CIVILIS denique inſcribendum duxi; retento tamen ſimul vtroque, et Hiſtoriæ et Chronici, nomine. Idque in opere alieno ſine circulatoriæ iactationis vanitate licere putaui, quo abſtinuiſſem in meo. Etenim ſi vulgo Originum ceruſſa nitent libelli, quorum lectione certiores reddimur, origines promiſſas ab ſcriptore neſciri; cur Originum nomen non deceat opus, quod origines aperte loquitur, etiamſi ab auctore ſuo Originum hedera non ſit ornatum?

Votum pro artis typographicæ incrementis.

VNA me res male habet. Quod typis ipſe præſidere non potui; irrepſere quædam menda, in numeros præſertim: ab attento Lectore tanto faciliora correctu; quanto ſunt exſtantiora. Trecenteſimus hic annus eſſe fertur ab inuenta arte; quamquam decennium numero detrahit, qui ex ore primi artificis originem in literas retulit, TRITHEMIVS **. Triſecularis lætitiæ pulcherrimum et omni aere perennius monumentum foret, ſi plebiſcito, vel, ſi mauis, ſenatus conſulto cauerent, ne quis in poſterum puer operis adiungatur, qui præter vernaculam latine ſaltem doctus non eſſet. Quo inſtituto et rebus ſuis egregie conſulerent Typographi, et librorum editores magna moleſtia liberarent. Nunc hoc Catone contenti ſimus oportet. Scripſi Hanoueræ a. d. x. kal. Iul. CIↃIↃCCXL.

* Teſte CHRISTIANO KELCHIO *hiſtor. Liuon. p. 142.*

** Chron. Hirſaug. plenior. ad annum MCCCCL.

ARGVMENTA LIBRI POTIORA.

Geſta Meinardi, primi Epiſcopi.

1. *Introitus.*
2. *Meinardi primus aduentus in Liuoniam.*
3. *Liuones cui tum ſubiecti?*
4. *Qui primi e Liuonibus baptizati?*
5. *Occaſio caſtrorum conſtruendorum.*
6. *Origines Ykeſkolæ, hodie Vxkul.*
7. *Origines Holmiæ, hodie Kirchholm.*
8. *Meinardus conſecratur Liuoniæ Epiſcopus.*
9. *Liuones deficiunt a fide.*
10. *Theodorici, Meinardi ſocii, fata inter barbaros.*
11. *Epiſcopus deſpicatui habetur.*
12. *Theodoricus euadit.*
13. *Meinardus in Eſtoniam defertur.*
14. *Meinardus in Liuonia moritur.*

Geſta ſecundi Epiſcopi, Bertoldi.

1. *Bertoldus, Abbas Lucenſis prope Hanoueram, fit Liuonum Epiſcopus* MCXCVII.
2. *Vadit in Liuoniam inermis.*
3. *Redux in Germania militem legit.*
4. *Armatus intrat Liuoniam* MCXCVIII.
5. *Liuonum diſceptatio cum Epiſcopo.*
6. *Bertoldus in acie perit* MCXCVIII.
7. *Liuones baptiſmum poſcunt.*
8. *Mox a fide deſciſcunt.*
9. *Chriſtianos clericos vexant.*
10. *Omnibus poſtremo exilium indicunt.*

Geſta Alberti, Liuonum tertii Epiſcopi, anno primo MCXCVIII - MCXCIX.

1. *Albertus fit Epiſcopus* MCXCVIII.
2. *In Gotlandia D. viros ad militiam adſciſcit.*
3. *In aula Danica munera recipit.*
4. *Magdeburgi milites legit.*
5. *Quibus ex ſententia Curiæ Regalis iter in Liuoniam æquiparatur Hieroſolymitano.*

Alberti Epiſcopi annus II. Chriſti MCXCIX - MCC.

1. *Epiſcopus cum nauibus* XXIII. *Dunam intrat.*
2. *Ykeſkolam venit.*
3. *Holmiæ obſidetur et liberatur.*
4. *Impetratis a Liuonis obſidibus in Germaniam redit.*
5. *Auctoris argutiæ in etymo vocis* Riga.
6. *Theodoricus ad Pontificem Romanum ablegatur.*
7. *Interdictum de portu Semigalliæ non frequentando.*

Alberti Epiſcopi annus III. Chriſti MCC - MCCI.

1. *Albertus Epiſcopus Rigam condit.*
2. *Duo Liuonum caſtra Militibus Teutonicis in feudum confert.*

3. *Pacem*

3. *Pacem facit cum Curonibus.*
4. *Et cum Lithuanis: quæ mox violatur.*

Alberti Epiſcopi annus IV. Chriſti MCCI - MCCII.

1. *Albertus Epiſcopus redit in Teutoniam.*
2. *Frater eius, Engelbertus, ex nouo Monaſterio Rigam venit, et*
3. *Eligitur Præpoſitus Capituli Vkeſkolenſis,*
4. *Superiori anno Rigam tranſlati.*
5. *Theodoricus de Thoreida fit Abbas Monaſterii Dunamundenſis, ordinis Ciſtercienſis.*
6. *Epiſcopus ordinem inſtituit* Gladiferorum.
7. *Semigalli Liuonum fiunt et Teutonicorum amici.*

Alberti Epiſcopi annus V. Chriſti MCCII - MCCIII.

1. *Albertus Epiſcopus cum Cruce ſignatis in Gotlandiam tendens, offendit piratas Oſilienſes, qui quamdam Daniæ Eccleſiam ſpoliauerant.*
2. *Quos ante Wiſbuenſem portum ſui aggrediuntur et vincunt.*
3. *Spolia eis erepta Albertus remittit Lundenſi Archiepiſcopo.*
4. *E Wiſbu ſoluens Rigam venit.*
5. *Theodoricus Abbas Cauponem, Regulum quemdam Liuonum, Romam Pontifici adducit.*
6. *Innocentii Papæ* III. *beneficentia in vtrumque.*
7. *Regulus Ruthenorum Poloſcenſium ab Vkeſkolenſibus pecuniam extorquet.*
8. *Lettonum Regulus duos Clericos et aliquot ciues Rigenſes occidit.*
9. *Sigfridi, primi Holmenſium Parochi, obitus.*

Alberti Epiſcopi annus VI. Chriſti MCCIII - MCCIV.

1. *Abeunte in Germaniam Epiſcopo, Rigenſes a Lettonibus et Liuonis vexantur.*
2. *Cruce ſignati Magdeburgenſes redeunt in patriam.*
3. *Theodoricus Abbas cum Caupone redux in Liuoniam.*
4. *Reuertentium iter per Gotlandiam et Daniam memorabile.*

Alberti Epiſcopi annus VII. Chriſti MCCIV - MCCV.

1. *Lettones, duce Swelegato, Rigæ exitium minantur.*
2. *Semigalli, duce Weſthardo, Chriſtianis copias offerunt.*
3. *Horum auxilio Lettones profligantur.*
4. *Ipſe Swelgatus occiditur.*
5. *Lettonum hoc prælio cæſorum vxores vitam laqueo finiunt.*
6. *Epiſcopus redit cum peregrinis.*
7. *Monachos Montis ſancti Nicolai tranſfert in Dunamundam.*
8. *Liuones Vkeſkolenſes fugiunt ad Lenewardenſes.*
9. *Aſcheradenſes pacem admittunt.*
10. *Kokenhuſanus Regulus, Veſceca, ſalutat Epiſcopum.*

11. *Ykeſkola datur Chriſtianis incolenda.*
12. *Eorum aliqui Diis immolantur.*
13. *Liuones circa Dunam perſiſtunt in obedientia.*
14. *Rigæ per biemem agitur ſacra Comœdia.*

Alberti Epiſcopi annus VIII. Chriſti MCCV - MCCVI.

1. *Epiſcopus Legatum Pleſkoviam mittit.*
2. *Qui ei Ruſſorum conſilia prodit bellica.*
3. *Quæ mutantur in Legationem, quæ de Teutonicorum et Liuonum diſſidio cognoſceret.*
4. *Dies dicitur ad Wogenam fluvium.*
5. *Liuones duos Neophytos dilaniant.*
6. *Quorum corpora quieſcunt in eccleſia Ykeſkolenſi penes Meinardum et Bertoldum.*
7. *Holmenſes Parochum ſuum occidunt.*
8. *Rigenſes vincunt Liuones et Holmenſes, et Ducem eorum occidunt.*
9. *Holmia recuperata nouo præſidio munitur.*
10. *Expeditio Chriſtianorum in Thoreidam, partim fauſta; partim infauſta.*
11. *Epiſcopus migrat in Germaniam.*
12. *Rutheni interea Holmiam fruſtra obſident.*
13. *Rex Daniæ venit in Oſiliam, et Archiepiſcopus Lundenſis Rigam, ibique bibernat inter pia exercitia.*
14. *Liuones paſſim admittunt ſacerdotes Chriſtianos.*
15. *Parochus fit primus magiſtratus Politicus.*
16. *Ecclipſis Solis.*
17. *Albertus Epiſcopus ab Imperio Liuoniam recipit, diueſque promiſſis ex aula Regis Philippi diſcedit.*

Alberti Epiſcopi annus IX. Chriſti MCCVI - MCCVII.

1. *Lundenſi Archiepiſcopo in Gotlandiam regreſſo, Rigam redit Albertus Epiſcopus.*
2. *Cui Regulus Kokenbuſanus dimidium caſtrum ſuum offert.*
3. *Epiſcopus Fratribus Militiæ Chriſti tertiam partem cedit Liuoniæ acquiſitæ; non acquirendæ.*
4. *Exemplum mali Iudicis in Thoreida.*
5. *Lettones Thoreidam inuadentes funduntur.*
6. *Chriſtiani expugnant caſtrum Selonum.*
7. *Vngannenſes adducuntur ad fidem.*
8. *Bannerouius, capto Veſceca, Kokenbuſam per inſidias capit: iuſſu Epiſcopi mox reſtitutam; ſed Chriſtiano præſidio munitam.*
9. *Veſceca, occiſis dolo præſidiariis, formidine pœnæ, combuſta Kokenbuſa, fugit in Moſcoviam.*

Alberti Epiſcopi annus X. Chriſti MCCVII - MCCVIII.

1. *Diſcedentis Epiſcopi homines Ruſſos fugientes perſequuntur.*
2. *Chriſtiani, Weſthardo, Semigallorum Duci, iuncti, contra*

tra Lettones pugnantes, vincuntur.
3. *Decernunt, in posterum cum paganis contra paganos non esse bellum gerendum.*
4. *Lettones, in Semigalliam impressionem facientes, profligantur.*
5. *In Liuoniam veniunt nonnulli Clerici primi ordinis.*
6. *Bellum cum Estonibus gestum.*

Alberti Episcopi annus XI. Christi MCCVIII - MCCIX.

1. *Redux Episcopus instaurato Kokenhusano castro Rudolphum de Iericho præficit.*
2. *Primus Gladiferorum Magister a proditore occiditur.*
3. *Engelberto defuncto in Præpositura ecclesiæ Rigensis succedit Iohannes.*
4. *Wissewaldus, Lettonum regulus, ratione castri Gercike fit Vasallus Episcopi, et inuestitur pompa trium vexillorum.*
5. *Vngannenses pacis renouationem quærunt.*

Alberti Episcopi annus XII. Christi MCCIX - MCCX.

1. *Pugna naualis cum Curonibus infausta.*
2. *Rutheni castrum Odempe ad deditionem adigunt.*
3. *Frisii Curones vlciscuntur.*
4. *Episcopus tribus in Germania Episcopis persuadet iter in Liuoniam.*
5. *Riga, a Curonibus mari obsessa, tandem liberatur.*
6. *Odempe recuperatur.*
7. *Rudolphus de Iericho, Plescoviam pro pace missus, in itinere impeditur*
8. *Nouo bello Estonico.*
9. *Alius Legatus Plescouiam missus redit cum Legatis Russorum, cum quibus Rigæ pax concluditur.*
10. *Russi Plescouienses Rigensibus iunguntur in bello contra Estones perurgendo.*

Alberti Episcopi annus XIII. Christi MCCX - MCCXI.

1. *Saccalensium castrum, Felinum, capitur.*
2. *Albertus Episcopus Roma redit, impetrata a Pontifice pactorum confirmatione, cum tribus aliis Episcopis.*
3. *Bello Estonico se ingerunt Osilienses.*
4. *Theodoricus Abbas Dunamundensis, fit Estoniensium Episcopus in partibus, & Bernardus, Comes Lippiensis, fit Abbas.*
5. *Loco decimarum Liuones Christiani de quolibet vnco agri certam mensuram frumenti soluunt.*
6. *Albertus Episcopus abit in Germaniam.*
7. *Saccalensium impressio in Liuoniam.*
8. *Rex Nouogardiæ, Miescislaus, e Harrienſibus extorquet pecuniam.*
9. *Theodoricus Episcopus tentat conuersionem Saccalensium.*
10. *Saccalenses impetu Plescouiam*

capiunt, et ſpoliatam relinquunt.
11. *Liuones cum Eſtonibus ſeparatam pacem faciunt.*
12. *Verdenſis et Paderbornenſis Epiſcopi redeunt in Germaniam.*
13. *Pleſcouienſium regulus, Wlodomirus, a ſuis eiectus, Rigæ aſylum inuenit apud generum, Epiſcopi fratrem, Theodoricum militem.*

Alberti Epiſcopi annus XIV. Chriſti MCCXI - MCCXII.

1. *Redux e Germania Epiſcopus pacem facit cum Eſtonibus.*
2. *Pacem quoque facit cum Ruthenis, qui iuri ſuo in Liuoniam renuntiant.*
3. *Coniurant Letti contra Fratres Militiæ, nullo modo ſedandi.*
4. *Rebelles tandem armis perdomantur.*
5. *Lex ſubiectionis.*
6. *Compoſitio inter Lettos et Fratres Militiæ per arbitros definita.*
7. *Wlodomirus Ruſſus fit Aduocatus prouinciæ Antinenſis, et paullo poſt Idumæorum.*
8. *Kokenbuſani turbant Saccalenſes.*

Alberti Epiſcopi annus XV. Chriſti MCCXII - MCCXIII.

1. *Abeuntis Alberti Epiſcopi vices cum laude obit Raceburgenſis Epiſcopus, Philippus.*
2. *Lettones Lettiam peruagantur.*
3. *Wiſſewaldi ſocer, a Fratribus Militiæ captus, in carcere Wendenſi ſe gladio confodit.*
4. *Wlodomir abit in Ruſſiam.*
5. *Lettones, Dunam ſuperantes, repelluntur.*
6. *Wlodomir e Ruſſia redit in Idumæam.*
7. *Lettonum Dux, Stecſe, occiditur.*

Alberti Epiſcopi annus XVI. Chriſti MCCXIII - MCCXIV.

1. *Redux Epiſcopus rurſus diſcedit in Germaniam.*
2. *Wlodomirus abitum minatur in Ruſſiam.*
3. *Philippus, Raceburgenſis Epiſcopus, condit vrbem Fredeland.*
4. *Kokenbuſani milites per dolum inſcendunt ſpoliantque caſtrum Wiſſewaldi.*
5. *Chriſtiani exercitum ducunt in Rotaliam.*
6. *Incendio Rigenſi conflagrat Eccleſia Fratrum Militiæ.*
7. *Caſtrum Lealenſe capitur.*
8. *Martyrium Friderici de Cella, ordinis Ciſtertienſis monachi.*
9. *Kokenbuſani milites, Lettones laceſſentes, male plectuntur.*

Alberti Epiſcopi annus XVII. Chriſti MCCXIV - MCCXV.

1. *Eſtones omnes conſpirant contra Rigenſes.*
2. *Oſilienſes Rigam mari obſident.*
3. *Ceteri Lettos inuadunt, et ab auxi-*

auxilio Rigenſibus ferendo diſtrahunt.
4. *Victi tamen baptiſmum expetunt.*
5. *Raceburgenſis Epiſcopus, cum Eſtenſi in Germaniam redituro, laborat inter Oſilienſes.*
6. *Liberatus in Gotlandiam defertur, et paullo poſt moritur. Eius elogium.*
7. *Alberti Epiſcopi Acta in Concilio Romano.*
8. *Caſtrum Eſtiorum Sontagana expugnatur.*
9. *Rigenſes per glaciem excurſionem faciunt in Oſiliam.*
10. *Rex Wlodomirus de Ploſceſce moritur.*
11. *Oſilienſes denuo incurrentes, diſpelluntur.*

Alberti Epiſcopi annus XVIII. Chriſti MCCXV - MCCXVI.

1. *Albertus Epiſcopus cum Ep. Eſtienſi Roma redit.*
2. *Chriſtianorum prima impreſſio in Eſtiam Harrionenſem.*
3. *Rutheni tributum petentes occupant montem Odempe.*
4. *Eſtonia inter Epiſcopum Rigenſem et Eſtienſem et Volquinum Magiſtrum diuiditur æquis partibus.*
5. *Vngannenſes excurrunt verſus Nouogardiam.*
6. *Rigenſes penetrant in Wironiam.*
7. *Rutheni caſtrum Odempe per compoſitionem capiunt.*
8. *Wlodomir generum ſuum, Theodoricum, fratrem Epiſcopi, contra datam fidem, captiuum abducit Pleſcouiam.*

Alberti Epiſcopi annus XIX. Chriſti MCCXVI - MCCXVII.

1. *Albertus Ep. fratris liberatione fruſtra tentata, abit in Germaniam; ſed inde venit Albertus Comes Lauenburgicus ſeu Nordalbingiæ.*
2. *Eſtonenſes Mieſceſlaum Regem Nouogardiæ ad bellum excitant contra Rigenſes.*
3. *Quo bello perit Lembitus, tyrannus.*
4. *Caupo, Lettorum Dux, occiditur.*
5. *Saccalanenſes plane perdomantur.*
6. *Cum Gerwanenſibus baptiſmum admittunt.*
7. *Oſilienſes prædones e continenti expelluntur.*

Alberti Epiſcopi annus XX. Chriſti MCCXVII - MCCXVIII.

1. *Rex Daniæ promittit auxilium Epiſcopo.*
2. *Expeditio in Harriam conuertitur in Ruthenos, duce Henrico Burewino, Nobili domino Venedorum.*
3. *Pugnatum dubio Marte.*
4. *Rutheni Ropam veniunt.*
5. *Caſtrum Wenden fruſtra obſident.*
6. *Lettones Pleſcouiam tentant.*
7. *Letti per Ruſſiam vagantur.*
8. *Oſilienſes Eremitam in inſula Dunæ occidunt.*
9. *Rigenſes in Reualienſem provinciam impreſſionem faciunt.*

Alberti Epiſcopi annus XXI. Chriſti MCCXVIII - MCCXIX.

1. *Albertus Dux Saxoniæ cum Epiſcopo venit in Liuoniam.*
2. *Danorum appulſus in Eſtoniam, vbi Reualiam condunt. Theodoricus, Epiſcopus Eſtienſis, occiditur: cui Dani ſubſtituunt Weſſelinum.*
3. *Semigalli tentantur, exſtructo caſtro Meſothen.*
4. *Semigalli rebellantes caſtrum occupant.*
5. *Lettorum concertatio cum Ruthenis.*
6. *Gerwanenſes fidem renouant.*
7. *Wironia ad obſequium reducitur.*
8. *Caſtrum Meſothen Semigallorum expugnatur et incenditur.*
9. *Harrionenſes et Oſiliani male plectuntur.*
10. *Dani repoſcunt Eſtoniam totam.*
11. *Occiſo Eſtienſi Epiſcopo, Theodorico, Albertus ſubſtituit fratrem Hermannum, ſancti Pauli Abbatem apud Bremenſes, inuito Daniæ Rege, Epiſcopum Lealenſem.*

Alberti Epiſcopi annus XXII. Chriſti MCCXIX - MCCXX.

1. *Præcones in Wironiam miſſi turbantur a Danis, totam Eſtoniam ſibi vindicantibus.*
2. *Albertus Epiſcopus prouocat ad Curiam Romanam.*
3. *Suecorum infauſtus acceſſus in Wykiam, ſeu prouinciam Lealenſem.*
4. *Albertus Ep. a Papa et Imperatore deſtitutus, confugit in clientelam Regis Daniæ.*
5. *Henrici ſacerdotis in baptizandis infidelibus ſolertia.*
6. *Vngannenſium expeditio contra Ruthenos in Ingria* MCCXX.

Alberti Epiſcopi annus XXIV. Chriſti MCCXXI - MCCXXII.

1. *Ruſſi a Tartaris victi, amiſſis L. Regibus, pacem cum Rigenſibus renouant.*
2. *Dani in Oſilia auxilio Rigenſium caſtrum conſtruunt, et Alberto Epiſcopo Liuoniam permittunt.*
3. *Oſiliani Danos ex caſtro et inſula expellunt; Theodoricum fratrem Epiſcopi detinent.*
4. *Oſiliani excitant ceteros Eſtienſes ad expellendum Danos e continenti.*
5. *Inſurrectio Eſtienſium contra Fratres Militiæ Vellinenſis.*
6. *Crudele ſupplicium de Aduocato Danico ſumtum.*
7. *Dorpatenſium in Chriſtianos ſæuientium ſors propitia Hartwico ſacerdoti.*
8. *Eſtienſes Ruſſos in auxilium aduocant.*

9. *Fidem*

9. *Fidem Chriſtianam Rigenſibus remittunt et obſides recipiunt.*
10. *Mercator Teutonicus ab hoſpite ſuo occiditur.*
11. *Reualia ab obſidione liberatur.*
12. *Letti infeſtant Vnganniam.*
13. *Fratres Militiæ, auxilio Epiſcopi, cui tertiam Eſtoniæ confirmant, amiſſa recuperant.*

Alberti Epiſcopi annus XXV. Chriſti MCCXXII - MCCXXIII.

1. *Eſtones Letthigalliam inuadentes, male plectuntur.*
2. *Caſtrum Vellinum et caſtrum ad Palam recuperantur.*
3. *Suſdaliæ Regis frater cum magno Ruthenorum exercitu Reualiam fruſtra obſidet.*
4. *Fratres Militiæ Dorpatum fruſtra tentant, et Gerwanenſes domant.*
5. *Rutheni Dorpato præficiunt Veſcecam, Regulum olim Kokenhuſanum.*
6. *Rigenſes caſtra quædam circa Reualiam, ab hoſtibus inſeſſa occupant, et Reualienſibus reddunt.*

Alberti Epiſcopi annus XXVI. Chriſti MCCXXIII - MCCXXIV.

1. *Albertus cum fratre Hermanno, quem Daniæ Rex in carcere Eſtienſem Epiſcopum agnouit, redit e Germania.*
2. *Eſtonia inter ambos Epiſcopos et Fratres Militiæ diuiditur æquis partibus.*
3. *Veſceca ad deditionem caſtri Dorpatenſis inuitatur.*
4. *Cauſa belli aduerſus Dorpatenſes ſuſcipiendi.*
5. *Omnis militia Chriſtiana accingitur ad obſidionem caſtri Dorpatenſis.*
6. *Epiſcopi Frater, Iohannes de Apeldern, primus vallum inſcendit: quo facto caſtrum deditur, et Veſceca occiditur.*
7. *Oſiliani Theodoricum, fratrem Ep. dimittunt, et ceteri Eſtonienſes obſequium ſpondent.*
8. *Hermannus Ep. caſtrum Odempe fratri ſuo et Engelberto de Tieſſenhuſen, cum aliis, committit, erigitque Epiſcopatum Dorpatenſem.*
9. *Fratres Militiæ quoque et Rigenſis Epiſcopus tertias ſuas recipiunt.*

Alberti Epiſcopi annus XXVII. Chriſti MCCXXIV - MCCXXV.

1. *Dorpatenſem victoriam alta quies Liuonienſis Eccleſiæ inſequitur.*
2. *Apoſtolicæ Sedis Legatus Guilielmus, Mutinenſis Epiſcopus, in Liuoniam venit.*

3. *Circuit totam Lettiam et Eſtoniam.*
4. *Rigam redux Iudicia habet, et Ruſſorum Legationibus, nec non a Weſthardo Semigallo et Wiſſewaldo Lettonum Duce, ſalutatur.*
5. *Ipſe Liuones ad Dunam habitantes viſitat.*
6. *Eſtoniæ partes inter Teutones et Danos litigioſas ſedi Apoſtolicæ adiudicat.*
7. *Ipſe eo profectus, terras illas in fidem recipit, conſtitutis Iudicibus Pontificiis.*
8. *Habito Rigæ Concilio, naues conſcendit.*
9. *Auctor hos annales veluti ſigillo ſuo roborat.*

Alberti Epiſcopi annos XXVIII. Chriſti MCCXXV - MCCXXVI.

1. *Legatus, in Gotlandiam divertens, Crucem prædicat contra piratas Oſilianos.*
2. *Præfectus Legati in Eſtonia confligit cum Danis Reualienſibus.*
3. *Chriſtianorum e Liuonia iter per glaciem in Oſiliam.*
4. *Narrantur fortiter geſta in expugnatione caſtri Monenſis.*
5. *Caſtrum Waldia in Oſilia inſula deditur, et Oſilienſes Chriſtiani fiunt.*
6. *Auctor in laudes diuini Numinis effunditur.*

CHRO-



CHRONICON LIVONICVM VETVS,

CONTINENS

RES GESTAS TRIVM PRIMORVM EPISCOPORVM.

GESTA MEINARDI PRIMI EPISCOPI.

1184. 1. *Introitus.*
2. *Meinardus venit in Liuoniam.*
3. *Liuones cui tum subiecti?*
4. *Qui primi e Liuonibus baptizati?*
5. *Occasio castrorum construendorum.*
6. *Origines Ykescholæ, hodie* Vxkul.
7. *Origines Holmenses.*
8. *Meinardus Episcopus ordinatur.*
9. *Defectio Liuonum a baptismate.* 1196.
10. *Theodorici, Meinardi socii, fata inter gentiles.*
11. *Episcopus inuitus in Liuonia detinetur et despicatui habetur.*
12. *Theodoricus euadit.*
13. *Meinardi expeditio in Wironiam.*
14. *Eiusdem obitus anno* MCLXXXXVI.

1. DIVINA prouidentia, memor *Raab* et *Babylonis*, videlicet confusæ gentilitatis, nostris et modernis temporibus *Liuones* idololatras ab idololatriæ et peccati somno taliter igne sui amoris excitauit.

2. FVIT vir vitæ venerabilis et venerandæ *canitiei* a), sacerdos ex *Ordine beati Augustini*, in cœnobio *Sigebergensi* b). Hic simpliciter pro

a) Nomen viro Meinardus *n. 5.* Quid cognominis habuerit; cuias et cuius familiæ fuerit; militaris, an plebeiæ? incompertum. Silent enim veteres; neque recentiores, quod fere fieri solet, coniecturas aliquas adferunt, aut indulgent mendaciis: raro abstinentiæ exemplo.

b) Duo similis fere nominis hoc tempore penes nos monasteria floruere. Alterum in diœcesi Colonienſi ad *Sigam* fluuium, a quo nomen trahit; in diœcesi Bremensi transalbina, ad radices castri *Sigeberg* in Wagria, alterum. *Illud* ANNO, Colonienſis Archiepiscopus, tempore Henrici IV. Imperatoris condidit, deductis eo ex *Fructuariensi* monasterio agri Canapicensis, in diœcesi Eporediensi, in quo olim Rex Ardoinus consenuit, monachis Ordinis sancti Benedicti, eisque disciplinæ seuerioris, quam ceteri tum per Germaniam esse putabantur. V. LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS *ad annum* MLXXV. et *ad annum* MLXX. *fin.* Dn. MARTENE *Collect. ampliss. t. 1. p. 978. Hoc* post constructum castrum Sigebergense in monte, qui antea vocabatur *Aelberg*, surrexit impensis Lotharii Imperatoris, qui eidem præfecit Vicelinum,

pro Christo et prædicandi tantum causa cum comitatu mercatorum in Liuoniam venit c). *Teutonici* d) enim paulo ante mercatores, Liuo-

num, vicini Noui Monasterii paullo ante institutorem ad Regulam sancti Augustini: ad quam Sigebergense quoque conformatum. Quod præter CHRONICON HOLSATIAE LEIBNITIANVM *p.* 22. et ALBERTVM STADENSEM *ad annum* MCXXXIII. *fin.* Lotharii Imperatoris diplomata probant, quæ HENRICVS MVHLIVS *Histor. Cœnobii Bordisholm. p. 544. 546.* ex autographis primum se edere profitetur. Nam Sigebergense iam olim ediderat MEIBOMIVS senior in notis ad LERBECKII *Chronicon Schauenburgicum Scriptor. tom. I. p. 524.* et BANGERTVS *ad Chron. Slauor. l. I. c. 53. not. c).* Ex vtro monasterio Meinardus ille prodierit, anceps foret quæstio, ni Noster eum *Ordinis beati Augustini sacerdotem* appellaret, testatumque faceret porro, primum in Liuonia Collegium clericorum, ex quo paullatim Episcopalis Ecclesia Rigensis surrexit, ad *Regulam sancti Augustini* fuisse ab eo institutum. Hinc enim clarum fit, ex monasterio Sigebergensi transalbino eum prodiisse, atque illatæ primum in Liuoniam Christianæ lucis laudem ad Regulares Ordinis sancti Augustini, et speciatim ad Sigebergenses in Holsatia, diœcesis Bremensis, vel, si mauis, Lubecensis pertinere. Quamquam enim tempore conditi Sigebergensis cœnobii nulla diœcesis Lubecensis erat, ac proinde Vicelinus, primus eius Præpositus, Archiepiscopo Bremensi sine medio parebat; paullo post tamen, cum ipse Vicelinus instauratæ ecclesiæ Aldenburgensis, quam postea Henricus Leo Lubecam transtulit, primus fieret Episcopus, monasterium hoc Lubecensi diœcesi adscriptum fuit. Vnde factum existimo, vt Meinardum, quem Noster sacerdotem e cœnobio *Sigebergensi* appellat, exteri sacerdotem *Lubecensem* vocauerint. Quod facit ANSELMI *Chronicon*, SIGEBERTO GEMBLACENSI subiunctum, apud PISTOR. *Scriptor. German. t. I. p. 995. edit. nouiss.* et ALEXANDER GVAGNINVS *Chorograph. Polon. p. 64.* Vbi Meinardum in *Lubeca* ciuitate pietate et sanctimonia vitæ insignem virum vocat.

c) Distinguendum est tempus, quo Meinardus primum in Liuoniam venit, ab eo, quo Teutonici mercatores sinum Liuonicum frequentare, ac *Dunam* nauigiis intrare occœperunt. Hoc posterius ex eo certum fit, quod Noster *ad annum* MCCXXIIII. *n. 9.* asserit, tunc annos LXVII. præteriisse, ex quo primo inuentus sit a mercatoribus portus Liuonicus. Nam si hos LXVII. annos ab anno MCCXXIIII. deduxeris; primus mercatorum ingressus in Liuoniam incidet in annum Christi MCLVII. vel MCLVIII. Id quod tamen de portu seu ostio *Dunæ* dumtaxat intellectum velim. Namque et in *Semlandiam* Prussorum, et in *Curoniam*, immo et in *Estoniam* et in *Ostrogardiam Russiæ* diu ante nauigasse nostros, vel solus ADAMVS BREMENSIS *l. 2. c. 13.* et *de situ Daniæ n. 75. 76. 77.* cuicerit. Alterum tempus, quo scilicet Meinardus priuata primum auctoritate cum mercatoribus ire in Liuoniam, atque inter Liuones diuini verbi semina spargere cœperit, incertum est prorsus, neque vel ex nostro, vel ex quoquam alio antiquo et probatæ fidei Scriptore, qui quidem exstet, definiri tuto potest, atque extra omnem dubitationis aleam poni. Ambigo inter annum MCLXX. et annum MCLXXXVI. Istum iuuat quodammodo cum Auctoris nostri *paulo ante;* tum fama gentis: quam, corruptam licet, conseruasse videtur BALTHASAR RVSSOVIVS *Chron. Liuon. part. I. f. 3.* modo cum eodem initia Episcopatus Meinardiani ab eodem anno non accessas: quod facit BANGERTVS *ad Chron. Slauor. lib. 7. c. 8.* vbi ea de causa Meinardum nouæ ecclesiæ annos tres et viginti Episcopum præfuisse tradit; perperam. Annum autem MCLXXXVI. amplectendum suaserit et Meinardi veneranda canities, et ætas Wlodomiri Plosecensis longe in sequens sæculum protensa, et non CRANZII solum, qui *Vandal. lib. 6. c. 9.* hæc refert ad Friderici I. Imperatoris *nouissima* tempora; sed et vel maxime auctoritas CHRONICI ANSELMIANI apud PISTOR. *l. c.* quod initium prædicationis collocat in hoc anno, et Præsulatum Meinardi reiicit in annos vlteriores. Sic enim ibi legitur *ad annum* MCLXXXVI. *Liuones Christum agnoscere cœperunt, prædicante Meinardo, sacerdote Lubecensi: qui* postea *Liuonensium Episcopus est ordinatus.* Immo infra *ad annum* MCCXXIIII. *n. 1.* Noster ait, Liuones tum magna quiete gaudere cœpisse, qualem ad *quadraginta annos* ante, aperte non habuerint, eo quod Letthones et aliæ gentes *tam ante prædicationem verbi Dei* in Liuonia, quam post baptismum eorum, numquam dederunt eis requiem. Quibus verbis indicat, initium huius turbationis incidisse in tempora, prædicatione verbi Dei anteriora, et tamen in annum MCLXXXIIII. Vnde conficitur, ante eum annum Meinardum in Liuoniam non venisse. Quodsi igitur cum Anselmo primum eius aduentum in annum MCLXXXVI. coniicimus; inde ab anno MCLXXXIIII. ad annum MCCXXIIII. periodum XL. annorum habemus, cuius pars aliqua, ex mente Auctoris, præcedit tempus prædicationis verbi Dei in Liuonia.

d) Inferioris Saxoniæ mercatores, veluti Lubecenses, Bremenses atque Hamburgenses, tempore Meinardi Liuoniam nauibus frequentasse, haud dubium. Sed cuiates illi fuerint,

Liuonibus familiaritate coniuncti, Liuoniam frequenter nauigio per *Dunæ* flumen adire solebant. 1186.

3. ACCEPTA itaque licentia præfatus sacerdos a Rege *Woldemaro* de *Ploscekee*), cui Liuones adhuc pagani tributa soluebant, simul et

fuerint, qui *primi* ad ostium Dunæ delati, adhuc sub iudice lis est. BANGERTVS decidit eam *l. c.* pro *Lubecensibus* suis, errorisque arguit, quotquot tantæ laudis palmam *Bremensibus* attribuunt; quod facit in primis is, quem modo excitauimus, RVSSOVIVS. Fontem erroris deprehendere sibi visus est BANGERTVS in ignoratione locorum, in qua versatos esse oporteurit eos, qui, cum Lubecenses Præsules sub Bremensi Archiepiscopo esse audierunt, a quo Meinardus Liuonum Episcopus consecratus est, ipsius Liuoniæ detectæ atque primum aditæ famam transtulerint ad eiusdem Archiepiscopi ciues mercatores. Neque ei verisimile, Bremenses illa tempestate Balthicum mare commerciorum causa nauigasse. Cuius viri sententiam non adoptat solum, sed et nugas aliorum circa Meinardum, ab Innocentio PP. II. Episcopum consecratum, et Ensiferorum ordinem ab Alexandro PP. III. institutum, confirmat expolitque HARTKNOCHIVS ad DVISBVRGENSIS *Chron. Pruss. part. 3. c. 28.* Sed enim vero BANGERTVM reuincit Noster *ad annum* MCCXXIV. *n. 9.* difertis verbis asserens, *Liuonicum portum a mercatoribus* BREMENSIBVS primo esse *inuentum.* Tum, quomodo Noster, vel RVSSOVIVS, ignoratione locorum peccare, vel hoc peccatum veritatem historicam alterare potuerit, non apparet, cum ne id quidem, quod nonnulli Meinardum sacerdotem *Lubecensem* appellarunt, efficere potuerit, vt Lubecenses mercatores primi nauigationis Liuonicæ auctores crederentur. Accedit, quod eo tempore, quo portus Liuonicus a Bremensibus inuentus dicitur, Lubeca adhuc in cunis vagierit, nec adultior ipsum Oceanum sine Bremensibus nauigauerit anno MCXC, (V. ALBERTVS STADENS. *ad b. a.*) quo vna cum his ad Acram Teutonico Ordini instituendo occasionem fausturnque auspicium dedit, teste DVISBVRGENSI *Chron. Pruss. part. 1. c. 1.* quod nec ipse diffitetur BANGERTVS *ad Chron. Slauor. lib. 3. c. 36. not. b.*) Neque vero priscis illis temporibus mare Balthicum nauigaturis *Lubeca* vel *Trauemunda* soluendum fuit. Aliter itineris eius rationes explicat ADAMVS BREMENSIS *lib. 2. c. 13. Iter* (in Semlandiam) *eiusmodi est, vt ab Hammaburg vel Albia flumine VIII. die per terram ad Iulimum peruenias ciuitatem. Nam si per mare naues ingrederis ab* SLIASWIG *vel* ALDENBVRG, *vt peruenias Iuminem, ab ipsa vrbe vela tendens, XLIII. die ascendes ad Ostragard Ruſziæ.* Et de *situ Daniæ n. 74. Sliaſwig*, inquit, *brachium quoddam freti barbari alluit, quod Sliam vocant: vnde et ciuitas nomen trahit. Ex quo portu naues emitti solent in Slauaniam, vel in Suediam, vel ad Semland et vsque in Græciam* h. e. Russiam. Paullo post tamen Lubeca princeps portus et emporium maris Balthici euasit, annitente Henrico Leone, Baioariæ et Saxoniæ Duce, qui *Wisbuenses* e *Gotlandia* mercatores anno MCLXIII. insignibus priuilegiis ornauit, *vt nos*, inquiens, *et terram nostram de cetero auctius diligant, et portum nostrum in* LVBEKE *diligentius frequentent.* Diploma habet LAMBECIVS *Orig. Hamburg l. 2. in append. documentorum*, et ex eo ὁ πάνυ LEIBNITIVS *Scriptor. Brunsuic. t. 3. introduct. p. 29.* Ex quo tempore vti mercatores e Septemtrione Lubecæ; ita Teutonici, Lubeca soluentes, vicissim Wisbuæ commeare consueuerunt. Vnde, cum iam Bertoldi, secundi Liuoniensis Episcopi, militarem apparatum *Lubecæ* collectum, inde in Liuoniam excurrisse testetur ARNOLDVS *Chron. Slau. l. 7. c. 9. n. 5.* haud abnuerim, quod CRANZIO placet *Vandal. l. 6. c. 10.* Meinardum quoque *Lubeca* solvisse, cum in Liuoniam tenderet; licet clarum Nostri testimonium obsteret, quo minus in BANGERTI possim descendere sententiam de Liuonico portu a *Labecensibus* mercatoribus primum et ante alios omnes adito.

e) Liuones, ad Dunam habitantes, ad Occidentem, vltra Semigallos, Samogetas, quos KADLVBKO *histor. Polon. l. 4. c. 19.* simpliciter *Getas* vocat; Meridiem versus Lithuanos, quos Noster subinde *Lettones* appellat, et a Lettis, Liuoniæ incolis, distinguit; ad Orientem vero Russos Pleskouienses vicinos habuere, hosque iam tum Christianæ religioni ritibusque ecclesiæ Græcæ addictos. Prima gentis mentio apud PTOLEMAEVM *l. 2. c. 11.* vbi in Scandiæ habitatoribus *Gutas* numerat et *Leuones.* Vid. ORTELII *Nomenclator Ptolomaicus p. 15.* Gentis originem et fata indagare annisus est Academiæ primum Dorpatensis, post Aulæ et Castrorum decus, OLAVS HERMELINVS, disquisitione Academica *de Origine Liuonum* Woldemarus iste, quem auctor Regem de *Ploscekee* appellat, Russis Wlodomir audit, neque Pleskouiensibus ille, sed *Polocsensibus* ad Dunam fluuium præfuit, (V. *ad annum* MCCXI. *n. 2.*) qui hodie Lithuaniæ Palatinatum constituunt, subiectum olim Russis, et a Russis hodienum habitatum. Falluntur itaque Scriptores Danici, quorum vestigia secutus IO. ISAC. PONTANVS *rer. Dan. lib. 6. p. 290.* scribit, Waldemarum I. Daniæ Regem eo tempore Liuo-

et ab eo muneribus receptis, audaćter diuinum opus aggreditur, Liuonibus prædicando, et eccleſiam Dei in villa *Ykeskola* f) conſtruendo.

4. EX eadem villa primus *Vlo*, pater *Kulewene*, et *Viezo*, pater *Alonis*, primi baptizantur: aliis viciſſim ſequentibus.

5. PROXIMA hieme *Lettones* g), vaſtata Liuonia, plurimos in captiuitatem abducunt. Quorum rabiem declinans idem prædicator *Meinardus* cum *Vkeſcolenſibus*, in ſiluis contra hoſtes Lettones prælium committit. Recedentibus Lettonibus accuſat iam dictus *Meinardus* Liuonum ſtultitiam, eo quod munitiones nullas hactenus habuerint, vel habere vellent. Quibus tandem caſtra fieri pollicetur, ſi filii Dei cenſeri et eſſe decreuerint. Placet inſtinctu divino, et promittitur, et vt baptiſmum recipiant, iuramento confirmatur.

6. IGITVR æſtate proxima a *Gotlandia* artifices omnis generis et lapicidæ adducuntur. Interim ſuſcipiendæ fidei ſinceritas a Liuonibus confirmatur ſecundo. Ante caſtri *Vkeskolenſis* inchoationem pars populi baptizatur, et facto iam caſtro vniuerſitas ſe baptizandam, licet mendaciter, pollicetur. Ergo muri a fundamentis exſurgunt. Quinta pars caſtri ſicut a prædicatoris *Meinardi* ſurgit expenſis, ſic eius cedit proprietati, eccleſiæ fundo ab eo primitus comparato. Perfecto demum caſtro, recidiuant: nondum renati fidem ſuſcipere detrectant. Idem tamen *Meinardus* ab incepto non deſiſtit. Eo tempore *Semigalli*, pagani vicini, audita lapidum conſtructione, ignorantes, eos cæmento mediante firmari, cum magnis funibus nauium venientes, putabant ſe ſtulta ſua opinione caſtrum in *Dunam* trahere h). Sed a baliſtariis vulnerati, damna reportantes, abierunt. VICINI

niam tenuiſſe, eiusque incultu Meinardum, facello prope ripam Rubonis (Dunæ) exædificato, cœpiſſe iam tum aliquam ibi diuini verbi ſementem facere. Ad Wlodomirum enim Ruſſorum regulum hæc eſſe referenda, docet Noſter, et Pontanum docere potuerat ARNOLDVS LVBEC. *lib. 7. c. 9. n. 10.* Liuones num ex pacto, an vero ex lege ſubiectionis Ruthenis tributum ſoluerint, parum compertum. Id conſtat ex Auctore, neque id diffiretur idem ARNOLDVS *l. c.* tributi huius denegatione Liuones Chriſtianos deinceps ſæpius in ſe arma Ruthenorum prouocaſſe. Ciuilis Meinardus; non niſi cum venia Domini Liuones interpellaturus. Ipſos enim Liuones certum Principem vel Caput gentis habuiſſe, non legimus. Tenuiores ditioribus parucre: quos noſter *Seniores* et *Maiores natu* vocat; nuſquam *Nobiles*, *Principes* vel *Reges*: quarum dignitatum vocabulis caret idioma patrium, *Käninges* et *Kunninges* voce ex lingua Germanica adoptata.

f) Ykeſkola, hodie *Vxkul*, eſt caſtrum ad Dunam fluuium ſupra Rigam et Holmiam, in qua Meinardus non ſolum templum condidit, ſed etiam Collegium Fratrum Ordinis ſancti Auguſtini inſtituit, quod inſtar habebat *Capituli*, poſtquam ipſe creatus eſſet Epiſcopus. Hoc in loco Meinardus primum, ac deinde Bertoldus terræ ſunt mandati. Superueniens Albertus, tertius Epiſcopus, *Capitulum* hoc tranſtulit Rigam, a ſe conditam, ibique ſedem fixit Epiſcopalem, quæ antea Ykeskolæ fuerat. Vid. *ad annum* MCCI. *n. 3. 4.* Vnde refelluntur Scriptores Liuonici omnes, qui primum ſacellum *Holmiæ*, vel in *Dalen*, vel cum Pontano *l. c.* in eo loco, vbi nunc Riga eſt poſita, ædificatum tradunt.

g) *Lettones* vocat, qui nobis *Lituani*. RAYNALDVS in *Annalibus* paſſim *Lectouia* legit et *Luctouia* ad indicandam eorum terram. Quæ indicio ſunt, etiam in Regeſtis Pontificum nomina parum cognitorum populorum et locorum a ſcribis admodum fuiſſe deformata. Gentis hiſtoriam, a MATTHIA STRYIKOWSKI OSOSTEVITIO, canonico Samogitienſi, *Polonice* ſcriptam, *latinam* dedit ALBERTVS WÜVK KOIALOWICZ, S.I. nobis ne ſic quidem vtilem, quippe in rebus huius æui mancam, atque omni fere lumine deſtituram.

h) Primum itaque lapideum ædificium in hac terra fuit caſtrum Ykeskolenſe. Incolarum

7. VICINI *Holmenſes*, ſimili promiſſione præfatum *Meinardum* circumuenientes, facto ſibi caſtro, de dolis lucra reportant. Sed primitus qualicumque intentione baptizati ſunt, quorum nomina ſunt *Viliendi*, *Vldenago*, *Wade*, *Waldeko*, *Gerweder* et *Viezo*.

8. INTER duorum prædictorum caſtrorum, ſcilicet Vxkul et Holm i), conſtructionem, a Bremenſi Metropolitano, *Hartwico*, *Meinardus* in Epiſcopum ordinatur k).

CON-

rum enim domus hodienum ex trabibus vnice coagmentatæ dicuntur, adeoque facile de loco mouentur.

i) Verba: *Scilicet Vxkul et Holm;* gloſſema ſapiunt, quod margini forte illitum, librarii inſcitia tranſtulit in contextum. Vt ita ſentiam, non eo ſolum mouear, quod ſuperflua ſunt, cum vel dormitanti Lectori ſatis pateat, de quibus caſtris ſermo ſit; ſed et eo maxime, quod vſus vocabuli *Vxkul* eſt recentioris ævi, auctorique noſtro ignoratus, qui vbique *Vkeſkolæ* voce vtitur.

k) Sub cultro nos linquit Auctor, neque annum *ordinationis*, neque annos *miniſterii* neque annum *mortis* tanti viri indicans. Ego ita rationes ſubduco meas. Bertoldus, Meinardi ſucceſſor, obiit menſe Iulio MCXCVIII anno miniſterii ſecundo. Iniit ergo officium anno MCXCVI. exeunte. Ab obitu Meinardi ſedem non diu vacaſſe, patet ex traditis ARNOLDI *l.7. c.9.* Obierit igitur Meinardus anno MCXCVI. Supereſt, vt diſpiciatur de monumento fide digno, ex quo pateant anni *Præſulatus* Meinardiani, quo initium eius, ſeu tempus *ordinationis* certo definiri poſſit. Video quidem ARNOLDVM LVBECENSEM *l.c.* hoc referre ad annum MCLXXXVI. Sed ibi vel initium *prædicationis* et initium *præſulatus* Meinardiani confunditur; vel numerus corruptus eſt: quem verbis exſcriptis, quam litteris, ſignatum malem. Equidem videor mihi videre pleroſque, hic humeros ducentes, aſylum ignorantiæ increpantes audaciamque plus quam criticam obiicientes, in tanto conſenſu Codicum omnium Manuſcriptorum, a Bangerto conſultorum. At me, qui experientia doctus noui, quam facile ex vno Codice vitioſo nævi tranſcribantur in plura exempla, conſenſus ille parum mouet. Euolvant, quæſo, qui hæc legunt, eundem ARNOLDVM *lib.4.c.23.n.6.* vbi Codices omnes Manuſcripti Bangertiani habent annum MCLXXXIV. quo translatio oſſium ſancti Bernwardi Hildenſemenſis Epiſcopi celebrata ſit. Et tamen annus Cœleſtini PP. III. quartus, nec non annus Imperii Henrici. VI. quartus, ad oculum oſtendunt, numerum in Codicibus omnibus corruptum, et pro anno MCLXXXIV. annum MCLXXXXIV. in origine ſcriptum fuiſſe. Infra *ad annum* MCCXVI. vbi de Alberto Orlamundenſi Comite dicendum erit, oſtendemus alio exemplo, quo modo literæ vnius *o* in literam *a* mutatio non ſolum in omnes Thuringicos Hiſtoricos, tam typis expreſſos, quam Manuſcriptos, irrepſerit; ſed etiam ſola conturbauerit Landgrauiorum Thuringiæ veterum, nec non Comitum Habſburgenſium et Orlamundanorum genealogias, a nobis *l. c.* hac inſigni macula purgandas. Hoc certum eſt, ea, quæ *ineunte c.9.* tradit ARNOLDVS, ſibi parum conſtare, cum et *Meinardi* ſedem Epiſcopalem *Rigæ* affigit, et ſucceſſorem eius Bertoldum *in ciuitate Riga*, quæ tum nondum fuit, ſepelit, et ſub Cœleſtino PP. III. expeditiones *Hieroſolymitanas* vacaſſe vel ceſſaſſe tradit, quas ſub nullo Pontifice magis ferbuiſſe, cum ex ipſo ARNOLDO *l.5. c.1.* tum ex monumentis omnium eius ævi Chronicorum aliiſque probari poteſt. Prouoco ad literas cum Pontificis; tum ipſius Imperatoris: quas exhibent, illas quidem BARONIVS *tom. 12. ad annum* MCXCV. *n.* 22. has vero GODEFRIDVS COLONIENSIS *ad eundem annum:* qui refert ibidem, Papam huius rei cauſa duos Cardinales miſiſſe in Galliam et *quaquauerſum*. Iuerunt etiam Cruce ſignati in terram ſanctam eo ipſo tempore, quo Bertoldus iuit Epiſcopus in Liuoniam, et circa tempus, quo ille interiit, rediere in patriam. Quæ eo pertinent, vt appareat, ARNOLDVM ex *fama* magis, quam ex *ordine* res duorum primorum Liuoniæ Epiſcoporum tradidiſſe. Fama autem *ſummam* rerum, non *ordinem*, narrare ſolet. Certior lux affulgere videtur ex verſiculis, Meinardi tumulo inſcriptis, quos a Senatu Rigenſi ſubmiſſos conſeruauit CHYTRAEVS *Saxon l.31. f.930.* hanc in ſententiam:

Hac ſunt in foſſa Meinardi Præſulis oſſa.
Nobis primo fidem dedit annis quattuor idem.
Actis millenis centenis nonaqueg enis
Annis cum ſenis, hic ab his it ad æthera pœnis.

Equidem epigrammata illa, in pinacotheca arcis Ronnenbergicæ ſingulis Epiſcoporum *Rigenſium* imaginibus ſubiecta, epiſcopis æquæua haud crediderim. Hi tamen verſiculi ab epigrammate, Meinardi picturæ adſcripto, plane diuerſi, vetuſtiores ſunt, ſapiuntque ſimplicitatem et ſtilum eius ſæculi. Quod vel ſola *panarum* ſumtio pro cruciatibus, gallice *peines*, quæ infra *ad annum* MCCV. *n.5. et* MCCXI. *n.1.* recurrit, docere poteſt.

9. CONSVMMATO autem caſtro ſecundo, oblita iuramentimentita eſt iniquitas ſibi, nec eſt vſque ad vnum, qui fidem ſuſcipiat. Turbatur nimium prædicantis animus, præſertim cum pedetentim, rebus ſuis expilatis, colaphizata familia, ipſum ſuis de finibus exterminare decernant, baptiſmum, quem in aqua ſuſceperant, in *Duna* ſe lauando, remouere putant, remittendo in *Teutoniam*.

10. HABEBAT idem Epiſcopus cooperatorem in Euangelio, fratrem *Theodoricum*, Ciſtercienſis Ordinis; poſtmodum in *Eſtonia* Epiſcopum l): quem Liuones de *Thoreida* Diis ſuis immolare m) pro-

Quo ſignificatu hebdomas illa, qua Chriſtus iciuniis et laboribus fractus Crucem ſubiit, tum vocata fuit hebdomas *pœnoſa*, gallice *la ſemaine peneuſe*, non in Gallia ſolum, ſed et per Septemtrionem. Sic enim *Chronicon Archiepiſcoporum Vtſal.* a IO. SCHEFFERO editum, *p. 216. quatuor ſeptimanis exceptis ſcilicet ebdomada* pœnoſa *ante Paſcha* etc. vbi SCHEFFERVS addit: *Sic aperte legitur. Eſt autem hebdomas pœnoſa, quæ proxime præcedit feſtum Paſchæ, vulgo quæ* chara *dicitur*, ſcilicet Argentorati, in patria Schefferi, *die Char-* vel *Kar-woche*. Tum ſi vel maxime poſt feſtum ſepulchro inſcripti concedantur; apud Rigenſes tamen ſupereſſe potuit memoria dictorum annorum ex necrologiis, aliiſque monumentis, nondum publici iuris factis. Iam cum tempus mortis, quod ſepulcralis inſcriptio ponit in anno MCXCVI. conueniat cum calculo, quem ſupra poſuimus; conſtare ei fides quoque deberet in annis miniſterii Epiſcopalis, quorum *quatuor* tantum Meinardo attribuit: ſic vt *ordinatio* Meinardi in Epiſcopum incidat in annum MCXCII. Quem tanto lubentius amplectendum putes, quanto certius *Continuator* SIGEBERTI initium Præſulatus Meinardiani reiicit poſt annum MCLXXXVI. et quanto clarius Polonorum, poſt Kadlubkonem, qui tamen hæc tempora non attingit, vetuſtiſſimus ſcriptor DLVGOSSVS *lib. 4. p. 318.* Epiſcopatum Meinardi ad tempora Cæleſtini PP. III. quem anno MCLXXXXI. demum cœpiſſe conſtat, refert: *Tempore*, inquiens, *Cæleſtini tertii Papæ per operam Meinardi, Epiſcopi Liuoniæ, Liuonia ipſa ad fidem Chriſtianam conuerſa eſt.* Vbi tamen non in editione Lipſienſi ſolum, ſed et in Dobromilenſi *p. 288.* pro anno MCLXXXXI. qui ad Cæleſtinum PP. III. et ad Henricum VI. Imperatorem pertinet, poſitum video annum MLXXXXI. perperam. Nam alii chronographi hic quoque tempora Henrici VI. Imperatoris nominant, quæ in iſta Cæleſtini PP. III. tempora incidunt. Veluti CHRONICON LVNEBVRGICVM apud ECCARD. *Script. t. I. p. 1407. Bi deſſelven Keiſer Vridevikes Tiden erbof ſic de kerſtenheit to Pruten. Bi ſines Vader Keiſer Heinrikes Tiden ward Liſlonden Kerſten, vnde bedwungen van den Saſſen* i. e. *Tempore Friderici II. Imp. Chriſtiana religio effloruit per Pruſſiam. Tempore Patris eius Henrici VI. Imp. Livonia ad Chriſtianam fidem ad actа eſt per Saxones.* Meinardum anno MCC. demum floruiſſe, ait ALEXANDER GAGVINVS *p. 64.* ſeductus forte auctoritate CRANZII, *Vandal. l. 6. c. 10.* ſcribentis, *paullo ante completum* MCC. *a Chriſto annum Meinardum cum mercatoribus Liuoniam adiiſſe.* Sed hæc partim falſa, partim vaga nimis ſunt, neque annum conſecrationis Meinardi verum ſuppeditant. Quæ enim ſubiicimus documenta, docent, iam tempore Clementis PP. III., qui Cæleſtinum III. præceſſerat, et anno MCLXXXIX. infulæ admotus fuit, Meinardum Epiſcopum et quidem Ykeskolenſem appellatum fuiſſe; vt adeo annus conſecrationis Meinardi æque incertus ſit, ac annus primus migrationis eius in Liuoniam, donec noua reperiantur inſtrumenta.

l) E præcipuis ſociis Meinardi fuit hic Theodoricus: qui primus populum *Tranſaquenſem* ad fidem Chriſti adduxit, atque ab ea regione, quæ Thoreida vocatur, et in qua *Treiden* ſitum, vt ab aliis Theodoricis diſtingueretur, cognomen traxit. Albertus Epiſcopus præfecit eum monaſterio Ciſtercienſis ordinis, ad Dunæ oſtium a ſe recens condito, quod *Montem ſancti Nicolai* vocauit. Poſt pluriuum annorum labores et itinera, Romam ſuſcepta, vbi Innocentio PP. III. innotuit, *Eſtonienſis Epiſcopi* nomen magis, quam prouinciam obtinuit. Quæ omnia fuſius deinceps ſub ſuo quodlibet anno explicat Noſter.

m) Barbaros ad Septemtrionem, æque ac ceteros, de quibus CAESAR *de bell. Gall. l. 6. c. 16.* LACTANTIVS *diu. inſtit. lib. I. c. 21.* et LAGERLÖÖF *de Druid. c. 2. §. 7. p. 45. ſeq.* Diis ſuis *humano ſanguine* litaſſe, maxime Chriſtianorum, etiam aliunde conſtat. Horrenda ſunt, quæ de *Sueonibus* narrat ADAMVS BREMENSIS *de ſitu Daniæ n. 94.* et ante eum de Danis et Nordmannis DITMARVS MERSEBVRG. *lib. I. fin* vbi *ſingulis nouem annis nonaginta nouem homines cum totidem equis et canibus et gallis gallinaceis immolatos tradit.* Vnde *in luco Vtſalenſi canum et hominum corpora mixtim ſuſpenſa* ſe vidiſſe ADAMO narrauit quidam Chriſtianorum. Quod ſpectaculum

proponunt, eo quod fertilior ſeges ipſius ſit in agris, eorumque ſe- 1192.
getes inundatione pluuiæ perirent. Colligitur populus: voluntas deorum de immolatione ſorte inquiritur. Ponitur lancea: calcat equus n): pedem vitæ deputatum nutu dei præponit. Orat frater ore; manu benedicit. Ariolus, Deum Chriſtianorum equi dorſo inſidere, et pedem equi ad præponendum mouere, aſſerit, et ob hoc equi dorſum tergendum, quo Deus elabatur o). Quo facto, dum equus vitæ pedem præponit, vt prius, frater *Theodoricus* vitæ reſeruatur p). Idem frater miſſus in *Eſtoniam*, propter Ecclipſin Solis, quæ in die Iohannis Baptiſtæ viſa fuit, a paganis plurima paſſus eſt vitæ pericula, dicentibus, ipſum ſolem comedere q). Eodem

culum in mentem mihi reuocat pompam funebrem Ionæ, Cumanorum Regis, qui cum ſepeliretur in altiſſimo tumulo, *ſuſpenſi ſunt a dextris et ſiniſtris octo armigeri viui, ita voluntariam mortem oppetentes, et viginti ſex equi viui ſimiliter ſunt ibi appenſi*, teſte ALBERICO *ad annum* MCCXXXXI *p.* 579. Neque Eſtones ab humanis victimis abſtinuiſſe docet idem ADAMVS *n.* 75. vbi *Viuos*, inquit, *litant homines, quos a mercatoribus emunt, diligenter omnino probatos, ne maculam in corpore habeant.* Et Rugianorum ſacerdos nonnumquam *hominem Chriſtianum litare ſolebat: huiuſce nemodi cruore Deos omnino delectari ineſtimans*, teſte HELMOLDO *Chron. Slauor. l.* 2. *c.* 12. *n.* 9. De *Crimo*, quem *Pruſſi pro Papa coluerint*, ſimilia tradit DVISBVRGENSIS *part.* 3. *c.* 5. Hi enim, cum Chriſtianus primus Epiſcopus ad eos veniret, tanta imanitate fuerunt, vt, quotcumque feminini ſexus mater pareret, perimerent, præter vnam, ac captiuos Diis ſuis immolarent, gladios et lanceas, vt proſperam fortunam habeant, in ſanguinem eorum intingentes. Quam feritatem omnibus Epiſcopis notam fecit Honorius PP. III. ap. RAYNALD. *ad annum* MCCXVIII. *n.* 43. Quæ ad *Liuones* quoque pertinent, quia, eodem DVISBVRGENSI auctore, *ad Crimo illius mandatum non ſolum Pruſſi, ſed et Letbowini et aliæ nationes Liuonicæ terræ regebantur.*

n) Non ſemper mendax SAXO GRAMMATICVS *Hiſtor. Dan. l.* 14. narrat, apud Rugianos auſpicia per equum albi coloris fere hoc eodem modo ſumi conſueuiſſe: *ante fanum*, inquit, *triplex haſtarum ordo miniſtrorum opera diſponi ſolebat, in quorum quolibet binæ e transuerſo innectæ conſiſterent cuſpidibus figebantur, æquali ſpatiorum magnitudine ordines diſparante. Ad quos equus — ſolenni precatione præmiſſa, a ſacerdote e veſtibulo cum loramentis produ&ctus, ſi propoſitos ordines ante dextro, quam læuo pede, tranſcenderet, fauſtum omen accipiebatur. Sin læuum vel ſemel dextro prætuliſſet, — propoſitum mutabatur.* De Liuticiis, Rugianorum gentilibus, ſimilia tradit DITMARVS MERSEBVRG. *l.* 6. *p.* 382. *equum* ſcilicet *ſacrum, ſuper fixas in terram duorum cuſpides haſtilium, inter ſe tranſmiſſorum, du&tum, ceteris fortibus complementum* deciſſe. Steinenſes quoque huic ſuperſtitioni fuiſſe deditos, teſtatur AVCTOR ANONYMVS *Vitæ S. Ottonis lib.* 2. *c.* 32. quod inſcriptum eſt: *De prophetante caballo et haſtis.* CRANZIVS *Vandal. lib.* 5. *c.* 12. Saxonem exſcribere ſe profitetur; rem tamen omnem exprimit rotundius: *ſi dextro pede locum ſignatum tetigerit; fauſtum: ſi ſiniſtro, infauſtum ominantur.* Vnde Noſter dextrum pedem appellat *pedem vitæ.*

o) *Pruſſorum aliqui equos nigros, quidam albi coloris, propter Deos ſuos non audebant aliqualiter equitare.* DVISBVRG. *part.* 3. *c.* 5. Cauſam Noſter aperit, perſuaſionem ſcilicet, Deum quemdam equorum dorſo inſidere, quem abigere piaculum foret.

p) Similis huic, at triſtior exitu, fors fuit cuiuſdam ciuis Magdeburgici, a Pruſſis bello capti: de quo DVISBVRGENSIS *part.* 3. *c.* 86. *Nattangi, volentes victimam Diis offerre, miſerunt ſortem inter Teutonicos ibi captos, cecidit que duabus vicibus ſuper quemdam Burgenſem de Meydenburg, nobilem et diuitem, dictum Hirzbals. Qui ſic in angu ſtia conſtitutus, Henricum Monte rogauit, vt ad memoriam reduceret beneficia, quæ ipſi in ciuitate Meydeburg ſæpius exhibuit, et eum ab hac miſeria liberaret. Quo audito, Henricus computiens, ipſum duabus vicibus liberauit. Sed dum tertio miſſa ſors caderet iterum ſuper eum; noluit redimi; ſed ſponte offerens ſe in bona confeſſione hoſtiam Deo, ligatus ſuper equum ſuum, eſt crematus.* Aliud exemplum habet CHRON. KIOVIENS. *ad annum* DCCCCLXXXIII. *Collect. Rer. Ruſſ. part.* 2. *p.* 106.

q) *Menſe Iunio anni* MCLXXXXI. in Germania viſam Ecclipſin Solis, obſeruat GODEFRIDVS COLON. *ad h. annum.* Num eadem fuerit, de qua hic, nolim definire. VRSPERGENSIS enim *ad annum* MCLXXXVII. aliam habet, viſam *in feſto ſancti Iohannis Baptiſtæ hora diei ſexta.* Infra *ad annum* MCCVIII. *n.* 5. barbari, audito ſono campanæ, qua Rigenſes bellum ante fores nuntiabant, dicunt, ſe

ab

1129. Eodem tempore *Liuo* quidam de *Thoreida* vulneratus petiuit a fratre *Theodorico* curari, promittens, ſe, ſi curatus fuerit, baptizari. Frater autem herbas contundens, nec tamen herbarum illarum vires et effectus ſciens, ſed inuocato nomine domini, ipſum et in corpore et in anima baptizando ſeruauit. Et hic primus ex *primoribus* in *Thoreida* fidem Chriſti ſuſcepit. Infirmus etiam quidam fratrem *Theodoricum* vocat; baptiſmum petit: Quem mulierum proterua prohibet pertinacia a ſancto propoſito. Sed inualeſcente ægritudine vincitur muliebris incredulitas. Baptizatur: orationibus Deo committitur. Cuius morientis animam neophytus quidam, ad ſeptem diſtans milliaria, ab Angelis in cælum deferri vidit et agnouit.

II. PROVISA autem Liuonum pertinacia et labore caſſato, Epiſcopus *Meinardus*, collectis Clericis cum fratribus, mercatorum naues, iam in Paſcha *Gotlandiam* ituras, recedendi propoſito aggreditur. Vnde Liuonum aſtutia Chriſtianorum timet et ſuſpicatur ſuper ſe venturum exercitum. Inde dolis et lachrimis et aliis modis multis ficte præfatum reuocare ſtudent Epiſcopum, dicentes, vt illi quondam beato Martino, licet intentione non ſimili: *Cur nos, pater, deſeris? Aut cui nos deſolatos relinquis* r)*? Num recedendo paſtor oues ſuas periculoſe luporum faucibus exponit?* Et ipſi Liuones plene ſe fidem ſuſcepturos repromittunt. Credit innocens omni verbo, et mercatorum conſilio, ſimulque futuri exercitus fiducia accepta, cum Liuonibus reuertitur. Promiſerant enim aliqui de *Teutonicis* et quidam de *Danis* et de *Normannis*, et de ſingulis populis, exercitum ſe, ſi opus foret, adducturos. Poſt diſceſſum mercatorum redeuntem Epiſcopum *Holmenſes* ſalutatione et animo *Iudæ* ſalutant: *Aue Rabbi*, dicentes, et, *quo pretio Sal aut Watmal* ſ), *in*

ab illo Deo Chriſtianorum comedi et conſumi: maiore ratione, quam hi Eſtonienſes de homine inermi, quem forte pro mago habuere.

r) His verbis Henrico Lubecenſi Epiſcopo, anno MCLXXXIIII. ad plures abituro, acclamatum narrat ARNOLDVS *lib. 3. c. 3. n. 3.*

ſ) *Watmal.* Vocabulum vſus rarioris: cuius cum etymon, tum ſignificatum indagare iuuat. GOLDASTVS *animaduerſ. ad Eginhardum de vita Caroli Magni p. 198. et 199. editionis Schminckianæ* habet chartam San-Gallenſis Abbatis Notperti ex anno MLXI. in qua occurrit vox *Watſpenda.* Ad quam ille ſic commentatur: *Watſpenda, vox barbara, veſtium donationem ſignificat — Wat enim Germani veſtitum vocant, et Watman dictus vulgo, qui pannos vendit.* Recte quidem ille: nam et hodienum Noſtri hoc ſenſu voce *Wad* vel *Wand* vtuntur; lintea ſeu pannos *lineos Leinwad* vel *Leinwand*; *laneos* autem ſimpliciter *Wand*, et *laneorum* pannorum inciſores ſeu mercatores *Wandſnidere* appellantes. Sed quid vox compoſita *Watmal?* Succurrit PETRVS DVISBVRGENSIS, qui *Chron. Pruſſ. part. 3. c. 79.* de Hermanno Grumbachio, quinto Magiſtro Pruſſiæ, ait: *Iſte dictus fuit* WATMAL, *ab illo panno* LANEO, *dicto Watmal, quod inſtituit Fratribus deferendum.* Ex quo loco patet, *Watmal* fuiſſe veſtium genus ſili craſſioris et villoſum, ex cruda lana confectum, albi coloris. Alba enim pallia, nigris crucibus inſignita, geſtare ſolitos fuiſſe fratres Teutonicos, indicat idem *part. 2. c. 4.* et *part. 1. c. 1.* Immo in prologo ait, nonnullos ex iis corpus vſque eo afflixiſſe, vt vel *cilicio* vel *lorica* pro *camiſia* vterentur, vel de *ſuccis lineis, quibus farina ipſis tritis mare ducebatur, confectas veſtes induerent.* Hartmannus itaque, habitum omnibus vniformem daturus, veſtes ex lana cruda et villoſa valde rudes Fratribus dederit, falſo dicterio locum, et Scriptori anſam præbens ludendi in nomine Magiſtri: *Hic nomen habuit a re, quia duriſſimæ fuit ceruicis. Interpretatur Hartmann durus vir.* Atque hoc veſtimenti genus, quod iam olim e Germania accipere conſueuere Pruſſi, ADAMVS BREMENSIS *de ſitu Daniæ n. 77.* PALDONES, *eiuſque Exſcriptor* HELMOLDVS *Chron. Slavor. lib. 1. c. 1. n. 5.* FALDONES appellat. *Pellibus,*

in Gotlandia comparetur, inquirunt. Non differt lachrimas amari- 1196.
tudo cordis: tranſit *Ykeskolam* & in domum ſuam recipitur. Statuit diem, vt colligat populum, promiſſi monendum. Diem non ſeruant: promiſſum non implent. Vnde cum ſuis captato conſilio in *Eſtoniam* ire proponit, quatenus cum illis, qui ibi hyemauerant, mercatoribus pergat *Gotlandiam*. Interim Liuones in via eius procreant interitum. Sed ab *Annone* s) Thoreidenſi præmunitur & redire monetur. Itaque multipliciter perplexus, Ykeskolam revertitur, terram declinare non valens.

12. VNDE, pro captando conſilio, domno *Papæ Romano* clam nuncium ſuum, fratrem *Theodoricum* de Thoreida, direxit. Qui videns, ſe de terra exire non poſſe, pro dolo t) Liuonum vicit inſidias, vectus equo, habens ſtolam, librum & aquam benedictam, quaſi infirmum viſitaturus. Et hanc viæ ſuæ cauſam viatoribus interrogantibus prætendens, terram exeundo euaſit, & ad ſummum vſque *Pontificem* peruenit. Summus itaque *Pontifex*, audito numero baptizatorum, non eos deſerendos cenſuit; ſed ad obſeruationem fidei, quam ſponte promiſerant, cogendos decreuit. Remiſſionem quippe omnium peccatorum indulſit omnibus, qui ad reſuſcitandam illam primitiuam eccleſiam accepta Cruce transeant u).

13. IAM tunc idem Epiſcopus cum *Duce Sueciæ* w), *Teutonicis* & *Gothis Curones* bello adierat. Sed tempeſtate depulſi *Wironiam*, Eſtoniæ

bus, ait, *vterque abundant* (Pruzi) *peregrinis*, *quarum odor noſtro orbi lethiferum ſuperbiæ venenum propinauit. Et illi quidem vti ſtercora hæc habent, ad noſtram ſorte damnationem, qui per fas nefaſque ad veſtem anhelamus marturinam, quaſi ad ſummam beatitudinem. Itaque pro* laneis *indumentis*, *quæ nos dicimus* Paldones, *illi offerunt tam pretioſos martures.* Ex qua comparatione patet, *Paldones* iſtos viliſſimum æque ac craſſiſſimum fuiſſe veſtium lanearum genus, quod eis mare *Paltrücke* & in Pomerelia *Caſſuben*, vnde genti nomen inditum putat MICRAELIVS *Chron. Pomer. l. 6. in f.* trans mare autem & maxime apud *Lappones* & *Liuones* hodienum *Watmal* vocatur, teſte WEXIONIO *deſcript. Suec. l. 4. c. 8.* & WEBERO *Conuerſ. Ruſſ. part. 3. p. 120.* Quod nec, qua nomen, nec qua rem, Anglis incognitum deprehendo. VITVS KENNET Petroburgenſis nuper Epiſcopus, cum adhuc ruri Ambroſiodunenſium Paſtor eſſet, edidit Oxonii anno 1695. Antiquitates Ambroſiodunenſis Parochiæ (*Parochial Antiquities, attempted in the Hiſtory of Ambroſden, Burceſter and other adjacent Parts, in the Counties of Oxford and Bucks*) magna documentorum copia refertas; quibus iunctum eſt *Gloſſarium verborum infimæ latinitatis* præſtantiſſimum. Eo in opere *p. 574.* occurrit diploma ex an. MCCCCXXV. quo in expenſis numerantur & hæc: *In quinque virgatis de* Waddemole, *emptis pro coleris equinis* (expenſi ſunt) *hoc anno II. ſolidi*, *I. denarius.*

Quæ verba Gloſſator illuſtrat hunc in modum: WADDEMOLE, *now called Woadmel, and in Oxfordshire Woddenell, a courſe Sort of Stuff, uſ'd for the Covering of the Collars of Cart-Horſes. Mr. Ray in His Collection of Eaſt and South-Country Words deſcribes it to be a hairy courſe Stuff, made of Island wooll, and brought thence by our Seamen to Norfolck*, *Suffolck* &c. Anglis itaque *Watmal* eſt pannus villoſus ex lana Islandica confectus, qualem nautæ ex Islandia deferre ſolent in prouincias Angliæ Septemtrionales. Cui ſimilis VIRGILII hircorum lana.

- - - - *ſetaque comantes*
Vſum in caſtrorum & miſeris velamina nautis.
Georg. l. 3. v. 312.

s) Is forte, de quo ſupra *n. 4.*

t) Ita ſcriptum. Sed mallem *per dolum.*

u) Hæc ex incerto rumore acceptiſſe Noſtrum crediderim, quia Pontificis nomen non prodit: quod tamen deinceps in Innocentio III. & Honorio III. nunquam intermittit. Innocentius enim, ſi eius temporis documenta ſpectes, primus in hanc curam incubuiſſe videtur, ſilentibus Cæleſtini III. geſtis, quæ quidem exſtant.

w) De hac expeditione ſilent Annales Suecorum, qui quidem ad nos peruenerunt. Vnde non PONTANVS ſolum *Rer. Danic. lib. 6. p. 290.* ſed & IOANNES MESSENIVS, ipſe Suecus, *Scond. Illuſtrat. Tom. 2. ad an-*

1196. Eſtoniæ prouinciam, applicant & triduo terram vaſtant. Sed dum *Wirones* de fide recipienda tractarent, *Dux*, accepto potius tributo ab eis, vela ſuſtollens, in moleſtiam *Teutonicorum* x).

14. INTEREA piæ memoriæ *Meinardus* Epiſcopus poſt multos labores & dolores decidit in lectum, &, videns ſe moriturum, *Liuoniæ* & *Thoreidæ* conuocat quosque *Seniores*, inquirens, ſi poſt mortem ſuam deinceps carere velint Epiſcopo. Illi autem, magis ſe Epiſcopo & Patre gaudere velle, communiter affirmant. Et poſt paululum *Epiſcopus* diem clauſit extremum. y).

GESTA SECVNDI EPISCOPI BERTOLDI.

1. *Bertoldus, Abbas Lucenſis, Liuonum ſit Epiſcopus anno* MCLXXXXVI.
2. *Vadit in Liuoniam inermis.*
3. *Redux in Germaniam militem colligit.*
4. *Armatus intrat Liuoniam anno* MCLXXXXVIII.
5. *Liuonum haud inſcita diſputatio.*
6. *Bertoldus Epiſcopus in acie peritus* MCLXXXXVIII.
7. *Victi Liuones partim baptizantur.*
8. *Mox a fide deficiunt, militi Saxonico in patriam reuerſo.*
9. *Chriſtianos clericos vexant.*
10. *Omnibus poſtremo exilium indicunt.*

1197.

1. CELEBRATIS ſecundum morem exſequiis, & Epiſcopo qualicumque Liuonum planctu & lachrimis ſepulto, de ſucceſſore tractatur, & ad *Bremenſem* Metropolim pro perſona idonea mittitur. Demonſtratur de Ciſtercienſi ordine *Lucenſis* a) *Abbatis Bertoldi* reuerenda perſona. Difficilis quidem primi-

uum MCLXXXXVI. *p. 16.* eius gloriam transfert in Canutum, Danorum Regem, Woldemari I. filium; cum tamen eiusdem nominis Rex eodem tempore floruerit inter Suecos. In anno tamen nolim refragari, cum & Noſter ſtatim ſubiiciat mortem Meinardi. Interim nihil impedit, quo minus credamus, vtrumque Canutum, & Sueicum & Danicum, Eſtones eodem anno impetiiſſe. De Sueico Noſter audiendus eſt, qui Ducis ſui operâ cum vſum teſtatur. Fuit is Birger Ierl I. quem anno MCCII. diem ſuum obiiſſe ſcribit ERICVS *Vpſalienſis hiſtor. Suec. lib. 3. p. 103. prim. edit.* De Danico teſtatur Chronicon Sialandicum, ab ARNA MAGNAEO editum *p. 48. Anno* MCXCVI. *Kanutus Rex cum exercitu profectus eſt in Eſtland.* Equidem Canutum, Sueciæ Regem, iam anno MCLXXXXII. defunctum narrat laudatus ERICVS *l. c. p. 99.* quem ſequitur IO. MAGNVS *Hiſtor. Goth. lib. 19. c. 9. p. 603.* Sed CLAVDIVS OERNHIAELM *hiſt. Suec. eccleſ. lib. 4. c. 7.* adductis diplomatibus probat, vitam eum extendiſſe vſque ad annum MCXCIX. concluditque, bellum in Eſtones Sueciis cum Danis commune fuiſſe; licet ipſe quoque ignoret hanc expeditionem, *n. 67.* ſcribens: *Peſſem hanc* (Eſtones Sueciam inuadentes) *Canutus a patria depulisse contentus, domi metu aemulorum vindex ferrum foras in praedonum terras proferre non ſuſtinuit.*

x) Exſcriptoris ſcitantia, verba: *rediit in terram ſuam*, quæ infra ſæpius recurrunt, hic intercidiſſe, nemo non videt.

y) Anno ſcilicet MCLXXXXVI. quia ſucceſſor, menſe Iulio anni MCLXXXXVIII. defunctus, obiiſſe dicitur *anno Praſulatus ſecundo.* Quo poſito, vltra dictum annum MCLXXXXVI. vitam producere non potuit Meinardus, neque fallere inſcriptio ſepulcralis. Decimam nonam Kal. Septembr. quæ eſt Auguſti XIV. obitus diem habent *Faſti ſacri Colonienſes* apud GELEN. *de magnitud. Colon. p. 713.*

a) *Abbatem in Lucca* vocat ARNOLDVS *l. 7. c. 9. n. 3. Griſei ordinis* eam fuiſſe tradit ALBERTVS STADENSIS *ad annum* MCLXXXXV. *Bertoldus quidam griſei ordinis conſecratus eſt Epiſcopus ab Hartwico Archiepiſcopo* (Bremenſi), *& miſſus in Liuoniam.* Ciſtercienſis ordinis diſtinctionem addit ALBERICVS *ad annum* MCLXXXXIV. *p. 404. Hic diebus*, inquiens, *in Liuonia, quæ eſt inter Sueciam, & Pruſſiam* (Ruſſiam) *& Poloniam, quidam Abbas venerabilis, Bertoldus nomine, Ciſtercienſis ordinis, Chriſtum prædicabat cum omni inſtantia: qui etiam ſecundus factus Epiſcopus poſt Meinar-*

primitus ad eundum exhibetur. Sed *Metropolitani* victus preci- 1197.
bus b), prædicationis onus aggreditur.

2. FACTVS *Episcopus* primo sine exercitu, domino se committens, fortunam exploraturus, Liuoniam pergit, *Ykeskolam venit*, & ecclesiæ dotem ingrediens, quosque meliores tam paganos, quam christianos, coram se colligit. Quos potu & escis & muneribus datis placare laborat, dicens, *se ipsorum vocatione venisse, & prædecessori suo in solidum succesisse.* Quem quidem primo blande suscipiunt. Sed ipsum in *Holmensis* cœmeterii consecratione alii in ecclesia concremare; alii occidere: alii in *Duna* submergere concertabant: egestatem aduentus sui causam esse improperabant.

3. TALIBVS initiis consideratis, clam naues adiit, & *Gotlandiam* reuertitur, & in *Saxoniam* procedens, Liuoniensis ecclesiæ ruinam tam domino *Papæ*, quam *Metropolitano Bremensi* & Christi fidelibus conqueritur vniuersis c). Igitur dominus *Papa* cunctis signum

Meinardum, qui fuit ex Regularibus, & primus prædicauit in illa prouincia. Fuit itaque Bertoldus ille Abbas cuiusdam monasterii ordinis Cistercienſis, quod *Lucca* vocatur: cuius situm CRANZIVS ignorauit. *Vandal.* enim *l. 6. c. 10.* obiter ait: *Lucensem dixere annales conuentum, vnde venerat.* Porro *Metropol. l. 7. c. 14.* repetit ex Alberto Stadensi, Hartwicum Bremensem Archiepiscopum *Bertoldum quemdam, ordinis grisei, hoc est, Cistercienſium, consecrasse Episcopum Liuoniensem.* Denique *Saxon. l. 7. c. 13.* ignorantiam suam profitetur, ita scribens: *Bertoldus Abbas de* LVCKA. *Monasterium, arbitror, Cistercienſium, vbicumque sit. Nam alii annales præferunt, Abbatem fuisse griseorum monachorum: quod genus vestium habuere monachi Cistercii.* Est autem Lucense Ordinis Cistercienſis monasterium hodienum superstes in prouincia, Hanoueræ circumiecta, inter Lainam & Visurgim fluuios, quinto ab hac vrbe Septemtrionem versus lapide situm: de cuius fundatione & Abbatibus narratio exstat *Scriptor. Brunsuic. t. 3. p. 690.* Primum inter Prælatos locum tuetur *Lucensis* Abbas, ex quo *Bursfeldensis* Comitiis prouincialibus interesse desiit. v. *Subscriptiones Recessus Gandersheimenses ex anno* MDCI. Post Gerhardum Wolterum Molanum, & Iustum Christophorum Boehmerum, qui nostra ætate infulam gessere, nunc Abbatiam regit Dn. Georgius, e clara Ebeliorum familia. Itaque non audiendi sunt CHYTRAEVS *Sax. l. 1. p. 17.* & MEIBOMIVS *Scriptor. t. 1. p. 530.* cum sequacibus, qui Bertoldum hunc *ex monacho ædis sancti Pauli in suburbio Bremensi* Episcopum in Liuonia factum asserunt, confundentes Bertoldum, cum Hermanno, sequentis Episcopi Alberti fratre, qui ex illo monasterio lectus est in Episcopum Estiensem, *infra ad annum* MCCXVIII. *n. 11.* Neque BZOVIVS audiendus, qui Bertoldi missionem *Liuoniensem* convertit in *Lubecensem*, dum *ad annum* MCLXXXVI, *n. 3.* scribit, Bertoldum Abbatem *Lubecensibus, hactenus idololatris, Euangelium annunciasse.* Cuius gentis aut familiæ fuerit, adhuc ignoramus. Equidem vulgares historiæ Liuoniæ scriptores Bertoldum *de Lochaw* vocant, quasi familiæ huius nominis adscribendus esset. Sed erroris causa manifesta est: a quo ne quidem FRIDERICVS MENIVS, Dorpatensis Academiæ primus historiarum & antiquitatum Professor, abstinet *Prodromo Jur. & Regim. Liuon. p. 4.* & CLAVDIVS ARRHENIVS OERNHIAELM immunis est, qui Menium per omnia sequitur *Vita Ponti de la Gardie p. 74.*

b) Si ARNOLDVM *l. c.* audis, Bertoldus, relicta prælatura, Meinardum in Liuoniam secutus est, atque a Liuonibus, qui virum ante nouerant, in locum defuncti Meinardi Episcopus postulatus. Ex nostro nihil tale apparet. Quin ex Bertoldi tergiuersatione, & ex primo itinere in Liuoniam, quasi explorandi rerum status caussa, suscepto diuersum colligi posset, nisi Arnoldo adstipularetur ALBERICVS *l. c.* Ceterum obseruatu dignum, quod Bertoldo *ad supplementum laboris reditus annales ad viginti marcas ex ecclesia Bremensi fuerint assignati;* quia Bremensis ecclesia Liuonienſem postea impetiit de subiectione, & Rigensem Episcopum Suffraganeum esse voluit Archiepiscopi Bremensis, a quo consecratus esset & stipendium accepisset. Quæ lis duravit, quousque Rigensis Archiepiscopus crearetur, atque hoc modo Bremensi redderetur.

c) Dum Saxoniam obit & militem colligit Bertoldus iam Episcopus; in vicinia nostræ vrbis primum templum in villa *Hefede* constructum consecrat, literisque, quas consecrationis testes dedit, historiam fundationis inserit.

1198. signum Crucis accipientibus, & contra perfidos Liuones se armantibus remissionem indulget peccatorum, literas super his eidem Episcopo *Bertoldo*, sicut & suo dirigens prædecessori d).

4. EPISCOPVS ergo collectis viris in Liuoniam venit cum exercitu, & ad castrum *Holm* procedens, quod quidem in medio fluminis situm est, misso trans aquam nuntio, quærit, *si fidem susciperé & susceptam seruare decernant*. Qui, *se fidem recognoscere nolle, nec seruare velle*, proclamant. Episcopus vero, neglectis retro nauibus, ipsis nocere non potuit. Ergo cum exercitu ad locum *Rigæ* e) reuertitur, & cum suis, quid agat, consilium init.

5. INTEREA contra ipsum Liuonum vniuersitas colligitur, & trans montem *Rigæ* stationem faciunt, pugnare parati. Dirigunt tamen Episcopo nuntium, causam exercitus superducti requirentes. Respondit Episcopus causam, quod, *tamquam canes ad vomitum, sic a fide sæpius ad paganismum redierint*. Item Liuones, *causam hanc*, inquiunt, *a nobis remouebimus. Tu tantum, remisso exercitu, cum tuis ad Episcopatum tuum cum pace reuertaris: eos, qui fidem susceperunt, ad eam seruandam compellas; alios ad suscipiendam eam verbis, non verberibus, allicias*. Episcopus ab eis huius securitatis obsides filios ipsorum requirit. At illi penitus se daturos contradicunt. Interea colligendæ partis eorum causa breues dant & recipiunt inducias, *missis inuicem lanceis*, secundum morem f), ad con-

d) Iterum hic negotium facessit suppressum Pontificis nomen, & silentium in Gestis Cælestini PP. III. Neque ipsum negotium Liuonienſe adhuc tantæ molis esse videbatur, quæ summi Pontificis, in expeditionem Orientalem hoc tempore quam maxime intenti, desideraret auctoritatem, quippe ex solo Archiepiscopi Bremensis nutu susceptum. Dignum tamen relatu, BARONIVM *ad annum* MCLXXXV. *n. 25.* haud diffiteri, multas hoc Pontifice falsas epistolas e Curia Romana fuisse scriptas, nominatimque designare quemdam huius generis artificem. Quod non eo dico, vt confictas haberi velim has, si quando in lucem emergant, Cælestini III. literas; sed vt ingenua Baronii confessio cautos reddat diplomatum cupidos. Quod enim Romæ nonnumquam factitatum scimus; cur extra Romam fieri non potuisse putemus? INNOCENTIVS sane III. passim huiusmodi fraudes, veluti ipsius tempore quotidianas, taxat; maxime autem *lib. 1. ep. 383.* qua Noruagiæ Regem accusat: *Qui*, inquiens — *bonæ memoriæ Cælestini Papæ, prædecessoris nostri, bullam falsare non timuit, qua varias literas sigillauit. Sed is, cui manifesta sunt omnia, eius falsitatem detexit.* Quæ satis docent, procul Roma atque in vltimo Septemtrione non defuisse falsorum sigillorum & spuriorum diplomatum fabricatores.

e) Locus ad ripam Dunæ fluuii, duobus milliaribus germanicis a mari distans, in quo, vt Noster ait *ad annum* MCC. *n. 1.* nauium statio esse poterat, *Rige* nomen habuit, antè cognominem vrbem ibi conditam; quemadmodum locus seu regio *Reualienſis* ad sinum Fennicum in Estonia nomen *Reualie* habuit ante, quam a Danis conderetur vrbs & castrum *Reualia*. V. *ad annum* MCCXVIII. *n. 2.*

f) Haud insolita, vt inter barbaros, inducias pangendarum ratio, missis vltro citroque lanceis, vt arma mea tantisper in tua potestate sint, actua in mea. Vis omnis obligationis est in fide data. Sed hanc inculiores populi per certa symbola dare consueuerunt, quæ instar habeant sigilli & publicationis. Publicatione enim inducias intermissa, a pœnis immunes sunt, qui contra inducias quid fecere; docente GROTIO *de I. B. & P. l. 3. c. 21. §. 5.* Populis Americanis hodienum multus symbolorum vsus in fœderibus pangendis, in Legationibus & in amicitiis confirmandis: quem in gratiam eorum sequuntur etiam homines Europæi, quibus cum iis agendum est. Sic Angliæ Prorex barbaris, quos ad Concilium vocat, *cingulum e corio* mittit, securi itus reditusque testeram. Venientes dum alloquitur, tria diuersis temporibus inter loquendum *lora* depromit porrigitque amicitiæ pignora. Barbarorum princeps respondurus, reddito prius *cingulo*, inter loquendum tria itidem diuersis temporibus *lora* Prorege tradit, firmandæ amicitiæ; quæ haustu vini cum voto pro salute

confirmationem pacis. In qua pace plures *Teutonicos*, equis pabula quærentes, occiderunt. Quo viſo, dominus Epiſcopus, ipſorum *lanceis remiſſis*, paci contradixit. 1198.

6. VOCIFERANTVR & conſtrepunt paganico more *Liuones*. Armantur ex aduerſo *Saxonum* acies ad pugnandum; in paganos præcipitantes inſultum. Fugiunt *Liuones*. *Epiſcopus Bertoldus* equi, ab eo male detenti, velocitate immiſcetur fugientibus. Quem, duobus complectentibus, tertius, *Ymant* nomine, a tergo lancea perfodit: quem & alii membratim dilacerant, Nono Kalendas Auguſti g) CIↃ. C. XCVIII. verſus:

Haſta necans anno Bertoldum Liuo ſecundo.

7. LIVONES, ſe ſubſequi verentes exercitum, præcipites fugiunt, quia h) videntes vnam occiſi Teutonici galeam militarem, quam capiti ſuo *Liuo* percuſſor impoſuerat. Amiſſo etenim capite ſuo nimium turbatur exercitus, & tam equis, quam nauibus, tam igne, quam gladio Liuonum perdunt ſegetes. Quo viſo, Liuones, vt maioribus damnis occurrant, pacem innouant, &, vocatis ad ſe Clericis, primo die in *Holme* circiter L. baptizati ſunt. Sequenti die in *Ykeskola* circiter C. conuertuntur. Sacerdotes per caſtra ſuſcipiunt, annonæ menſuram de quolibet aratro i) ad expenſas cuiusque ſacerdotis ſtatuendo. His viſis mitigatur exercitus & ad reditum præparatur.

8. LIVONES igitur, amiſſo paſtore ſuo, conſilio clericorum & fratrum, nuncios pro ſucceſſore nouo in *Teutoniam* mittunt. Et ſic

---

ſalute Georgii II. Regis obſignatur. Quod pluribus docent *inſcriptiones facti*, quas S. R. VRLSPERGERVS inſeruit *Annalibus Georgianicis Contin. I. p. 547. ſeqq.*

g) Habent ergo nunc demum Lucenſes noſtri Aſcetæ diem, adhuc ignoratum, dignumque, qui faſtis inſcribatur, & cui loco cedat XII. Kal. Nouembr. (XIII. habent FASTI SACRI COLONIENSES *p. 733.*) ad quam Bertoldi obitum refert *Menologium Ciſtercienſe*. Equidem ſi Bertoldi oſſa in patriam relata, atque in Lucenſi cœnobio depoſita legerem; Menologium cum Noſtro facile conciliarem crederemque, XII. Kal. Nou. de translatione & depoſitione illa eſſe accipiendam. Sed cum Bertoldi oſſa *Ykeskolæ* relicta legamus *ad annum* MCCV. *n. 6.* CHRYSOSTOMVS HENRIQVESIVS, *Menologii* auctor, eſt manetque implacabilis: nullo tamen veritatis detrimento, quia Henriqueſii ipſos inter ſodales nulla vel modica auctoritas. Ita enim ad Gaſparem Iongelinum, Notitiæ Abbatiarum Ordinis Ciſtercienſis auctorem, de ſcriptis eius, quæ paulio ante Antwerpiæ prodierant in lucem, reſcripſit anno MDCXXXVIII. Dn. CLAVDIVS, Abbas Clarauallenſis: *Non neſcio, dominum Chryſoſtomum Henriquez ex multarum rerum farragine Magnum volumen conflaſſe; ſed multa irrepſerunt veritati diſſentanea, minusque ab auctore conſiderata: quippe qui tantum iuxta leuia undequaque congeſta monumenta nonnulla ſcripſerit.* In anno, licet diſcrepent recentiores, vereres tamen conſentiunt, veluti ALBERTVS STADENSIS *ad annum* MCLXXXXVIII. *Bertoldus*, inquiens, *Liuonienſis Eccleſiæ Epiſcopus a paganis occiditur; cui Albertus, Bremenſis Canonicus ſurrogatur.* Liuonienſem Epiſcopum notanter vocat Albertus Bertoldum, quia *Regionarium* erat: qualis olim per Haſſiam & Thuringiam fuit ſanctus Bonifacius ante, quam ſedi affigeretur Moguntinæ Archiepiſcopus. *In ciuitate Riga tumulatum* tradit ARNOLDVS LVBEC. *l. 7. c. 9. n. 6.* Quod verum nec eſt, nec eſſe poteſt. Non *eſt*, quia Noſter, tamquam teſtis αὐτόπτης, in eccleſia Ykeskoienſi ſepulcrum ait *l. c.* Nec per rerum naturam tumulari in ciuitate Riga tum *potuit*, quæ eo tempore nec ipſa fuit in rerum natura.

h) Pro *quia* legendum *quippe*, vt ſenſus verborum ſibi conſtet.

i) Vel hæc ipſa inſtitutio demonſtrat *patriam* primorum in Liuonia verbi diuini præconum.

1198. ſic credula pacis incertæ *Saxonum* turba reuertitur. Manent Clerici. Manet vna nauis mercatorum. Iam vela ventus depulit. Et ecce! perfidi Liuones, de balneis egreſſi, *Dunæ* fluminis aqua ſe perfundunt, dicentes: *Hic iam baptiſmatis aquam cum ipſa chriſtianitate remouemus aqua fluminis, & fidem ſuſceptam exteſtucantes, poſt Saxones recedentes tranſmittimus* k). Illi autem, qui receſſerant, in cuiusdam arboris ramo quaſi caput hominis inciderant: quod Liuones *Saxonum Deum* putantes l), & ex hoc inundantiam & peſtilentiam ſibi imminere credentes, coćto iuxta ritum paganorum medone combibentes, captato conſilio, caput ab arbore ponentes, ligna connectunt: quibus caput ſuperpoſitum, quaſi *Deum Saxonum*, cum fide Chriſtianorum, poſt recedentes *Gotlandiam* per mare transmittunt.

9. MENSE peracto, rupta pace, fratres capiendo & male tractando, in bona ipſorum graſſantur, ea furtim & violenter auferendo. Equis etiam ablatis, agri inculti remanent. Vnde fere vsque ad *ducentos martyres* eccleſia eſt damnificata. Fugit ergo Clerus ab *Ykeskola* in *Holme*, neſcius, cui ſe fortunæ aut loco committant.

10. PROXIMA *Quadrageſima* m) collecta Liuonum vniuerſitas decernit, vt, quicumque Clericus in terra maneat poſt Paſcha, capite puniatur. Vnde tam timore mortis, quam quærendi paſtoris cauſa Clerici in *Saxoniam* pergunt. Decreuerant etiam Liuones, mercatores, qui remanſerant, occidere. Sed mercatores, dantes munera *Senioribus*, vitæ conſuluerunt.

ALBERTI

k) Scilicet hic fructus feſtinati baptiſmi, & absque præuia inſtitutione ſuſcepti, quam apud adultos præmittendam ipſa ratio ſuadeat, ſi vel maxime præceptum Chriſti deficeret.

l) Liuonum quidam, plus quam Aegyptiaca ſuperſtitione ducti, Deos excreſcere ex arboribus putabant. V. *ad annum* MCCVI. *n.14.* Vnde cum huiuſmodi arbores ſuccidi a Chriſtianis ſacerdotibus viderent, *mirabantur, ſanguinem non effluxiſſe.* V. *ad annum* MCCXIX. *n.5.* Ex ore hominum, qui talia viderunt, refert OLIVERIVS *Hiſtor.terr. ſanct. n.65.* Liuones, Eſtones & Prutenos numina gentilium coluiſſe, Dryades, Hamadryades, Oreades, Napeas, Numides, Satyros & Faunos. *Sperabant enim,* pergit, *ſuper lucos, quos nulla ſecuris violare præſumpſit, vbi fontes & colles, rupes & valles venerabantur, quaſi aliquid virtutis & auſpicii reperiri poſſit in eis.*

m) Ea ſcilicet, quæ Bertoldi mortem proxime ſecuta eſt, inciditque in annum Chriſti MCLXXXXIX. æræ vulgaris. Licet enim Albertus iam ſuperiori anno Bertoldo ſurrogatus eſſet; ante tamen æſtatem anni MCLXXXXIX. in Liuoniam non peruenit. Noſter itaque, quæ pii ſacerdotes a morte Bertoldi vſque ad Alberti aduentum in Liuonia inter barbaros perpeſſi ſunt, hoc loco coniungenda duxit vniuerſa.

ALBERTI TERTII EPISCOPI ANNVS I. CHRISTI MCLXXXXIIX - MCLXXXXIX. 1198.

1. *Albertus fuit Episcopus anno* MCLXXXVIII.
2. *In Gotlandia D. viros ad militiam Liuonicam adscifcit.*
3. *In aula Danica munera recipit.*
4. *Magdeburgi plures milites colligit.* MCLXXXIX.
5. *Quibus ex sententia Curiæ Imperialis iter in Liuoniam tantumdem prodeſt, quantum aliis visitatio sanctorum liminum Hierosolymitana.*

1. ANNO Domini M. C. XCVIII. venerabilis *Albertus*, Bremensis Canonicus, a) in Episcopum consecratur.

POST

a) Dignus est hic *armatu* Liuonum *Apostolus*, in cuius patriam & natales follicita cura inquiratur. Liuonum *Apostolum* voco cum CRANZIO *Vandal. l. 7. c. 22.* non quod *primus* doctrinam Christianam intulerit in Liuoniam; sed quod in conuertendis ad Christum Liuonis singularem & præcipuam non sine insigni successu præstitit operam: quemadmodum Emmeranus vulgo Boioariorum; Kilianus Orientalium Francorum; Bonifacius Thuringorum & Hassorum; Anſgarius Saxonum & Frisiorum; Otto Bambergensis Pomeranorum; Adelbertus Prutenorum fertur Apostolus. *Armatum* voco, non quod, more militum & multorum in comitatu suo clericorum, loricatus ipse prœliis interfuerit, sanguineque hostium cruentarit manus: a quo eum, cautione forsan ab exemplo decessoris sumta, prudentem abstinuisse deprehendo: sed quod copioso milite lecto & tanto bellico apparatu Liuoniam petiit, vt *is* naues onerarias viginti tres impleret. Virum *parentatum* vocat ARNOLDVS LVBEC. *l. 7. c. 9. n. 7.* id quod commentator BANGERTVS *ad c. 3. n. 4.* interpretatur de viro *multis maioribus claro.* Vnde in mentem venire posset persuasio, Albertum natalibus haud inferiorem fuisse Adolfo illi Colonienſi Archiepiscopo e Comitibus de Monte & Altena, qui illo loco itidem vir *parentatus* dicitur. Mihi quidem *multitudinis* & *claritatis maiorum* ideam Arnoldus ipse ab hoc vocabulo remouere videtur, dum virum *parentatum* circumscribit per virum *ornatum fratribus & amicis*, hoc est, multos fratres virtute sua cognitos habentem, & magnis propinquitatibus subnixum. Gallice diceres, *vn homme, dont le parenté eſt très nombreux.* Id quod de viris dispariu natalium dici potest, & non magis conuenit in Comitem illum Adolfum, cuius propinquitates in tabula exhiber Bangertus, quam in Albertum nostrum: quippe quem diuersis temporibus in Liuoniam secuti sunt *quinque fratres*, partim militiæ & partim clero adscripti, & Egelbertus de Tiefenhausen, *gener Episcopi:* infra ad *annum* MCCXXIII. *n. 8.* quod pro *sororis marito* accipio. Ne nunc dicam de ceteris militibus *amicis*, qui eum magno numero adsectabantur. Equidem inter schemata genealogica, quæ Codex membranaceus Annalium Alberti Stadensis, in bibliotheca Academiæ Helmstadiensis asseruatus, continet quamplurima, occurrit ad annum MCXXXX. vbi de Rudolpho Marchione sermo est, genealogica quædam tabula, quam ære expressam præfationi ad *Continuationem Alberti Stadensis* inseruit, sibique explicandam sumsit B. ANDREAS HOIER, vir harum literarum peritissimus. Quæ tabula, a nobis correctior in appendice documentorum n. IX. exhibenda, licet tam multis tricis impedita sit, vt Oedipo opus habeat; ostendit tamen, Albertum nostrum genus maternum retulisse ad Aluericum quemdam Comitem, & Hartwici II. Bremensis Archiepiscopi, e genere militarium de Lith, a quo consecratus & in Liuoniam missus est, cognatum fuisse. Ibi enim in nepotibus illius Adelheidis ponuntur *Albertus Liuonienſis Episcopus & sui fratres.* Non ignoro quidem, post Nicolaum, Alberti successorem, alium Albertum floruisse, itidem Bremensem Canonicum, itidem Liuonienſem Episcopum, & paullo post Rigensium Archiepiscopum primum, qui hic æque intelligi posse videatur. Quia tamen hunc posteriorem Albertum familiis in tabula designatis haud innexum deprehendo, tabulam de nostro Alberto primo interpretari nullus dubito. Ex ea enim manifesta fit ab Arnoldo iactata Alberti nostri diffusissima *parentela*, simulque discitur, maternum genus Alberti paterno fuisse illustrius; neque tamen erraſſe CRANZIVM, qui *Vandal. l. 6. c. XI. n. 1. genere natum* dixit *militari*, h. e. ex genere eorum, qui hodie *Nobiles*, olim *Milites* voca-

1198. POST conſecrationem æſtate proxima *Gotlandiam* vadit, &
2. ibidem circa quingentos viros ſigno Crucis ad eundum in Liuoniam ſignat.

3. INDE per *Daciam* b) *tranſiens* munera *Regis Canuti* & *Ducis Waldemari* & *Abſolonis Archiepiſcopi* recipit.

4. REVERSVS in *Teutoniam* in Natali c) Domini *Magdeburgi* in

vocabantur & *Militares*. Sed cuius nominis, familiæ & prouinciæ? Scriptores Liuonici omnes Albertum de *Buxhöveden* vocant. Nouimus huius nominis familiam ex chartis ineditis: qualis eſt illa Alberti Saxoniæ ducis de bonis Helmberti de Mone ex anno MCCXXXXII. cuius teſtes ſunt:

Vlricus Burggrauius de Witin.
Sifridus de Brema.
Engelbertus de *Bikeshouede*.

Plures habet MVSHARD. *de Nobil. Brem. p. 104.* Eius ramum nobilem, hodienum per Liuoniam florentem, exhibet CASPAR DE CEVMERN in *Theatridio Liuonico p. 34.* Sed hæc omnia non adſurgunt ad ætatem, qua floruit Albertus, Canonicus Bremenſis, iam exeunte ſeculo duodecimo clarus: nec nomina cum noſtris conueniunt. Noſter, vbique veriora & puriora tradens, nec in exprimendis militum cognominibus parcus eſt. Interim ipſe quoque *quatuor fratres* Epiſcopi, *Engelbertum*, *Theodoricum*, *Rotmarum* & *Hermannum* in hoc Chronico ſine nomine gentilitio, ſola appellatione *fratris Epiſcopi* contentus, dimittit, vſque *ad annum* MCCXXIII. *n. 6.* quo *quintus* occurrit, *Iohannes de Apeldern. frater Epiſcopi*, *miles præclarus*. Qui locus vnicus hiantem denique ſatiat lectorem, aperitque & genus, & nomen & patriam Alberti Epiſcopi. Cum enim Nobiles, vt primum cognominum vſus inualuit, ea vel a villis, quas a maioribus acceperunt, aut in quibus habitauerunt, adſciuerint (quamquam id quoque plebeiis familiis in vrbes immigrantibus contigiſſe non ignorem) vel recens conditis impoſuerint ſua; a villa, *Apeldern* dicta, noſtros nomen gentilitium duxiſſe per eſt verifimile. Atque hic primum occurrit *Apeldern*, hodie Apelern, villa agri Schauenburgici, in præfectura Rotenburgenſi, quæ attingit prouinciam Calenbergicam, Hanoueranæ vrbi circumiectam. Paret hodie ſereniſſimæ domui Haſſiacæ; ſed inde ab vltima ætate *ſedes Nobilium* ibi fuit Schauenburgenſium vaſallorum, quæ inde ab aliquot ſeculis tenetur ab illuſtriſſima *Munchhuſiorum* gente: quod diplomata Ouernkirkenſis monaſterii docent, & tabulæ clientelares quamplurimæ, partim inſertæ genealogiæ *Munchhuſiorum*, quæ iam carceres mordet. Hi itaque nobilibus de *Apeldern*, quos omnes in Liuoniam abiiſſe atque ibi fortunarum ſuarum ſedes fixiſſe legimus, beneficio veterum Comitum Schauenburgenſium ſucceſſiſſe videntur in bonis *Apeldernenſibus*: quorum poſſeſſor hodiernus eſt perilluſtris Dominus HIERONYMVS, Sereniſſimi Brunſuicenſium & Luneburgenſium Ducis Purpuratorum princeps. Erunt forſitan me audaciores, qui hanc ob cauſſam Albertum noſtrum, cum fratribus, ad ipſam *Munchhuſiorum* familiam referendum putent, cum exempla non deſint eorum, qui ex ampla familia prodeuntes, diſtinctionis cauſſa adſciuerint nomen nouum a ſede, quam elegerunt. Sed cum *Engelbertorum*, & *Rotmarorum* nomina in hac familia exulent: malo timidior videri, quam cum detrimento veritatis cuiquam palpum obtrudere. Aliam tamen huius nominis villam in agro Bremenſi in vicinia caſtri Buxhoveden deprehendimus, quæ propior terris familiarum, quibus Albertus Epiſcopus innexus fuit. Qua de re plura dabimus in explicatione Schematis genealogici n. IX. Ceterum vti deceſſori Bertoldo viginti marcarum reditus e bonis Bremenſis eccleſiæ fuerat aſſignatus; ita Albertus beneficium, quod in eadem ante habuerat, retinuit. Cum enim, reiecto Waldemaro, Collegii ſanior pars Gerhardum, Oſnabrugenſem Epiſcopum, a Pontifice Archiepiſcopum poſtularet; inter *Poſtulantes* Albertum quoque Liuonienſem Epiſcopum fuiſſe deprehendo ex INNOCENT. III. *lib. 15. ep. 158.* qua is *Poſtulationem* admiſit. ALBERTVS STADENSIS *ad annum* MCCXL

b) *Daciam* ſtilo mediiæui pro *Dania* ſcribi, tralaticium eſt. Magis obſeruatu dignum, eam Aulam, quæ noſtra ætate, miſſis ad *Matlabares* diuini verbi præconibus, Indorum ſalutem ſibi commendatam habet, iam hoc tempore profecturam ad Liuones conuertendos Albertum, Albertique ſocios, ſuis opibus iuuiſſe, qui certe ſine ſumtu regio naues viginti tres in hanc expeditionem ſperare vix poterant. Pleni ſunt laudis Canuti iunioris, Danorum Regis, Annales. Henrici is Leonis gener fuit, ſororemque habuit Helenam, Henrici illius filio, Guilielmo, nuptam: quæ mater facta eſt, quotquot vmquam fuere, Ducum Brunſuicenſium & Luneburgenſium, ſacri Romani Imperii Nouemuirorum & Magnæ Britanniæ Regum: quos Deus ſeruet, diffundatque in tot Reges, quot retro Duces dedit.

c) Cum Veteres annos a natali Domini auſpicari ſoleant; ab his diſcedens Noſter, eos ab inauguratione Epiſcopi orditur. Quæ quia incidit in poſteriorem partem anni MCLXXXVIII.

in *Saxonia* plures signat. Vbi Rex *Philippus* cum vxore corona- 1198.
tur d).

5. ET coram eodem Rege in sententia quæritur, si limina in Livoniam peregrinantium sub tuitione *Papæ* ponantur, sicut eorum, qui Hierosolymam vadunt. Responsum vero est, ea sub protectione *Apostolici* comprehendi, qui peregrinationem *Liuoniæ* in plenariam peccatorum remissionem coæquauit viæ *Hierosolymitanæ* e).

ANNVS EPISCOPI ALBERTI II.
CHRISTI MCLXXXXIX - MCC.

1. *Episcopus cum nauibus XXIII. Dunam intrat.*
2. *Ykeskolam venit.*
3. *Holmiæ obsidetur et liberatur.*
4. *A Liuonibus pueros obsides petit et impetrat, et in Geymaniam redit.*
5. *Auctoris argutiæ in etymo vocis Riga.*
6. *Theodoricum ad Pontificem ablegat.*
7. *Frequentatio portuum Semgalliæ interdicitur mercatoribus, et interdictum ab iis seruatur.*

1. ANNO secundo sui Episcopatus, cum *Comite Conrado* de *Tremonia* a) 1199.
et

MCLXXXXVIII. contingit, vt hi anni exacte non conueniant cum annis Christi, dum, verbi gratia, gesta anni primi partim incidant in annum Christi MCLXXXXVIII. partim in annum MCLXXXXIX. Quod propterea annotare visum, ne Auctoris calculos fallere pures: qui sibi satis constant, dummodo, quæ hoc vel illo anno Episcopi contigisse dicuntur, referas ex parte ad annum Christi currentem, et ex parte ad annum subsequentem, prout adscripti vel menses, vel dies festi postulabunt. Atque ea difficultas tantum apud me valuit, vt singulis annis Episcopi duos annos Christi, in quos vnius anni gesta incidunt, semper præmittendos atque margini inscribendos censerem, ne quem fallerem.

d) Hoc est, *coronatus procedit:* vt habet *Chronicon Magdeburgicum* MEIBOM. *t. 2. p. 330.* quod de conuentu publico testatur. Causa fuit, quod Philippi æmulus, Otto, iam tum Goslariæ imminebat, teste GODEFRIDO COLON. *ad annum* MCLXXXXVIII. Cuius ciuitatis conseruatio iter in Saxoniam mereri visa, quo Hildesheimium quoque attigit Philippus. Hikleshemii enim anno MCLXXXXIX. datum est diploma eius de comitatu Stadensi apud LINDENBROG. *Scriptor. Septemtr. p. 170.* Male idem Chronographus Magdeburgicus refert hæc ad tempora *Alberti* Archiepiscopi, qui serius ad insulam admotus est, ab Innocentio PP. III. confirmatus MCCVI. teste RAYNALDO *ad h. a. n. 26.* et consecratus MCCVII. *n. n.* Anonymus MENCK. *t. 3. p. 117.* hanc seriem rerum exhibet: *Rex Otto*, inquit, *procedens Goslariam, cum ciuitate hac conditione conuenit, si infra terminatos dies non liberaretur, quod se ei subderet. Sed contigit, vt hanc Rex Philippus in multitudine fortitudinis sue potenter liberaret. Rex etiam Philippus Curiam solempnem Maydeborch habuit: vbi cum Coniuge sua in festu regio coronatus incessit. — Posthæc mortuus est Maydeburgensis Episcopus Ludolfus.* Concinit *Chronicon Luneburg.* ECCARD. *t. I. p. 1309. De Koning Otto vor oc to Goslare, vnde vordingede de Stat, dat se to ime keren solden bit an enen bescheidenen Dach, of men se nicht ne ledegede. Do ledegede se de Koning Philippus mit groter Craft. De Koning Philippus hadde oc enen groten Hof to Maideburch, dar he Kronet ging mit sinem Wive - Des andern Iars darna starf de Bischop Ludolf van Maideborch.*

e) Innuitur procul dubio aliqua ex Cælestini PP. III. epistolis, quas supra diximus non exstare; nisi malis intelligere Innocentium PP. III. ob ea, quæ sequuntur *ad annum* MCLXXXXIX. *n. 6.* Huius enim epistolas tres priores, licet in librum II. relatæ sint, nihil prohibet, quo minus ad hunc annum referamus, cum iis *annus Pontificatus* adscriptus non sit.

a) Conradus quidam de Tremonia, si DVISBVRGENSEM *part. 3. c. 39.* et WAISSELIVM audis *Chron. Pruss. p. 64. b)* cum pluribus ordinis Teutonici militibus anno MCCXXXX. ad Vistulam occisus est a Suentepolco, Cassubiorum Duce, pagano. Certior est *Conradus, Comes de Tremonia*, qui Ottonis IV. Imperatoris partes secutus, prælio ad Bouinas, vna cum Comite Tecklenburgensi Bernardo, captus fuit, referente ALBERICO *ad annum* MCCXIV. *p. 481.* Porro *Conradus Comes Tremoniæ* anno MCCXXV. in aula Colonien-sis Archiepiscopi Engelberti degit, eiusque itineris comes, cum cereri diffugerent, solus Archiepiscopum, ex insidiis petitum et occisum, defendens, primum in fronde gladio percussus, ac deinde alio ictu inter scapulas a latronibus scriter est vulneratus, nar-

1199. et *Harberto* de *Yborch* b), cum multis peregrinis in Liuoniam vadit, habens secum in comitatu XXIII. naues.

2. POST ingressum *Dunæ*, se cum omnibus suis Deo commendans, ad castrum *Holme* proficiscitur, et inde procedens *Ykeskolam* ire proponit. Sed Liuones insultum facientes in adscensu, quibusdam vulneratis, *Nicolaum* sacerdotem cum aliis occidunt. Episcopus tamen et sui, licet cum difficultate et periculo, *Ykeskolam* perveniunt. Quos fratres, ibidem anxie morantes a tempore primi Episcopi *Meinardi*, et alii, cum gaudio suscipiunt. Collecti *Liuones* ibidem pacem cum *Teutonicis* ad tres dies faciunt; sed dolose, vt suum videlicet interea exercitum colligant.

3. PACE facta, Episcopus *Holmiam* descendit, et, paci confidens, pro sede sua et pontificalibus et aliis necessariis nuncios ad naues in *Dunæmundam* ablegat, qui secum assumptis, quæ volebant, quasi sub magna securitate pacis, per viam, qua descenderant, reuertuntur. In qua post ascensum *Rumbulæ* Liuones, pacem infringentes, eos grauiter impugnant, et, vna naui retrocedente et euadente, aliam capiunt, et pene omnes in ea existentes occidunt, et ita in *Holmiam* procedentes, Episcopum cum suis obsident. Vbi tamen obsessi, nec sibi, nec equis pastum haberent, satis angustiati; tandem terram fodientes, in diuersis foueis annonam plurimam et cibaria inuenerunt. Interea *Frisii*, cum vna tantum naui venientes, segetes Liuonum incendunt, et in his, et in aliis, quantum valent, eos damnificant. Liuones, hoc videntes et maius periculum metuentes et euitantes, pacem renouant et firmant, et cum Episcopo et ceteris *Teutonicis* ad locum *Rigæ* vadunt, vbi *Azo* & plures alii gratiam baptismi percipiunt.

4. EPISCOPVS tamen ob perfidiam Liuonum paci eorum non confidens, quam iam multotiens ruperant, obsides ab *Azone* et *Caupone* c) et *senioribus terræ* exigit: qui vocati a *Teutonicis* ad potationem, omnes simul conueniunt, et in vna includuntur domo. At illi timentes, ne trans mare in *Teutoniam* deducantur, pueros suos, qui de *Duna* et in *Thoreida* fuerunt meliores, Domno Episcopo circiter triginta repræsentant: quos ille lætus accipit, et terram domino committens, in *Teutoniam* vadit.

ANTE

rante CAESARIO *Vita Sancti Engelberti lib. 2. c. 6. & 7.* Neque video, quid impediat, quo minus credam, vnum eumdemque fuisse, qui anno MCLXXXXIX. sacrum iter in Liuoniam suscepit, et anno MCCXIV. prælio Bouinensi interfuit, et anno MCCXXV. Archiepiscopo Colonienſi aduersus latrones superias tulit. Quando Comitum Tremonienſium familia exstincta sit: (in quo aqua hæret HAMMELMANNO *familiarum emortuarum* scriptori); et qua ratione ad senatum Tremonienſem Comitatus et ad proconsules Ciuitatis eius administratio peruenerit, a Maximiliano I. Imp. solemni diplomate anno MDIV. confirmata, edisserit GELEN. *ad vitam Engelberti p. 140.*

b) *Iburgum* est castrum in diœcesi Osnabrugensi, vetus sedes Episcoporum, vsquedum Ernestus Augustus I. palatium Osnabrugæ conderet. Harbertus ille forsan ex Castellanis Iburgensibus fuit, atque inde nomen traxit. Quod HAMMELMANNVS de *famil. emort. opp. p. 637.* confidenter ait, Wernechinum, Wittekindi Ducis Saxonum patrem, inter alia titulum *de Iburg* gessisse, id risu magis, quam memoratu dignum videtur.

c) Tam multus est Noster in rebus huius *Cauponis* enarrandis, vt mirari subeat, reticuisse eum, quo loco, quo tempore, & a quo baptizatus fuerit. V. tamen Gesta MEINARDI *n. 10. fin.*

d) Hoc

5. ANTE exitum ſuum Liuonum Seniores Epiſcopo locum ciui- 1199.
tatis commonſtrant d), quem & *Rigam* appellant, vel a Riga lacu; vel quaſi irriguam, cum habeat inferius irriguum, ac vnum irriguum ſuperius e), & eo quod ſit paſcuis, pratis, & aquis valde irrigua; vel eo quod miniſtratur in ea peccatoribus plenaria peccatorum remiſſio, & fiat per eam irrigua ſuperis, & per conſequens regnum cælorum miniſtratur; vel Riga noua fide rigata, & quia per eam gentes in circuitu ſacro baptiſmatis fonte rigantur f).

6. EPISCOPVS autem, ſciens Liuonum malitiam, & videns, ſe ſine auxilio peregrinorum in illa gente non poſſe proficere, Fratrem *Theodoricum* (cuius ſupra in hiſtoria *Meinardi* meminimus) *de Thoreida*, pro literis confirmationis *Romam* mittit. Qui negotium ſibi commiſſum ſanctiſsimo papæ *Innocentio* eius nominis III. reuelans, literas ab eo prænominatas g) & benigne correctas obtinuit. Ipſius fratris *Theodorici* inſtantia etiam & rogatu, idem ſanctus Romanæ ſedis Antiſtes omnibus, *Semigalliam* mercationis cauſa frequentantibus, diſtricte portum ipſorum ſub anathemate prohibet h).

7. QVOD factum poſtea mercatores ipſi collaudantes, eundem portum communi decreto ſub interdicto ponunt, vt, ſi quis illum deinceps mercationis cauſa ingredi præſumat, rebus ſimul & vita priuetur. Vnde poſtea, duobus annis transactis poſt conſtructionem

d) Hoc eſt, locum, vbi Ciuitas condi, & nomen a loco trahere poſſet, quia iam tum *Riga* vocatus fuit.

e) Ioſ. XV. 19.

f) Iudicium de his argutiis laturo, ſcire opus foret, num *Riga* ſit vocabulum Liuonicum, an Teutonicum, an forte neutrum? Si Teutonici mercatores eo in loco nauium ſtationem habuere; quod innuit Noſter *ad annum* MCC. *n. 1.* a *ſerie* nauium ibi ex *ordine* poſitarum, quam Saxonum vernacula *Rige* vocat, nomen ei indi potuit, veluti proprium, & a Liuonibus ipſis adſumtum & vſurpatum. Clero placuit alluſio ad *rigationem*. Si tamen huius nominis lacus vel fluviolus in Dunam decurrens in vicinia foret; ab hoc vrbi nomen adhæſiſſe eo minus dubitarem, quo certius conſtat, omnes fere vrbes ad Dunam poſitas eſſe ad oſtium alicuius fluuii humilioris, a quo nomen habent. Sic Polotta, non magnus fluuius, vbi Dunæ ſe infundit, arci & vrbi; vrbs regioni & Palatinatui Poloczenſi nomen dedit. Quam HEIDENSTENII obſeruationem *de bello Moſcov. l. 2.* tabularum geographicarum inſpectio comprobat.

g) Quid *prænominatas?* Num digitum intendit ad ea, quæ dixerat *ad annum* MCLXXXVIII. *n. 5.* Non puto. Licet enim illo anno Pontificatum maximum inierit Innocentius III. non tamen de hoc negotio interpellatus legitur prius, quam Theodoricus Romam venit. *Prænominatas* itaque literas accipio pro literis, a Theodorico ipſo *dictatis*; a Pontifice autem approbatis, & in Curia Romana in forma conſueta expeditis, ac Theodorico correctis. Atque huius generis epiſtolas tres habemus, in Epiſtolarum INNOCENTII PP. III. *librum ſecundum* relatas, *de negotio fidei in Liuonia* inſcriptas, atque datas Laterani III. Nonas Octobris: quas recenſet quoque RAYNALDVS *Annal eccleſ. ad annum* MCLXXXXIX. *n. 38.* Et prima quidem directa eſt ad vniuerſos Chriſti fideles in *Saxonia* & *Weſtfalia*; altera ad vniuerſos Chriſti fideles in *Slauia*; vltima ad vniuerſos Chriſti fideles *trans Albiam* conſtitutos: vbi vapulat Raynaldus, Chriſtianos *Tranſalpinos* pro *Tranſalbinis* ponens. Tenor omnium idem. Nos, eas in appendicem documentorum reiicientes, hic obſeruamus, nullam in iis fieri mentionem præſentis Epiſcopi *Alberti*; ſed ſolum bonæ memoriæ *Meinardi*, Epiſcopi Liuonienſis, qui prouinciam Liuonienſem ingreſſus eſſet.

h) Nobile emporium ad Dunam condituro Epiſcopo, opus erat huiusmodi interdicto ad ſubitum & inuidendum incrementum, ne naues alio appellerent. Quid autem per *portum Semgallorum* intelligendum ſit, difficile dictu, niſi *oſtium Muſſæ*, qua Dunæ infunditur prope mare, intelligas. Id enim, quæ ſequuntur, innuere videntur.

1199. nem ciuitatis, quidam, compromiſſum & ſtatutum eorum infringere volentes, primo a mercatoribus omnibus, ne *Semigalliam* vadant, affectuoſe rogantur. Sed illi, Apoſtolici mandatum non attendentes, & commune mercatorum decretum parui pendentes, in naui ſua *Dunam* deſcendunt. Quorum animoſitatem ceteri videntes, admotis aliis nauibus, eos impugnant. Tandem, duobus viris, Gubernatore videlicet & Ductore nauis, exceptis, & crudeli morte peremptis, alii redire coguntur.

ALBERTI EPISCOPI ANNVS III. CHRISTI MCC - MCCI.

1. *Albertus Epiſcopus Rigam condit.*
2. *Duo Liuonum caſtra Militibus Teutonicis in feudum confert.*
3. *Pacem facit cum Curonibus*
4. *Et cum Lithuanis: quæ mox violatur.*

1200. ANNO tertio ſuæ conſecrationis Epiſcopus cum peregri-
1. nis, quos habere potuit, dimiſſis in *Teutonia* obſidibus, in Liuoniam reuertitur. Et eadem æſtate in campo ſpatioſo a), iuxta quem portus nauium eſſe poterat, *Riga* ciuitas ædificatur.

2. EO tempore Epiſcopus *Danielem Bannerow*, virum *nobilem*, & *Conradum a Meyndorp*, ad ſe colligens, duobus caſtris *Lenewarden* & *Vkeskola* inbeneficiauit b).

3. INTERIM *Curones*, audito aduentu Epiſcopi & ciuitatis inchoatione, non timore belli, ſed vocatione Chriſti, pro pace facienda nuncios ſuos ad ciuitatem dirigunt: quam pacem, conſentientibus

a) Si Riga ciuitas condi cœpit in campo ſpatioſo, atque ædibus vacuo; concidunt doctrinæ eorum, qui Rigam veruſtiorem faciunt Alberto noſtro: cui hanc laudem tribuunt veteres vno ore: veluti ALBERTVS STADENSIS *ad annum* MCCIII. *Albertus Liuonienſis Epiſcopus ciuitatem Rigam ædificat.* CHRONICON ARCHIEPISCOPORVM BREMENS. apud LINDENBROG. *p. 95. Iſte Albertus ciuitatem Righe ædificauit:* quam CHRON. SLAV. *ibid. c. 36. ciuitatem Regis* (Rigis) vocat. ANONYMVS MENCK. *Script. t. 3. p. 117. Eo tempore Epiſcopus Albertus in Liuonia ciuitatem Rigam cum peregrinis conſtruxit.* CHRONICON LVNEBVRGICVM ECCARD. *Scriptor. t. 1. p. 1399. Bi den Tiden buwede Biſchop Albrecht mit den Pelegrinen de Stat to Rige to Liflande.* ALBERICVS *ad annum* MCCI. *p. 424. In Liuonia martyrizato Epiſcopo Bertoldo ſuccedit quidam venerabilis clericus, nomine Albertus, qui ciuitatem nouam ædificare cœpit, quæ dicta eſt* Riga, *& vnam Abbatiam ordinis Ciſtercienſis inſtituit,* ſcilicet Dunamundenſem. Annum autem præſentem initio operis recte aſſignauit MEIBOMIVS *Script. tom. 1. p. 530.*

b) Cum peregrini omnes, in Liuoniam militatum abeuntes, vnius anni ſpatio voto ſatis facerent, redirentque in patriam hoc exacto; viros quosdam fortes datis certis prædiis in Liuonia retinendos cenſuit Epiſcopus, vt quemdam veluti *militem perpetuum* in obſequio haberet, ſemel parta ruituram, & contra barbaros non pro aris ſolum, ſed & pro focis dimicaturum. De *Banerouiis* non habeo, quod dicam: neque in laterculo Ceumeriano apparet hoc nomen. *Meindorfiorum* autem in agro Holſatico, Magdeburgico & Marchico ingens olim gloria. Genealogiam illorum adornauit HENNINGESIVS *in Nobilibus Saxoniæ familiis.* Qui liber ob raritatem caro emitur. Ignorat tamen Henningeſius Meindorfiorum propaginem Liuonicam, quia nomen feudi *Vckul* nomen gentilitium ſuppreſſit. Qui Clementem PP. II. anno MXXXXVI. electum huic familiæ aſſerunt, de ramo, cui adſcribendus ſit, inter ſe contendunt. Vid. MOLLER. *Hiſtor. Cimbr. p. 212. ſq. & in præfat.*

c) Cæſis

tibus Chriſtianis, ſicut mos eſt paganorum, ſanguinis effuſione c) ſtabiliunt. 1200.

4. LETTHONES etiam, Deo ſic diſponente, pacem quærentes, eodem anno *Rigam* veniunt, vbi ſtatim pace facta, cum Chriſtianis amicitiæ fœdus ineunt, qui poſtea hyeme ſubſequenti cum exercitu magno *Dunam* deſcendentes, *Semigalliam* tendunt. Sed ante ingreſſum terræ, audientes, Regem de *Ploſceke* cum exercitu *Letthoniam* intrare, *Semigallis* relictis, cum feſtinatione redeunt. Et in aſcenſu iuxta *Rumbulam* duos piſcatores Epiſcopi inuenientes, quaſi lupi rapaces, in ipſos ſæuiunt, & veſtes d), quibus tegebantur, auferunt. Quo facto, piſcatores denudati *Rigam* fugiunt, & iniuriam illatam exponunt. Peregrini autem, rei veritatem intelligentes, quosdam *Letthones* adhuc in *Riga* exiſtentes capiunt, & eo vsque in vinculis detinent, donec piſcatoribus ablata reſtituuntur.

ALBERTI EPISCOPI ANNVS IV.
CHRISTI MCCI - MCCII.

1. *Albertus Epiſcopus redit in Teutoniam.*
2. *Frater eius Engelbertus ex Nouo Monaſterio Wagrienſi Rigam venit, &*
3. *Eligitur Præpoſitus Capituli Vkeskolenſis,*
4. *Superiori anno Rigam translati.*
5. *Theodoricus de Thoreida ſit Abbas Monaſterii Dunamundenſis, ord. Ciſtercienſis.*
6. *Epiſcopus ordinem inſtituit* Gladiferorum.
7. *Semigalli Liuonum fiunt & Teutonicorum amici.*

E ANNO quarto ſuæ ordinationis paucis peregrinis, murum ſe pro domo domini ponentibus, ciuitatis a) committitur, & Epiſcopus cum ceteris peregrinis in *Teutoniam* proficiſcitur. 1201.

2. POST cuius diſceſſum *frater eius*, ENGELBERTVS, homo religioſus de *Nouo Monaſterio* b), vocatus, *Rigam* cum primis venit ciuibus, &, eo cooperante, qui dat verbum euangelizantibus, Chriſti nomen dilatare cœpit in gentibus, cum fratre *Theodorico* de *Thoreida*, & *Alobrando*, & ceteris fratribus, in *Liuonia* ſub *religione* viuentibus.

3. HVIVS vitam & ordinem approbantes non longo transacto tempore Fratres de conuentu beatæ *Mariæ* virginis in *Riga*, ipſum in

c) Cæſis ſcilicet victimis.

d) Circa hæc tempora, ſi DLVGOSSO *hiſt. Pol. l. 6. p. 599.* & MECHOVIO *l. 3. c. 30.* fides adhibenda, nomen gentis Lithuanicæ auditum eſt, *prius incognitum*. Serui erant Ruthenorum, *pro tributo perizomata, ſuberes & pelles ſoluentes, ob ſummam paupertatem tam male veſtiri, vt propter veſtem vel amicum occiderent.* Addatur MECHOVII *Sarmatia lib. 2. c. 2.* vbi ſimul narrat, quomodo natio illa *pannoſa*, lineis in eam diem contenta, pro conſequendis *laneis*, quas Iagello pro baptizatis in promtu habebat, cæteruatim ad ſuſcipiendum baptiſmum confluxerit.

a) Legendum: *ciuitas*, vel *cuſtodia ciuitatis.*

b) Nota *primum* fratrem Epiſcopi, Canonicum Ordinis ſancti Auguſtini e Nouo Monaſterio Holſatorum, quod poſt translationem *Bordisholm* audit. In eius baſilica Sereniſſimi Holſatiæ Duces ſepeliri ſolent. Ex reditibus autem Academia *Kilonienſis* hodie alitur & ſuſtentatur.

1201. in *Præpositum* eligunt: quod ex eodem ordine de cœnobio *Sigebergensi* bonæ memoriæ *Meinardus*, primus Liuoniæ Episcopus, est electus, qui eos sibi conformare volens, conuentum ipsorum in parochia *Ykeskola* primus instituerat.

4. QVEM tamen conuentum *Regularium*, & Episcopalem sedem, postea *Albertus* hic Episcopus de *Ykeskola* in *Rigam* tertio suæ consecrationis anno transtulit, & cathedram Episcopalem cum tota *Livonia* beatissimæ Dei genitricis *Mariæ* honori deputauit.

5. CLAVSTRVM quoque *Cisterciensium* Monachorum in ostio *Dunæ* construxit: quod claustrum *Dunamundam*, & cœnobium *Montem Sancti Nicolai* appellauit: cui cœnobio cooperatorem suum in Euangelio, fratrem *Theodoricum* de *Thoreida*, Abbatem consecrauit.

6. EODEM tempore prouidens Dominus Episcopus *Albertus*, cum Abbate, fratre *Theodorico*, perfidiam Liuonum, & multitudini paganorum non posse resistere metuens; & ideo, ad multiplicandum numerum fidelium, & ad conseruandam in gentibus Ecclesiam, *Fratres* quosdam *Militiæ Christi* instituit: quibus Dominus Papa Innocentius III. *Regulam Templariorum* commisit, & signum in veste ferendum dedit, scilicet *Gladium* & *Crucem*, & sub obedientia sui Episcopi esse mandauit c).

DEINDE

c) Nouum prudentiæ ciuilis specimen edit Albertus Episcopus in eo, quod cum prædia retinendis in Liuonia viris fortibus non sufficerent, *Milites* legit, qui non vnius anni expeditione voto defungerentur, sed *ex voto* perpetuo bellarent. Qua in re præeuntes habuit *Templariorum*, *Iohannitarum* & *Marianorum* equitum institutores. Nec non *Fratres Militiæ sancti Iacobi* per Hispaniam *de Gladio* agnominatos: de quibus GODEFRIDVS COLON. *ad annum* MCCXVII. quos ALBERICVS *p. 496. de Spatha* appellat, & quorum institutum confirmarunt Innocentius III. & Honorius III. apud RAYNALDVM *ad annum* MCCX. *n. 6. 7.* & *ann.* MCCXXIII. *n. 54.* *Fratres Militiæ Christi* semper; vno tamen loco *Gladiferos* appellat Noster eos, qui, auctore Episcopo, e promiscua multitudine coïerunt in hanc bellicam societatem, eiusque originem & conditionem genuinam paucis verbis aperit, cum vulgo de auctore & institutore, de nomine & tempore ordinis instituti, & in primis de *signo* in vestibus deferendo tot fere sententiæ sint, quot scriptores: in quibus componendis mire torserunt se SCHVRZFLEISCHII fratres, cuius vtriusque libelli prostant *de Ordine Ensiferorum*, nouo hoc lumine indigentes. FRANCISCVS MODIVS de hoc ordine sibi nihil plane constare profitetur. Tenuia initia prodit primi Magistri nomen hic suppressum & silentio inuolutum: quod in re grandi ante alia omnia commemorandum fuerat. Maximus in *signo* vestibus assuto dissensus est; doctioribus *Gladium* cum *Stella* venditantibus, In quem errorem pronos induxit PETRVS DVISBVRG. qui *Chron. Pruss. p. 2. c. 4.* de Conrado Massouiæ Duce, antequam Fratres Ordinis Teutonici in Prussiam vocaret, ita scribit: *De consilio Fratris Christiani, Episcopi Prussiæ, & quorumdam Nobilium, pro tuitione terræ suæ instituit Fratres, Milites Christi appellatos, cum albo pallio, rubro* gladio *&* stella, *qui tunc in partibus Liuoniæ fuerant, & multas terras infidelium potenter subiugauerant fidei Christianæ. Et Episcopus prædictus quemdam virum discretum, Brunonem dictum, & cum eo XIII. alios ad dictum ordinem inuestiuit. Hoc facto idem Dux ipsis Fratribus ædificauit castrum, dictum Dobrin* (Dobrezyn) *de quo ipsi postea Fratres de Dobrin* (Dobrezyn) *fuerant appellati.* Vbi aut cum HARTKNOCHIO, Conradum Ducem, ad imitationem Liuoniensis Episcopi, separatum & a Liuonico distinctum Militum Ordinem instituisse, aut, si ille propago Liuonici Ordinis fuit, DVISBVRGENSEM in describendo signo vestibus assuto errasse, statuendum est. Veriora tradit DLVGOSSVS *hist. Polon. lib. 6. p. 536. edit. Dobromil.* & *p. 600. edit. Lips. ad annum* MCCV. *Albertus, tertius Liuoniensis, alias Rigensis Episcopus, qui Bartoldo Liuoniensium secundo Episcopo, a Liuoniensibus prope Rigam interfecto, successerat, ordinem Fratrum, de Militia Christi nuncupatum, qui* Gladium *& desuper* Crucem *mantello insutam pro insignibus deferebant, apud Liuoniam instituit pro defensione fidelium contra barbaros, & tertiam partem bonorum Rigensis Ecclesiæ illis in dotem assignauit.* Nec dissentit e nostris

7. DEINDE *Semigalli*, pacem cum Liuonibus non habentes, Eccleſiam *Holme* cum tota villa ſimul exierunt d), et caſtrum diu impugnantes, et capere non valentes, recedunt. Deus autem, volens nouellam plantationem fidei Chriſtianæ propagare, et ei pacem vbique firmare, poſt eandem expeditionem *Semigallos* ipſos pro pace facienda *Rigam* mittit, et ita, pace more gentilium ſolidata, eos, qui antea fuerant hoſtes, *Teutonicorum* et *Liuonum* reddit amicos. 1202.

ALBERTI EPISCOPI ANNVS V. CHRISTI MCCII - MCCIII.

1. *Albertus Epiſcopus cum Cruce ſignatis in Gotlandiam tendens offendit piratas Oſilienſes, qui quamdam Daniæ eccleſiam ſpoliauerant.*
2. *Quos ante Wisbuenſem portum ſui aggrediuntur et vincunt.*
3. *Spolia eis erepta Albertus remittit Lundenſi Archiepiſcopo.*
4. *E Wisbu ſoluens Rigam venit.*
5. *Theodoricus Abbas Cauponem, Regulum quemdam Liuonum, Romam Pontifici adducit.*
6. *Innocentii Papæ III. beneficentia in vtrumque.*
7. *Regulus Ruthenorum Poloſcenſium ab Ykeskolenſibus pecuniam extorquet.*
8. *Lettonum Regulus duos clericos et aliquot ciues Rigenſes occidit.*
9. *Sigfridi, primi Holmenſium Parochi, obitus.*

1.

ANNO quinto ſui pontificatus a *Teutonia* rediens Epiſcopus, viros Nobiles *Arnoldum de Meindorp, Bernhardum de Sehehuſen, Theodoricum fratrem ſuum* a), cum pluribus honeſtis viris et militibus ſecum adducit. Cum quibus proſpera et aduerſa pro deo pati non formidans, fluctuanti pelago ſe committit, et prouinciam *Lyſtriæ* b) regni *Daciæ* aggrediens, paganos *Eſto-*

ſtris NAVCLERVS *vol. 3. generat. 42. Erant in Liuonia Fratres religioſi, vulgo dicti de Gladio. Hi præter Crucem* (omnibus ordinibus communem) *habebant in veſtibus gladios affixos, militabantque pro fidei defenſione contra paganos.*

d) Forte: *exuſſerunt.*

a) Nota *Theodoricum* de Apeldern, alterum *fratrem Epiſcopi*, qui ducta nobili femina Ruthenica, veluti primarius rerum Alberti Adminiſter, poſt varia fata, multumque terra iactatus et alto, tandem in caſtro Odempo domicilium fixit. Quæ cuncta Noſter ſuo quodlibet indicabit anno.

b) *Lyſtriam* cum nullam inuenirem Daniæ *prouinciam*, ne in PONTANI quidem *Chorographia Danica*, ſatis ampla et accurata: aut *Falſtriam* legendum putabam; aut *Loxtram* vel *Lethram*: de qua ERICVS *hiſtor. gent. Dan. p. 263. 265.* STEPHAN. *ad Saxon. Grammat. p. 29.* WORM. *monument. Dan. c. 12.* LEIBNIT. *Scriptor. Brunſuic. t. 1. p. 7. not. 1*). Dn. KEISLER. *antiq. Celt. p. 93.* Poſterior coniectura propterea arridebat, quod *Lethram* nonnullos in *Scania* collocare viderem, quæ maximam partem maritima eſt ac piratis aditu facilis. Denique ad diplomata confugiens, quibus ſæpe optimæ continentur veteris ævi *chorographiæ*, deprehendi, *Scaniam* olim in tres minores prouincias diuiſam fuiſſe, *Hallandiam* nimirum, *Lyſtriam* et *Bleckingiam*. Cum enim Magnus Rex Sueciæ anno MCCCXXXXIII. in Octauis beati Martini cum Waldemaro III. Danorum Rege conuentionem iniret; inter alia ſtipulatus eſt, vt *litere* per Waldemarum ſibi *date ſuper terris Scanie, Hallandia, Bleckingia*, LYSTER *et inſula Huen in ſuo pleno vigore et robore in perpetuum ſtare debeant et durare.* Totam conuentionem exhibet PONTANVS *rer. Dan. lib. 8. p. 468. ſeq.* Suppreſſum autem in Chorographia Danica *Lyſtriæ* nomen oſtendit, hanc diuiſionem iam Pontani tempore ab vſu receſſiſſe, et in Lyſtriæ nomen ſucceſſiſſe ipſam *Scaniam*, ſenſu ſtrictiori acceptam, Hallandiæque et Bleckingiæ oppoſitam: quæ tres prouinciæ hodie conſtituunt Scaniam maiorem ſeu Scandinauiam.

c) ADA-

1202. *Eſtones* de *Ozilia* inſula c) cum ſedecim nauibus inuenit, qui recenter, Eccleſia combuſta, hominibus occiſis, et quibusdam captiuatis, terram vaſtauerant, campanas et res Eccleſiæ aſportauerant, ſicut tàm *Eſtones* quam *Curones* pagani in regno *Daciæ* et *Sueciæ* hactenus facere conſueuerant. Armantur peregrini, damna chriſtianorum volentes vleiſci; ſed pagani, cognoſcentes, quod in Liuoniam pergerent, timentes valde, pacem ſe cum *Rigenſibus* feciſſe mentiti ſunt: quibus dum crederent Chriſtiani, tunc tuti quidem euaſerunt e manibus eorum. Sed dolis ſuis nulla eis lucra reportantibus, in eundem laqueum, qui paratus erat eis, poſtea incidunt. Nam peregrini, Deo eos ducente, ſani et incolumes *Wysbu* peruenientes, a ciuibus et hoſpitibus ibidem exiſtentibus læti excipiuntur. Poſt dies aliquot *Eſtones* cum vniuerſa rapina ſua aduenium: quos peregrini velificare videntes, ciues et mercatores incuſant, eo quod Chriſtiani nominis hoſtes cum pace portum ſuum tranſire permittant.

2. QVIBVS diſſimulantibus, et magis pacis ſecuritate cum eis gaudere volentibus, peregrini Epiſcopum ſuum adeunt, et cum eis pugnandi licentiam poſtulant. Epiſcopus itaque, voluntatem illorum intelligens, eos a propoſito nititur reuocare; tum quia Eccleſia, in gentibus poſita, quæ aduentum ipſorum præſtolabatur, defectum illorum non poterat recuperare; tum quia poſſibile erat, eos ab hoſtibus periclitari. Ipſi autem opportuno tempore, importune, inſtantes, et de Dei miſericordia non diffidentes, animum ſuum a propoſito nolunt reflectere: nullam inter *Eſtones* paganos et *Liuones* differentiam affirmantes, rogant, vt petitiones eorum admittens, hoc pro peccatis eorum ipſis dignetur iniungere. Videns Epiſcopus eorum conſtantiam, arbitratus magis expedire, cum obedientia pugnam inire, cum melior ſit obedientia, quam victima; voluntati eorum ſatisfaciens, cum paganis viriliter in prælio congredi-

c) ADAMVS BREMENSIS *de ſitu Daniæ n. 75.* cum omnes regni Danici inſulas enarraſſet; *Sunt & aliæ*, inquit, *quæ Sueonum ſubiacent imperio. Quarum maxima eſt illa, quæ* Curland *dicitur.* — *Hanc in vita ſancti Anſcharii* Chori *nominatam credimus, quam tunc Sueones tributo ſubiecerunt.* Sed vti vitæ ſancti Anſcharii auctori, ſancto REMBERTO, *c. 27. Chori* non inſula, ſed gens quæpiam audit; ita PONTANVS *Chorogr. Dan. p. 734.* quærit háud immerito, quænam hic *Curlandia* ſit intelligenda, cum hodierna *inſula* non ſit; ſuſpicaturque, cum hæc a Rege Daniæ ſe accepiſſe memoret ADAMVS, ſonum magis, quam verba ſecutum, *Curlandiam* pro *Gulandia* expreſſiſſe, h. e. *Gotlandia* inſula, quæ in vernacula *Gulland* appelletur. In quam ſententiam eo pronior eſt PONTANVS, quod nuſpiam alias *Gotlandiæ* inſulæ meminerit ADAMVS. Sed ſalua res eſt. ADAMO enim conſtitutum non erat, omnes Sueciæ ſubiectas inſulas nominare. Nam et *Oulandiam* omiſſam videmus. Omiſſa autem *Gotlandia* æque ac *Oelandia* videtur, quod continenti Gothiæ admodum propinquæ eſſent, Gothiæque accenſerentur. IO. BAAZIVS *hiſtor. eccleſ. Sueogoth. l. 1. c. 1. p. 39.* Ad nodum autem ſoluendum apprime facit, quod inſula *Oſilia* lingua Eſtonum vocetur *Curreſaar* h. e. *Curonum inſula.* Vnde cum inferre liceat, eoſdem et inſulæ et continentis habitatores *Curones* ſeu *Choros*, vti REMBERTVS vocat, fuiſſe, non niſi freto *Domneſenſi* diuiſos, neque hodie dialecto diuerſos; conſequens eſt, vt *Curlandiæ inſulæ* nomine non *Gotlandiam* ſeu *Gullandiam*, ſed *Oſiliam* intellexerit ADAMVS. Cuius inſulæ, *Curreſaar* hodienum appellatæ, habitatores cum inde ab vltima ætate piraticam exercuerint; penes lectorem iudicium eſto, annon ab his potius, quam a Corſis, vocabulum *Corſarorum*, quo piratæ deſignari ſolent, in vulgus manauerit.

c) Abſa-

grediantur, in remissionem eis peccatorum, sicut petierant, iniungit. 1202.
Vnde peregrini audacter dimicare pro Christi nomine contendunt, et armis suis potenter accincti, naues, cum quibus ituri erant, cum festinatione præparant. Quod *Estones* ex aduersa parte intelligentes, octo piraticis, ab aliis aliquantulum remotis, putant se in medio peregrinos venientes posse concludere, et ita naues contra se præparatas capere. *Teutonici* itaque cum impetu irruentes in eos, ad piraticas duas *Estonum* naues mouent, et tandem ingrediuntur, in quibus ad sexaginta viris occisis, naues campanis, indumentis sacerdotalibus et captiuis Christianis oneratæ ad ciuitatem *Wisbu* deducuntur. In tertiam piraticam quidam ex *Teutonicis* fortiter viribus insiliens, vtraque manu gladium tenet euaginatum, et hinc inde percutiens, duos ac viginti ex hostibus prosternit. In qua cæde vltra vires eo laborante, velum ab octo viris, qui adhuc erant superstites, in altum ducitur, et sic vento velum extollente, idem miles germanicus captiuus vna deducitur, et postea nauibus rursus in vnum collectis, occiditur, et illa nauis propter paucitatem hominum igne comburitur sponte seu voluntarie.

3. HIS ita glorioſe et cum triumpho peractis, peregrini omnes pro collata sibi victoria omnipotenti Deo gratias referunt. Et Episcopus *Albertus* homines captiuos cum rebus, quas pagani *Danis* abstulerant, venerabili Domino *Andreæ*, *Lundensi* remisit *Archiepiscopo* c).

4. TVNC peregrini *Wysbu* diutius commorari nolentes, iter inceptum peragunt: *Rigam* vsque peruenium. De quorum aduentu ciues moderni, et alii *Rigæ* morantes, valde gauisi sunt, eis obuiam eunt, et cum *Reliquiis* tam Episcopum, quam omnem ipsius comitatum, honorifice suscipiunt.

5. POST hæc frater *Theodoricus* senior cum peregrinis, qui per annum illum in Liuonia sub cruce sua Deo militauerant, in *Teutoniam* abiens, quendam Liuonem, *Cauponem* nomine, qui quasi Rex et Senior Liuonum fuerat, de *Thoreida* secum sumit, et maxima parte *Teutoniæ* perlustrata, tandem eum *Romam* ducit, et Apostolico exhibet Antistiti d).

6. QVEM *Apostolicus* benignissime recipiens, deosculatur, et de statu gentium circa Liuoniam existentium multa perquirens, pro conuersione gentis Liuonicæ Deo plurimum congratulatur. Transactis diebus aliquot, idem venerabilis Dominus papa *Innocentius* prædicto *Cauponi* dona sua, videlicet centum aureos, porrigit, et in *Teutoniam* redire volenti, magno caritatis affectu valedicens benedicit,

c) Absolon, Lundensis Archiepiscopus, cuius munera ALBERTVS post consecrationem tulerat, obiit anno MCCI. successoremque habuit Andream: de quo mox plura. V. *Chronicon Sialandicum* ab ARNA MAGNAEO editum *p. 50.*

d) Errant itaque omnes Liuonum Chronographi, vno veluti ore narrantes, Cauponem hunc anno MCLXX. a Meinardo primo Episcopo Romam ad Alexandrum PP. III. adductum fuisse, et post reditum in patriam ex vulnere, in prælio, quod Bertoldus Episcopus cum Liuonibus habuit, accepto, mortem oppetisse: quem tamen salvum et incolumem videbimus vsque *ad annum* MCCXVI. *n. 4.* quo eum in conflictu cum Estonibus occubuisse legemus.

e) *Biblio-*

1202. dicit, et *bibliothecam* e), beati *Gregorii* papæ manu ſcriptam, Epiſcopo Liuonienſi per fratrem *Theodoricum* mittit.

7. EADEM æſtate Rex de *Ploſceke* cum exercitu ſuo Liuoniam ex improuiſo intrans, caſtrum *Vkeskolam* impugnat. Cui Liuones, tamquam homines inermes, repugnare non audentes, promittunt, ſe ei pecuniam daturos: quam Rex acceptans, ceſſat ab obſidione. Porro *Teutonici* quidam interim miſſi ab Epiſcopo cum baliſtis et armis caſtrum *Holme* præoccupant, et Rege veniente, et illud caſtrum expugnare volenti, equos quam plurimos vulnerant, et *Ruthenos*, propter ſagittas *Dunam* tranſire non audentes, fugant.

8. REX autem de *Gercike* f) cum Letthonibus Rigam procedens, in paſcuis pecora ciuium rapit, duos ſacerdotes, *Iohannem de Vechten*, et *Volchardum de Harpenſtede* g), iuxta *montem antiquum*, ſiluam cum peregrinis *Teutonicis* ſuccidentes, capit, et *Theodoricum Brudegamum*, cum ciuibus aliquot, eum inſequentibus, occidit.

9. EODEM tempore quidam monachus, nomine *Sigfridus*, in officio ſacerdotali curam animarum ſibi commiſſam in parochia *Holme* deuotiſſime peragit, et in Dei ſeruitio die ac nocte perſiſtens, ſuæ bonæ conuerſationis exemplo Liuones imbuit. Tandem poſt diuturnum laborem, Deo felicem terminum vitæ ſuæ imponente, moritur: cuius corpuſculum more fidelium ad Eccleſiam deferens cum lachrimis neophytorum turba proſequitur: cui tanquam filii dilecto patri ſarcofagum de bonis lignis facientes, aſſerem vnum ad operculum inciſum, de toto pede nimis breuem inueniunt. Vnde commoti, lignum, quo prolongari poſſit, diu quæſitum & tandem inuentum, aſſeri prædicto conformantes, clauis affigere tentant; ſed eum prius ſarcofago ſupponentes, et diligentius intuentes, videtur, illum non arte humana, ſed diuina, prolongatum, et optime ſarcofago ſecundum deſiderium ipſorum adaptatum. De quo facto parochiani exhilarati, lignum inutiliter a ſe inciſum abiiciunt, et paſtore ſuo fidelium more ſepulto, Deum laudant, qui in Sanctis ſuis talia faciat miracula h).

ALBERTI

e) *Bibliotheca* audit ſcriptoribus huius ætatis *Codex Veteris et Noui Teſtamenti*, ſeu generatim id, quod notiori vocabulo *Biblia* appellamus. Ita apud ALBERICVM. *p. 450.* moritur Magiſter Petrus, Riga cognominatus *bibliothecæ* verſificator. Monachi *Bibliam* ſæpe vocant, et, quod nobis *bibliotheca* eſt, *Librariam*. Vtrumque in ſubiecta ſchedula deprehendimus. *Ego Iohannes de Velſtede, Canonicus huius eccleſie, recognoſco in hoc ſcripto, quod ex conſenſu et voluntate Dnorum meorum, Canonicorum Hildenſemenſium, capitulariter congregatorum in Capitulo generali, ſecunda feria in Aduentu Domini, recepi quamdam* Bibliam, *de medio-cri volumine et parua litera, de* Libraria *noſtra: quam promitto ibidem rependere. Datum Anno Domini* MCCCXVII. *in die Epiphanie Domini, meo ſub ſigillo.*

f) Literæ G. & B. maiuſculæ in ſcriptis ſuperiorum temporum tam ſunt ſibi ſimiles, vt in nominibus propriis, vel ſemel occurrentibus, neſcias fere, vtram eligas. Librarium meum hic hæſitaſſe video, quia literæ B, quam ante poſuerat, inſcripſit, vel potius ſuperſcripſit maiuſculam G. Male, putes: cum prouincia, aut vrbs nulla occurrat in vicinia Liuoniæ, quæ ad *Gercike* alludat; contra, ſi *Bercike* legas, vrbem Samogetiæ habeas *Birze*, patrimonium *Radziliorum*. Sed cum *Gercike* ad *annum* MCCVIII. *n. 4.* deſcribatur, tamquam vrbs ad *Dunam* fluuium, a quo *Birze* paullulum remotior; nihil mutandum cenſeo: æquus tamen monitori, locorum perito.

g) Hæc cognomina agrum Monaſterienſem & Bremenſem redolere, monitu vix opus eſt.

h) Cum mirabilium operum his temporibus

ALBERTI EPISCOPI ANNVS VI. CHRISTI MCCIII - MCCIV. 1203.

1. *Abcunte in Germaniam Episcopo, Rigenses a Lettonibus et Liuonis vexantur.*
2. *Cruce signati Magdeburgenses redeunt in patriam.*
3. *Theodoricus Abbas cum Caupone Romæ redux in Liuoniam.*
4. *Reuertentium iter per Gotlandiam et Daniam memorabile.*

1. ANNO sexto Episcopus *Albertus*, timens, ciuitatem, quæ adhuc modica et infirma erat, propter paucitatem fidelium a paganorum insidiis posse periclitari, rursus pro colligendis peregrinis in *Teutoniam* vadit, et iniunctum sibi pro gentium conuersatione a) negotium studiose administrans, tam in *Teutoniam* eundo, quam inde redeundo, singulis annis frequentem et intolerabilem fere laborem sustinet. Post discessum eius *Letthones*, Christianorum nomen abhorrentes, cum Liuonibus de *Aschera*de et de *Lenewarden* adhuc paganis, fere trecentis, *Rigam* descendunt, et pecora eius in pascuis comprehensa iam secundo deducere tentant. Paucis itaque viris adhuc *Rigæ* existentibus, et vbique propter vicinas magnas syluas insidias metuentibus, de ciuitate simul omnes exire non audent; sed viri virtutis circa viginti de ciuitate, hostes insequuti, pecora requirunt, et, inuocato super se Dei omnipotentis auxilio, Militibus aduenientibus de ciuitate, iuxta *montem antiquum* cum paganis pugnam ineunt, et bello inualescente eo vsque præliantur, donec fessi ab inuicem separantur. *Liuones* etiam quidam nauigio *Dunam* descendunt, vt in absentia populi ciuitatem ex altera parte ingrediantur. Sed Domino suos protegente, quidam de ciuitate obuiam eis cum sagittis egrediuntur, et ita in fugam vertuntur. His ita gestis, *Letthones* cum *Liuonibus*, tribus tamen equis ciuium obtentis, discedunt. Et *Teutonici* vnanimes pro conseruatione hominum et recuperatione pecorum Deum collaudantes, ad ciuitatem læti reuertuntur.

2. POSTHAC hyeme instante, milites quidam, *Arnoldus* videlicet *de Meindorp*, et *Bernhardus de Sehusen*, et ceteri quidam, qui cruce sumpta iam *seculo* b) ibi remanserant annuo, in *Teutoniam* redire volentes, præparatis ad iter rebus necessariis, nauim suam ante

ribus cis mare tanta vis, tanta leges, copia tanta exstiterit, vt CAESARIVS, Heisterbacensis monachus in diœcesi Colonienſi, solis iis, quæ ipso viuente contigerant, XII. libros implere, hosque ad posteros transmittere potuerit; prodigium foret atque ab indole seculi abludens, si inter transmarinos nihil horum contigisse narraretur. Quare tantum abest, vt Chronographum nostrum culpandum censeam, vt, quo in talibus enarrandis parcior est, eo lubentius gratiam ei faciendam putem.

a) Ita noster siue Auctor, siue Librarius, subinde pro *conuersione*: veluti *ad ann.* MCCVI. *n. 6.*

b) *Seculum annuum* ponit pro *anno*. Milites enim, qui nunc discessum parant, anno superiori accesserant. Vnde lumen GLOSSARIO CANGIANO, quod voc. *seculum* vnicum locum habet, sed subobscurum, quo *seculum* pro *anno* accipiendum existimauit Mabillonius, quia viri cuiusdam sancti corpus per *plura secula* incorrupte seruatum dicitur, qui nondum ante ducentos annos obierat.

c) Supple:

1203. ante natiuitatem beatæ Mariæ virginis exponunt, et, ipſis *Dunam* exeuntibus, Deo ſic agente, cum tribus nauibus, peregrinos alios ante portum habent obuios.

3. IN his nauibus frater *Theodoricus* et *Caupo*, a *Roma* redeuntes, Rigenſes in triſtitia poſitos aduentu ſuo lætificantur. Sed quo magis augetur lætitia Chriſtianorum, eo amplius dolet et confunditur multitudo paganorum.

4. MILITES prædicti inter fluctus maris cum ſociis ſuis diu laborantes, tandem ad partes *Eſtlandiæ* peruenium: quorum res et vitam *Eſtones* auferre volentes, cum decem piraticis et duodecim aliis nauibus in eos inuehuntur. Deo autem ſuos conſeruante nihil adverſitatis et doloris ab hoſtibus patiuntur. Immo vna piratica a Chriſtianis confracta, quidam paganorum occiduntur; quidam miſerabiliter in mari merguntur. Aliam piraticam vnco ferreo rapientes ad ſe trahere conantur. Sed pagani libentius in mari periclitari, quam a Chriſtianis occidi volentes, de naui ſingillatim exiliunt, et illis in periculo mortis occumbentibus, aliæ naues recedentes euadunt. Licet enim omnipotens Deus electos ſuos in variis tribulationibus poſitos, quaſi aurum in igne, probare non deſinat; nunquam tamen omnino deſerit: imo ex omnibus malis eos eripiens, maiorem hoſtibus eorum timorem ingerit. Inde procedentes in laboribus plurimis, præcipue in fame et ſiti et frigore multos dies deducentes, cum pauciſſima cibaria haberent, quinquaginta naufragos Chriſtianos in littore ſtantes ad ſe colligunt, cum quibus miſericorditer agentes, cibaria ſua conſumunt. Et cum hoc ſolum ſupereſſet, vt iam fame deficerent; ecce! qualiter viſitauit eos Oriens ex alto. nauis enim magna mercatorum aduenies, quæ cibaria et omnis generis victualia c), tam dando eis, quam vendendo, refecit famelicos, et ſaturati ſunt. Procedentes autem grauiſimum adhuc periculum ſubeunt. nam tempeſtas et procellæ magnæ eos in periculoſiſſimos ſcopulos impellunt: intra quos et de quibus magno timore et difficultate venientes, in vigilia ſancti Andreæ Apoſtoli portum *Wyſbu* attingunt, et inde, comparatis neceſſariis victualibus, *Daciæ* finibus velificantes appropinquant. Non valentes autem propter gelu, quod immenſum erat, nauim littori applicare; eam in glacie relinquunt, et per *Daciam* in *Teutoniam*, patriam ſuam, vadunt, rebus ſuis ſecum aſſumptis.

ALBER-

c) Supple: *druebebant.*

1204.

ALBERTI EPISCOPI ANNVS VII.
CHRISTI MCCIV - MCCV.

1. *Lettones, duce Swelegato, Rigæ exitium minantur.*
2. *Semigalli, duce Westhardo, Christianis copias offerunt.*
3. *Horum auxilio Lettones profligantur.*
4. *Ipse Swelgatus occiditur.*
5. *Lettonum hoc proelio cæsorum vxores vitam laqueo finiunt.*
6. *Episcopus redit cum peregrinis.*
7. *Monachos Montis sancti Nicolai transfert in Dunamundam.*
8. *Liuones Ykeskolenses fugiunt ad Lenewardenses.*
9. *Aschheradenses pacem admittunt.*
10. *Kokenhusanus Regulus, Vescesa, salutat Episcopum.*
11. *Ykeskola datur Christianis incolenda.*
12. *Eorum aliqui diis immolantur.*
13. *Liuones circa Dunam persistunt in obedientia.*
14. *Rigæ per hiemem agitur Comœdia sacra.*

I. ANNO VII pontificatus Episcopi Alberti, qui erat Domini MCCIV. circa quadragesimam, quo magis illæ gentes suas exercere solent expeditiones, *Letthones* pene duo millia virorum equitum contra *Estones* mouentur in expeditionem, et ipsis secus *Dunam* descendentibus et ciuitatem transeuntibus, quidam ex ipsis, homo diues et præpotens, *Swelgate* nomine, cui inter alios viros de ciuitate, cum pace obuiam exeuntes, vnus ex ciuibus, nomine *Martinus Frise*, ad bibendum potum mellitum præbet: quo exhausto, exercitum præeuntem insequitur, et socios suos sic alloquitur: *Nonne* Teutonicorum, *nobis medonem præbentium, trepidantium* a) *manus vidistis? aduentum quidem nostrum fama volante cognouerant, et ideo timore concussi adhuc trepidare non cessant. ad præsens ergo excidium ciuitatis ipsius differemus. Sed si partes, ad quas tendimus, interimus* b), *hominibus captis et occisis, villam ipsorum euertemus. Vix enim puluis ciuitatis illius pugillo populi nostri sufficiet.*

2. IGITVR post dies non multos audiens quidam, *Westhardus* nomine, *maior natu de Semigallia*, Letthonum expeditionem, cum festinatione *Rigam* veniens, *Teutonicos* præmonendo alloquitur, eo quod hostes fines ipsorum pacifice transeant, ne forte postquam situm loci didicerint, in futuro ciuitatem cum habitatoribus suis destruant. Ipsis autem ante reditum Episcopi propter suorum paucitatem præliari nolentibus; idem *Westhardus*, tamquam vir bellicosus, ad pugnam animos eorum incitat, et promittens, se illis in auxilium *Semigallos* quam plurimos adducturum, rogat sibi saltem aliquot dari viros, edoctos in bello, qui exercitum sciant regere, et ad pugnam informare. *Teutonici*, audientes constantiam animi ipsius, dicunt, se petitioni eorum velle acquiescere: ita dumtaxat, si de quolibet castro *Semigalliæ* obsidem vnum, quem elegerint, eis exhibere voluerit. Qui de tali responso plurimum exhilaratus, ad suos cum gaudio reuertitur. Et assumptis secum obsidibus

a) Mallem: *trepidantes.*

b) Forte: *euerterimus.*

c) Con-

1204. bus denominatis, exercitum colligit ſufficientem. Quo adducto, obſides traduntur in manus *Teutonicorum*, et ita ſatis ſe exhibentes fideles, illorum auxilium ſimul et amicitiam conſequuntur. Nam familia Epiſcopi cum *Fratribus Militiæ Chriſti* et *Conradus* miles de *Vkeskola* c) cum paucis aliis, qui abeſſe poterant, ad exercitum foras exeunt, et in loco eminenti cum *Semigallis* reditum *Letthonum* expectant.

3. MITTVNTVR interim nuntii in *Thoreidam* idonei, qui diligenter hoſtium viam explorare valeant et renunciare. Prædictus etiam Dux *Semigallorum*, de ſingulis domibus in *Riga* victualia colligens, exercitui, qui de longinquo venerat, tranſportat. Redeuntes autem *Letthones*, cum infinitis captiuis et innumerabili præda pecorum et equorum, poſt introitum *Liuoniæ* paulatim de villa ad villam gradientes, tandem ad caſtrum *Cauponis* declinant, et paci Liuonum confidentes, apud eos nocte quieſcunt. Legati autem *Teutonicorum* et *Semigallorum*, diſcrete reditum eorum percunctati, exercitui ſuo denunciant, et altera die nuntii alii priores inſequuntur, qui *Letthones* per compendia *Rodenpoys* verſus *Vkeskolam* teſtantur velle redire. His rumoribus auditis, vniuerſa militantium turba lætificatur, et certatim quiuis ad pugnam præparatur. Venientes ergo *Letthones* cum tota præda et captiuis, qui millenarium ſuperabant, numerum ſuum in duas diuidunt acies, et in medio captiuos conſtituentes, propter nimiam profunditatem niuis, per vnam tantum viam ſinguli gradiuntur. Sed mox, vt primi eorum veſtigia præcedentium reperiunt, inſidias ſuſpicantes, ſubſiſtunt, et ita poſtremi cum captiuis primos inſecuti, in vnum colliguntur cuneum. Quorum multitudinem *Semigalli* videntes, plures ex eis tremefacti pugnare non audentes, ad tutiora loca diuertere quærunt. Conſiderantes vero hoc quidam ex *Teutonicis*, *Conradum* aggrediuntur militem, inſtanter deprecantes, vt ipſi primum cum hoſtibus Chriſti prælium ineant, aſſerentes, magis expedire glorioſe mortem pro Chriſto ſubire, quam ad confuſionem gentis ſuæ inhoneſte fugam capeſſere. Qui more militari tam in equo, quam in ſe ipſo, *bene loricatus*, cum paucis, qui aderant, *Teutonicis*, *Letthones* aggreditur. Sed ipſi nitorem armorum iſtorum abhorrentes, Deo etiam timorem immittente, ab eis ex omni parte declinant. Cernens itaque *Semigallorum* Dux Letthones de Dei miſericordia ita conterritos, hortatur ſuos, viriliter cum illis prælium committere, et ita, exercitu in vnum collecto, *Letthones* vndique per viam, tamquam oues, diſperguntur, et ex eis circiter mille ducenti in ore gladii proſternuntur.

4. INVENIENS autem quidam de familia Epiſcopi, *Theodoricus Schilling*, *Swellegaten*, qui ſe ciuitatem Dei ſubuerſurum dixerat; quem d) in vehiculo ſedentem videns, lancea latera ſua perforat. Hunc

c) Conradus de Meindorf, a feudo ſuo deinceps cum poſteris denominatus. Superſunt *Vxkulii* per Liuoniam magnorum prædiorum poſſeſſores, harum forte originum ignari.

d) Hians oratio, niſi legas: *eumque*.

e) Imi-

Hunc *Semigallorum* quidam palpitare videntes, caput eius abſcin- 1204.
dunt, et vehiculis ſuis imponentes, quæ ſolis capitibus onerauerant *Letthonum*, in *Semigalliam* ducunt. Plures etiam de *Eſtonibus* captiuis, cum et ipſi eſſent inimicitias exercentes omni tempore contra Chriſtiani nominis cultores, in gladio occiderunt, et ita Chriſtiani, *Semigallis* paganis adiunctis, de vtroque populo, *Letthonum* videlicet et *Eſtonum*, plenam obtinent victoriam. Igitur poſt cædem *Letthonum* et *Eſtonum*, *Teutonici* cum *Semigallis* ad ſpolia gentis vtriuſque reuertuntur, et infinitam prædam, tam in equis, quam pecoribus, tam in veſtibus, quam in armis, accipientes, per Dei gratiam conſeruati, omnes ad propria redeunt, ſani et incolumes, et Deum benedicentes.

5. REFEREBAT ſacerdos quidam, qui tunc in *Letthonia* captiuus tenebatur, *Iohannes* nomine, quod in vno vico mulieres quinquaginta ſe ob mortem virorum ſuſpendio interfecerant e). Nimirum, cum credant, ſe cum illis mox in alia vita victuras f).

6. SIGNATIS interea per *Teutoniam* multis hominibus *ſigno crucis*, tandem Dominus Epiſcopus ad naues reuertitur, aſſumpto ſecum *fratre ſuo Rothmaro* g) de clauſtro *Sigeberge*. Eo quod auctoritate piiſſimi Apoſtolici papæ *Innocentii* ei donatum eſt, de quolibet cœnobio vnum de fratribus, quem vellet, ſocium laboris aſſumere h). Igitur

e) Imitatæ feminas Cimbrorum, quæ, poſt maritos in campo Raudio a C. Mario conciſos, *ſuffocatis eliſisque paſſim infantibus ſuis, aut mutuis concidere vulneribus, aut vinculo e crinibus ſuis facto ab arboribus iugiſque plauſtrorum pependerunt*. Quam mortem *ſpecioſam* vocat, iſta narrans, FLORVS *hiſtor. Rom. l. 3. c. 3.* VALERIVS MAXIMVS *l. 5. c. 1.* addit, Teutonicorum coniuges Marium victorem oraſſe, vt ab eo virginibus Veſtalibus dono mitterentur, affirmantes, æque ſe atque illas virilis concubitus expertes futuras: eaque re non impetrata, laqueis ſibi nocte proxima ſpiritum eripuiſſe.

f) Hoc exemplo confirmantur, quæ KOIALOWIVS *hiſt. Lituan. Tom. 1. l. 5. p. 140.* de Lituanis tradit: *De altera vita*, ſcribens, *quam habituri a morte eſſent mortales, redituque animarum ad ſua corpora, cum Deus quiſpiam illis ignotus ad ius dicendum in altiſſimum montem vniuerſum mortale genus euocaturus e tumulis eſſet, apud veteres illos Lituanos, rerum diuinarum penitus rudes, quamquam barbare et ſuperſtitioſe, tamen aliquid credebatur*. Puriora ſunt hæc, quam quæ *Getis*, h. e. Samogetis, attribuit KADLVBKO *hiſtor. Pol. l. 4. c. 19. p. 512. edit. Dobromil.* vbi ait: *Eſt omnium Getarum* (quos paullo ante Pruſſos appellauerat) *communis dementia, exutas corpore animas naſcituris denuo infundi corporibus: quasdam etiam brutorum aſſumtione corporum bruteſcere: quos inflantis quoque facti* (fati) *ſubtilitas a brutorum ruditate non ſecernit*. Contra DVISBVRGENSIS *Part. 3. c. 5.* veteres Pruthenos *reſurrectionem carnis credidiſſe* ſcribit: id quod commentator eius concoquere non poteſt. At ſi memineris, clericum, ſtilo ſacræ ſcripturæ adſuetum, hæc ſcripſiſſe; ſacras autem literas reſurrectionis quæſtionem ab immortalitate non diuellere, imo reſurrectionem idem valere ac vitam æternam, obſervante GROTIO *ep. 130. f. 49.*: DVISBVRGENSIS idem dixit, quod crediderunt mulieres iſtæ Lituanicæ, *vitam* ſcilicet *alteram poſt manes*. Ceteras borealium populorum hac de re perſuaſiones collegit, & docte expendit HARTKNOCHIVS diſſ. *de funeribus veterum Pruſſorum §. vlt.* quæ eſt inter Pruſſicas decima tertia.

g) Nota *tertium fratrem* Epiſcopi, *Rotmarum*, Canonicum Regularem monaſterii Sigebergenſis, qui poſtea Cathedralis Eccleſiæ Dorpatenſis primus factus eſt Præpoſitus *anno* MCCXXIII. *n. 8.*

h) Pertinet huc Innocentii PP. III. Reſcriptum ad Bremenſem Archiepiſcopum eiusque Suffraganeos, quo eos exhortatur, vt *cum ſacerdotes et clericos, qui ſigno Crucis accepto Hieroſolymitanam profectionem vouerant, ad annunciandam fidem Chriſti; tum laicos, qui rerum inopia corporiſque imbecillitate* (detenti) *Hieroſolymam pergere non poſſent, aduerſus barbaros, permutato voto, in Liuoniam mittendos* curarent. *Datum Romæ apud ſanctum Petrum VI. Id. Octobr. Pontificatus anno* VII. referente, præter RAYNALDVM *n. 56.* BZOVIO *ad annum* MCCIV. *n. 8.* et SPONDANO *ad h. a. n. 14.* De decimatione autem Monachorum tum nondum cogitatum fuit.

1204. Igitur eo ducente, qui imperat ventis et procellis maris, *Rigam* perventum eſt. Vbi Dominus Epiſcopus, a ſuis diu deſideratus, cum omni militia *peregrinorum* honorifice ſuſceptus eſt. Erat in eadem acie Dux belli *Comes Heinricus de Stumpenhuſen* i); *Cono de Vſenborch, nobilis homo* k), et alii tam de *Weſtphalia*, quam de *Saxonia* milites quam plures, cum ceteris peregrinis.

7. VOLENS ergo Epiſcopus tantorum virorum conſilio et auxilio Vineæ Domini palmites extendere in gentibus, poſt introitum *Dunæ*, clauſtrum Cyſtercienſium monachorum locauerunt in *Dunamundam*, quibus Epiſcopus Abbatem præfecit antedictum fratrem *Thgodoricum*, mittitque ad caſtrum *Vkeskole Conradum* de *Meindorp*, cui iam dudum caſtrum idem in beneficio contulerat, vt, eo nunciante, Liuones Epiſcopum cum peregrinis quibuſdam venturum præſciant, et ipſum tanquam filii patrem benigne recipiant, cum quo diſponant de pace in ſe habenda et fide vlterius propaganda.

8. LIVONES ergo, qui poſt acceptam baptiſmi gratiam a primo Liuonum Antiſtite *Meinardo*, fidem Chriſti irridebant, et hanc, in *Duna* ſe lauantes, delere ſæpe dicebant, audito aſcenſu Epiſcopi, cum ceteris adhuc paganis ad fugam ſe præparant, et mane facto *Conradum* prænominatum ad ſe vocantes, occulte moliuntur occidere. Sed quia ſagitta præuiſa minus ferit, ipſe dolum ſciens eorum, armis ſuis indutus, cum comitibus ſuis ad eos foras egreditur, et illis cum eo multa confabulantibus, ad ſingula quæque competenter reſpondet. Interim quidam Epiſcopum præcedentes ſuperueniunt. Vnde magis obſtupefacti Liuones, et in fugam verſi, beneficio nauicularum ſe committunt, et verſus caſtrum *Lenewarden* cum vxoribus ſuis et paruulis aſcendunt: ſatis hoc euidenter demonſtrantes, quod baptiſmum iam pridem ſuſceptum minus curaverunt. Peregrini itaque, dum vident Neophytos Liuones in tantum exorbitare, et tanquam canes ad vomitum redire, eo quod fidei olim ſuſceptæ obliuiſcantur, Zelo Dei accenſi, inſequuntur fugientes. Sed mox, vt conſpiciunt, eos aliis ſe paganis de *Lenewarden*

i) Comitum de *Stumpenhuſen* terræ Hoienſibus acceſſere, et ex ruderibus arcis Stumpenhuſen caſtrum *Nienburg* ad Viſurgim ſurrexiſſe dicit MVSHARDVS *de nobil. Brem. p. 58.* ex Chronico MSto Hoienſi. Veteri Miſſali ad d. XXIX. Octobr. adſcriptum: *Hodie obiit Henricus Comes de Stumpenhuſen, cuius ſepultura eſt in Eccleſia Mellinghuſen.* Filius fuit Widekindi.

k) Adolphus e comitibus de Monte Colonienſis Archiepiſcopus, is, qui Ottonem IV. Aquis coronauit, caſtrum *Iſenburg* ad Ruram fluuium, a ſe primum conditum, in feudum dedit fratri Arnoldo, qui cum filiis, vt a fratre et ceteris agnatis Comitibus de Monte et de Altena diſtingueretur, Comes ſeu Nobilis de *Iſenburg* appellari cœpit. Filios ei ex diplomatibus *octo* dedit GELEN. *auctar. ad vitam Engelbert. p. 4. et 308. ſeq.* quibus hic *Cono* ſeu Conradus addendus eſt *nonus*. Nam præter patrem Arnoldum et filios nemo huius familiæ Iſenburgico titulo vſus eſt. Cum enim Fridericus, fratrum princeps, ob cædem Engelberti Archiepiſcopi patratam Coloniæ rota contuſus eſſet; caſtrum Iſenburg quoque deſtructum fuit, ad abolendam tanti facinoris memoriam. Et licet ſupereſſent duo huius Friderici filii; nomine tamen Iſenburgico abſtinentes, a caſtro *Limburg*, quod auus maternus ad Lennam fluuium in gratiam eorum conſtruxit, Comites de Limburg appellati ſunt, in poſteris, Comitibus de *Limburg* & dominis in *Stirum*, hodienum ſuperſtites per Weſtphaliam.

l) *Veſeke*

warden coniunxisse, relictisque villis sylvarum latebras cum ipsis 1204.
adiisse, vrbem ipsorum adhibito igne succendunt.

9. DEINDE peregrinis ascendentibus secus *Dunam*, ecce! Liuones de castro *Aschrad*, rem gestam audientes, diuertunt ad tutiora loca nemoris. Vnde eorum castro per Dei gratiam exusto, pacem cum *Teutonicis*, datis obsidibus, ineunt, et breui se *Rigam* venire et ibi baptizari promittunt. Quod et postea ita factum est.

10. AVDIENS autem Regulus *Vesceke de Kukenoys* l) peregrinos *Latinos* in tam valida manu venisse, et sibi vicinos esse, ad tria videlicet milliaria; per internuncium petit ab Episcopo ducatum, et ita nauigio descendens ad ipsum, cum datis hinc inde dextris salutassent se, pacem ibidem firmam cum *Teutonicis* ferit: quæ tamen postea paruo stetit tempore. Pace facta, valedicens omnibus, lætus ad sua reuersus est.

11. HIS ita peractis, redeuntes peregrini per viam suam, in nemore densissimo, iuxta viam *Memeculle*, a duarum vrbium Liuonibus, *Lenewarde* et *Ykeskole*, grauissime infestantur: quorum insultum sine magno periculo euadentes, *Ykeskolam*, perueniunt, quam vrbem firmissimam obseruantes, et vacuam, quondam ab Episcopo *Meinardo* ædificatam, visum est eis, indignos esse tanta munitione Liuones, qui, licet baptizati, tamen adhuc rebelles erant et increduli. Et ob hanc causam mittentes *Conradum* in beneficii eiusdem possessionem, ei ex peregrinis relinquunt quosdam viros fortes et ad bella paratos. In frumento etiam ei prouidere volentes, in præparationem pugnæ, segetes Liuonum iam maturas quidam falcibus, quidam gladiis succidunt. Non valentes autem frequenter paganorum insidias sustinere; armati omnes metunt segetes, et impleta vrbe vsque ad summum, Dominus Episcopus de tali facto exhilaratus, ibi remanentes Deo commendat, et cum reliqua peregrinorum militia *Rigam* descendit.

12. POST hoc breui transacto tempore peregrini, de castro *Ykeskola* exeuntes pro colligenda annona, a Liuonibus insidiantibus in siluis occisi sunt decem et septem ex eis, quorum quosdam ex eis Diis suis immolantes m), crudeli martyrio interfecerunt. Nec tamen hoc et his similia facientes inimici, a prædicatione verbi Dei Christianorum obstruunt voces; verum etiam per incrementa fidei conspiciunt, eos quotidie tam præliando, quam prædicando, magis ac magis inualescere.

13. HINC est quod animo consternati *Liuones* omnes, circa *Dunam* habitantes, in mente confusi, datis obsidibus, domino Episcopo et ceteris *Teutonicis* reconciliantur, et qui adhuc ex ipsis pagani fuerunt, baptizari se pollicentur. Sic ergo Christo vocante gens indomita et paganorum ritibus nimis dedita, pedetentim ad iugum domini ducitur, et relictis gentilitatis suæ tenebris, veram lucem, qui

l) *Vesceke* recurrit *ad annum* MCCVI. *n.* 2. et alias. Ceterum vti castrum *Kokenhusen* Nostro *Kukenoys* audit; ita ratio constat, quare Domini castri *Adenhusen*, contracte *Adensen*, hac ætate Domini de *Adenois* vocati fuerint.

m) V. Gesta MEINARDI *not. m.*

1204. qui Chriſtus eſt, per ſolam fidem intuetur. vnde non immerito villas et agros, et quæ iuſte amiſiſſe videbantur, reſumere permittuntur, et exſtructa iuxta *Ykeskolam* munitione penitus excluduntur, et tam illi de *Leneƿarde*, quam de *Ykeskola* ad propria reuertuntur.

14. EADEM hyeme factus eſt *ludus prophetarum* ordinatiſſimus, quem *Latini Comœdiam* n) vocant, in media *Riga*, vt fidei Chriſtianæ rudimenta gentilitas fide etiam diſceret oculata. Cuius ludi et comœdiæ materia tam neophytis, quam paganis, qui aderant, per interpretem diligentiſſime exponebatur. Vbi autem armati *Gedeonis* cum *Philiſtæis* pugnabant; pagani, timentes occidi, fugere cœperunt. ſed caute ſunt reuocati. Sic ergo admodum breue tempus ſiluit Eccleſia, in pace quieſcendo. Iſte autem ludus quaſi præambulum, præludium et præſagium erat futurorum malorum. Nam in eodem ludo erant bella, vtpote *Dauid*, *Gedeonis*, *Herodis*. Erat et doctrina *Veteris et Noui Teſtamenti*. quia nimirum per bella plurima, quæ ſequuntur, conuertenda erat gentilitas, et per doctrinam Veteris et Noui Teſtamenti erat inſtruenda, qualiter ad verum pacificum et ad vitam peruenire ſempiternam.

ALBERTI EPISCOPI ANNVS VIII.
CHRISTI MCCV - MCCVI.

1. *Epiſcopus Legatum Pleskouiam mittit.*
2. *Qui ei Ruſſorum conſilia prodit bellica.*
3. *Quæ mutantur in Legationem, quæ de Teutonicorum et Liuonum diſſidio cognoſceret.*
4. *Dies dicitur ad Wogenam fluuium.*
5. *Liuones duos Neophytos dilaniant.*
6. *Quorum corpora quieſcunt in eccleſia Ykeskolenſi penes Meinardum et Bertoldum.*
7. *Holmienſes Parochum ſuum occidunt.*
8. *Rigenſes vincunt Liuones et Holmenſes, et ducem eorum occidunt.*
9. *Holmia recuperata nouo præſidio munitur.*
10. *Expeditio Chriſtianorum in Thoreidam, partim fauſta, partim infauſta.*
11. *Epiſcopus migrat in Germaniam.*
12. *Rutheni interea Holmiam fruſtra obſident.*
13. *Rex Daniæ venit in Oſiliam et Archiepiſcopus Lundenſis Rigam, ibique hibernat inter pia exercitia.*
14. *Liuones paſſim admittunt ſacerdotes Chriſtianos.*
15. *Parochus ſit primus magiſtratus Politicus.*

16. *Ec-*

n) Comœdia, vulgo morum ſchola, hic ſit Magiſtra hiſtoriæ ſacræ, et ſuccenturiatur inſtitutioni Chriſtianæ. Serius in Gallia huiusmodi ludi ſacri, quos ibi *Myſteria* vocarunt, edi publice occeperunt, donec anno MDXXXXVIII. edictum Regium intercederet. Plura diſcoloris huius pietatis exempla, vel potius ſpecimina, exhibet HISTORIA THEATRI FRANCICI nuper edita. Rem ipſam ſalſiſſimus Galliæ Satyricus Cantu tertio Artis poëticæ ita deſcribit:

Chez nos devots Ayeux le Theatre abhorré,
Fut long-tems dans la France vnplaiſir ignoré.
De Pelerins, dit-on, vne Troupe groſſière
En public à Paris y monta la première,
Et ſottement zelée en ſa ſimplicité,
Ioüa les Saints, la Vierge et Dieu par piété.
Le Savoir à la fin diſſipant l' Ignorance,
Fit voir de ce projet la dévote Imprudence.
On chaſſa ces Docteurs prêchans ſans miſſion.
On vit rentraître Hector, Andromaque, Ilion.

Grex ille Cantorum, quem his ipſis temporibus in Aula Iſenacenſi ſeu Wartburgenſi aluit Hermannus, Thuringiæ Landgrauius, poëmatibus eorum germanicis, queis pariter diuina *Myſteria* celebrarunt, delectatus, vulgo *das Spiel zu Wartburg* vocatum, de quo HISTOR. DE LANDGRAV. *ad annum* MCCVII. *edit. Eccard.* num *Comœdi* fuerint, vel ſaltim carmina ſua publice in Theatro recitauerint, adeoque *ſacros ludos* itidem ediderint, nunc diſquirere non vacat. Ingenium ſane & ſolertiam non defuiſſe his hominibus in Liuoniam peregrinantibus, res ipſa loquitur, ſiue ipſos ſcenæ huius inuentores, ſiue inſtructores fuiſſe, et exemplum e Germania traductum credas.

16. *Eclipſis ſolis.*
17. *Albertus Epiſcopus ab Imperio Liuoniam recipit, diuerſque promiſſis ex aula Regis Philippi diſcedit.* 1205.



1. ANNO octauo inchoante, volens Dominus Epiſcopus adipiſci amicitiam et familiaritatem *Woldemari Regis de Ploſceke*, quam anteceſſori ſuo *Meinardo* exhibuerat epiſcopo, Dextrarium cum armatura per Abbatem *Theodoricum* ei tranſmiſit: qui a latrunculis *Letthonum* in via ſpoliatur. Ipſe cum ſuis omnia, quæ ſecum tulerat, amittunt; corpore tamen ſani et incolumes ad Regem vſque perueniunt. Ingreſſi autem ciuitatem, deprehendunt ibi quoſdam Liuones, clam a Senioribus Liuonum miſſos, qui, vt animum Regis inclinarent ad expellendos *Teutonicos* de *Liuonia*, quæcunque doloſe fingere aut dictare poterant, contra Epiſcopum et ſuos blanda ac fraudulenta locutione proponebant. Nam Epiſcopum cum ſequentibus ſuis nimis ei importunum, et intolerabile iugum fidei aſſerebant. quorum verbis Rex admodum credulus, mandat omnibus in regno ſuo conſtitutis, ad expeditionem quam ocyus præparari, vt cum impetu fluminis Dunæ nauigio, multiplicique lignorum ſtrue connexa, ſuppoſitis ad viam neceſſariis, *Rigam* citius et commodius deſcendant. Hinc eſt, quod *Teutonicorum* Legati, Liuonum ſuggeſtionem et Regis intentionem ignorantes, conſpectui Regis præſentari iubentur, vbi coram Liuonibus, *quæ aduentus eorum cauſa ſit*, interrogantur. Qui dum ſe pacis et amicitiæ cauſa veniſſe profitentur; Liuones e contrario, *nec eos pacem velle, nec ſeruare*, proclamant. Quorum os, maledictione et amaritudine plenum, magis ad bella ſtruenda, quam ad pacem faciendam cor et animum Regis incitat.

2. REX autem timens occulta conſilia ſua in lucem prodire, *Teutonicos* a ſe remouens, in hoſpitio manere præcipit. Sed Abbate cauſam perpendente, quidam de conſiliariis Regis muneribus et pecunia corrumpitur, et abſque mora conſilium diu celatum proditur. Quo comperto, mira Dei prouidentia Abbati obuiat res tendens ad meliora. Nam pauperem quendam de caſtro *Holme*, deo donante, ibidem eſſe comperit: quem dimidia marca conducens, et ſcripto ſuo promouens, Domino *Rigenſi* Epiſcopo et toti fidelium Eccleſiæ, quæ audierat et viderat, per eundem intimauit. Vnde factum eſt, vt plures ex peregrinis, qui ſe ad transfretandum mare præparauerant, reſumpta cruce redirent. Ipſe etiam Epiſcopus, qui cum aliis abire paratus erat, velificantibus valedicens, *Rigam* ad ſocios reuerſus eſt.

3. REX itaque factum Abbatis intelligens, accerſito eo, requirit, *an nuncium Rigam miſerit.* Sed ille faciem Regis non formidans, *literas ſe per quendam miſiſſe* confeſſus eſt. Porro legati ſecum miſſi a *Riga*, metuentes ſeueritatem Regis, ſupplicabant et perſuadebant Abbati negare, quod dixerat. Sed ipſe, ſciens, quod ſemel emiſſum

1205. volat irreuocabile verbum, quod Regi confeſſus erat, nulla ratione negabat. Intelligens igitur Rex, ſe nihil hoc modo proficere, eo quod proditum eſſet conſilium; vbi belli violentia deficit, dolum machinatur, quia in columbæ ſpecie, blanda loquens verba, ſic lædit, vt anguis in herba. Remittitur Abbas, et cum eo *Ruthenorum* legati cum verbis pacificis diriguntur in dolo, vt, auditis hinc inde partibus, inter Liuones et Epiſcopum, quod iuſtum eſſet, decerneretur et hoc ratum haberent. Dimiſſi a Rege, *Kukenoys*, caſtro *Ruthenico*, quam celerrime attingunt. Diaconum quendam, *Stephanum*, alium tamen, quam protomartyrem, *Rigam* cum Abbate mittunt, Epiſcopum in occurſum vocant, diem colloquii ad tertium kalend. Iulii indicunt, locum iuxta fluuium *Wogene* a) præfigunt. Reliqui per terram vſquequaque diffuſi, Liuones et Letthos, qui proprie dicuntur *Letgalli* b), cum armis ſuis vocant. Veniunt Livones, non tantum voluntati Regis obedire, quam etiam proditioni fidelium Chriſti deſeruire parati. *Letthi* vel *Lettgalli*, adhuc pagani, vitam Chriſtianorum approbantes, et eorum ſalutem affectantes, ad colloquium perfidorum non veniunt: muneribus etiam ſibi a *Ruthenis* oblatis flecti nequeunt ad malum *Teutonicis* inferendum.

4. VOCATVS ad idem colloquium Dominus Epiſcopus a legato regis, *Stephano* prædicto, tale de conſilio ſuorum dedit reſponſum: *Communem*, inquit, *omnium terrarum conſuetudinem eſſe conſtat, nuncios a Dominis ſuis deſtinatos eum adire vel requirere, ad quem mittuntur; et numquam principem, quantumcunque humilem et affabilem, in occurſum nunciorum de ſuis munitionibus egredi. Decet*, inquam, *tales et talium nuncios, nos in ciuitate noſtra inuenire, vbi a nobis et a noſtris recipi poſſint honeſtius, et tractari commodius. Veniant ergo, nihil metuentes, ſed honeſte tractandi.* Appropinquante die ſtatuto, Liuones armati ad colloquium iuxta fluuium *Wogene* colliguntur. Seniores etiam de caſtro *Holme*, totius mali exquiſitores, ad eos nauigio aſcendunt, et applicantes ad caſtrum *Ykeskolam*, ipſos ſecum vocant.

5. CONSIDERATA igitur aſtutia Liuonum, *Teutonici* aſcendere recuſant. Sed illi cœptam viam peragunt, et cum ſuis compatriotis de Chriſtianorum eiectione tractant. Interim *Ykeskolenſes* duo ex neophytis, *Kyranus* et *Layanus*, *Conradum*, qui caſtro præfuit, rogant quam intime, vt eos congregationi Liuonum intereſſe permittat, vt, viſa eorum pertinacia, renunciare poſſint, quas contra fideles Chriſti machinationes prætendant. præſumentes autem de cognatorum

a) Eſt *Woga* fluuius, ex interiore Liuonia decurrens ad Dunam, cui inter Ykeskolam et Lenewardam infunditur.

b) *Gall* ſeu *Kall* lingua Eſtonica *ſitum a latere* ſignificare deprehendo. Vnde Dunam nauigantibus, terram ad latus fluminis occidentale protenſam, *Semgall* appellatam puto, quod alii per *finem terræ* explicant. *Sem* enim *terra* eſt. Sic Letti quoque, interioris Liuoniæ habitatores, *Letgalli* appellati videntur, quod habitationes eorum *ad latus Leduæ fluuii* protenderentur, qui exoneratur in ſinum Livonicum. Quæ tamen non ſine hæſitatione profero, paratus, ſitus locorum peritioribus vela ſubmittere.

c) *Pœnis*

torum et amicorum numerositate, terribilem inimicorum aciem ad- 1205.
ire non formidant. quod stultum valde *Conradus* animaduertens, propter multitudinem Liuonum, et malitiam, fieri dissuasit. Sed eorum instanti prece victus, eos abire permisit. Ingressi *placitum*, statim capiuntur a Senioribus, fidem Christi postponere, et *Teutonicis* renunciare coguntur. qui constantes in dilectione Dei, fidem susceptam se omni charitatis affectu amplecti profitentur: ab amore et societate Christianorum testantur nulla eos posse genera tormentorum seperare et auellere. Vnde nimirum etiam cognatorum eorum in eos excreuit odium, vt exinde maius esset odium, quam amor, quo antea dilexerant. Hinc est, quod communi Liuonum conspiratione, ligatis circa pedes funibus, per medium sunt dilacerati. quos acerrimis pœnis c) afficientes, viscera extrahentes, crura et brachia dilatauerunt. de quibus non est dubium, quin cum sanctis martyribus pro tanto martyrio vitam receperint æternam.

6. HORVM corpora in *Vkeskolensi* quiescunt Ecclesia, atque apposita sunt tumbæ Episcoporum *Meinhardi* et *Bertholdi* d): quorum primus *Confessor;* secundus *martyr*, vt supra dictum est, ab eisdem Liuonibus occisus, occubuit. Hoc facto Liuones in eo conuenerunt, vt de omnibus partibus terræ suæ in vnum collecti castrum *Holme*, quod ciuitati propius erat, præoccupent, et ex eo *Rigenses*, qui tum pauciſſimi erant, expugnent, et *Rigam* destruant. Completa ergo conspiratione et confœderatione, immemores sacramentorum susceptorum, obliti baptismi, fide abiecta, pacem non curantes, bellum innouantes, omnis multitudo eorum *Holme* descendit, et conuocantes ad se quosdam de *Lettbonibus*, tam *Thoreidenses*, quam *Weinalenses* omnes in vnum conueniunt.

7. PORRO *Holmenses*, quorum pedes veloces ad effundendum sanguinem, capto *Iohanne*, Sacerdote suo, caput eius abscindunt, corpus reliquum membratim diuidunt. Ipse enim natus ex *Wironia*, et a paganis in pueritia captus, per venerabilem *Meinardum* Episcopum a captiuitate absolutus, et, vt sacris literis imbueretur, ab eodem est in clausstro *Segebergensi* locatus, vbi plurimum cum Episcopo *Alberto* in Liuoniam profectus est, et, sacros adeptus ordines, in *Holmensi* parochia multos conuertit ab idolorum cultura. Qui tandem post laboris sui cursum cum aliis duobus fratribus, *Gerhardo* et *Hermanno*, pro fidei confessione, sicut prædiximus, per martyrii palmam ad vitam peruenit æternam. Cuius corpus et ossa, postea ab aliis sacerdotibus collecta, *Rigæ* in Ecclesia beatæ Mariæ Dominus Episcopus cum suo Capitulo deuote sepeliuit.

8. HIS ita peractis, confluente ad castrum *Holme* Liuonum caterua, Neophyti quidam *Lembewalde* e) cum quibusdam aliis, fideles se exhibentes, dimissis vxoribus et familia in *Holme*, *Rigam* descen-

c) *Pœnis*, cruciatibus. V. Gesta MEINARDI *not. k*). Atque hi Neophyti illi esse videntur, quorum fama mare transuolauit, et quorum constantiam extollit ARNOLDVS LVBEC. *l. 7. c. 9. n. 9.*

d) Nota locum sepulturæ duorum primorum Episcoporum contra ARNOLDVM LVBECENSEM.

e) Num *de Lenewarde?*

1205. ſcendunt, ſuggerentes Domino Epiſcopo, qualiter ſe defendat ab inimicis, optantes magis Chriſtianorum, quam ſuorum perfidorum Liuonum profectum. Erant autem omnes Liuones ſimul in caſtro diebus aliquot. Et quidam ex eis exeuntes verſus *Rigam*, tam equos in paſcuis ſpoliantes, quam homines, quos inuenerunt, occidentes, fecerunt omnia mala, quæ potuerunt. Tandem tædio affecti quidam ad propria redierunt; quidam adhuc remanſerunt. Audiens autem Epiſcopus quorundam receſſum, conuocatis *Fratribus Militiæ* et ciuibus et peregrinis, requirit, quid facto opus ſit contra Liuonum machinationem? Viſum eſt omnibus expedire, vt, inuocato ſuper ſe Dei omnipotentis auxilio, nouellam Eccleſiam ipſi committentes, cum illis in *Holme* bellum ineant, et melius eſſe pro fide Chriſti omnes mori, quam ſingulos quotidie trucidari. Commiſſa igitur ciuitate Domino Epiſcopo, qui validiores erant *Teutonici*, cum ſuis Liuonibus Rigenſibus armati, baliſtariis et ſagittariis aſſumptis, nauigio aſcendentes ad caſtrum *Holme* applicant, quinta decima die poſt Pentecoſten. Quibus præuiſis, hoſtes, littus et acceſſum defendere volentes, audacter occurrunt. Stupent primo nimis Chriſtiani propter eorum paucitatem. nam centum tantum erant et quinquaginta: hoſtiumque erat numeroſa multitudo. Sed cantu ſuo Dei inuocantes miſericordiam, et vires animorum reſumentes, tandem exiliunt. Quorum primus *Arnoldus*, *frater militiæ*; deinde ſerui epiſcopi ex alia naue, cum ceteris omnibus ſimul hoſtibus appropinquant. Et primo in aqua pugnantes, littorea ſaxa lanceaſque hoſtium, ſuper ſe crudeliter volantes, viriliter excipiunt. Tandem littus apprehendunt, fortiſſime pugnantes. vulneratur paſſim hoſtium nuditas a ſagitta volante: conſligunt acies: vincuntur hoſtes, et terga dantes, alii occiduntur; alii tranſnatare volentes, ſubmerguntur; alii caſtro recipiuntur; alii, tranſnatando euadentes, aculeos vermium non effugerunt. Erat autem inter eos *Ako*, princeps ac Senior ipſorum, qui totius traditionis et omnium malorum extiterat auctor: qui Regem de *Ploſceke* concitauerat ad bellandum contra *Rigenſes:* qui *Letthones* collegerat: qui *Thoreidenſes* et totam Liuoniam conuocauerat contra nomen Chriſtianorum. Inter alios iſte quoque occiditur: occiſi caput cum fama victoriæ Epiſcopo mittitur. Erat autem Epiſcopus cum Clericis ſuis, celebrata miſſa, in Dei timore et orationibus, exſpectans, ſi forte quiſpiam appareret, referens ei, quid ageretur. Erat enim taliter cor eius directum, fiduciam magnam habens in Domino. Et ſubito apparuit nauicula de longe, in qua quidam de *Fratribus Militiæ*, rediens cum vulneratis quibuſdam, caput *Akonis* pro ſigno victoriæ Epiſcopo præſentat. At ille gaudens, cum vniuerſis, qui domi remanſerant, gratias agit Deo, qui per paucos operatus eſt ſalutem Eccleſiæ ſuæ.

9. APPLICANT interim Chriſtiani mœnia ſuburbana: muro caſtri ignem imponunt: paterellis f) ignem et lapides in caſtrum pro-

f) De his BANGERTVS ad *Arnoldum Lubec. l. 6. c. 20.*

g) Mo-

proiiciunt. Baliſtarii quam plures in munitione vulnerant. vnde 1205.
poſt occiſionem tantorum iam ſe defendere non ſufficiunt. Igitur *Thoreidenſes* pacem petunt: quæ datur eis, et permittuntur exire de caſtro. Exiere pene omnes vulnerati. *Holmenſes* autem, auctores malorum, ſe tradere compelluntur: quorum Seniores *Rigam* deducuntur, et in vincula, prout meruerunt, proiiciuntur. Ceteris autem, qui in caſtro erant, propter ſacramentum baptiſmi, quod iam dudum receperant, parcitur, et nihil mali deinceps infertur g). Omnia autem, quæ hactenus in Liuonia glorioſe contigerunt, non in fortitudine multorum, ſed per paucos, Deus ſemper operatus eſt. Vnde pro multiplici victoria benedictus ſit Deus in ſecula. Erat eodem tempore fames et penuria cibariorum in ciuitate magna, et miſit mirabiliter Deus ſacerdotem quendam Epiſcopi, *Danielem*, de *Gotlandia* cum duobus coggonibus h), impletis vſque ad ſummum annona, et ſimilibus, quæ neceſſaria erant. Eundem *Danielem* miſit Epiſcopus cum *dapifero* ſuo, *Geuehardo*, et aliquot baliſtariis et aliis quibuſdam, præoccupare caſtrum prædictum *Holme*, ne deinceps Liuones, *Ruthenos* et paganos conuocantes, opponere ſe valeant Chriſtianis. Seniores autem *Holmenſium* Epiſcopus poſtea ſecum ducit in *Teutoniam*, vt, videntes et audientes ibidem Chriſtianorum conſuetudines, diſcant fieri fideles, qui ſemper fuerunt infideles.

10. POST hæc *Rigenſes*, memores omnium iniuriarum, a *Thoreidenſibus* adhuc paganis ſibi illatarum, et pacis ſæpius interruptæ, conuocant *Semigallos* ſibi in adiutorium, in vltionem inimicorum. Erant autem *Semigalli* inimicitias ſemper habentes contra *Thoreidenſes*, et gauiſi ſunt et cito venerunt, cum *Weſthardo*, principe ſuo, circiter tria millia virorum, in obuiam *Rigenſibus*. Et procedentes ad *Coiwam* i), diuiduntur exercitum ſuum, et tradunt Seniori *Cauponi*, qui Dux erat exercitus, medietatem: (nam ipſe, poſtquam *Roma* rediit, fideliſſimus et conſtans factus eſt, et propter perſequutionem Liuonum in ciuitatem fugerat, et *linguam Germanicam* didicerat, et manſit cum Chriſtianis fere per totum annum illum). Aliam medietatem exercitus dirigunt in partem *Dabrelis* k). Et ibat *Caupo* cum ſuo exercitu verſus caſtrum ſuum, in quo erant cognati et amici ſui adhuc pagani: et videntes exercitum ſubito et ex improuiſo venientem, timore concuſſi, pauci ex eis munitionem ad defen-

g) Moderate vtitur victoria Epiſcopus. Non ſolum vitæ parcit captorum; ſed et, quos iure gentium ſeruos facere poterat *ff. 3. et 4. 3. de iur. perſon.* libertati reſtitutos, mittit in Saxoniam, vt cultiori vitæ adſuefcant. Crudelior Carolus Magnus: crudeliores, qui paullo ante Cruce ſignati ierant in Palæſtinam. Ille enim anno DCCLXXXII. apud *Verdam* quater mille et quingentos Saxones vno in loco vnaque die capite plecti voluit: hi octo millia Turcorum ante mœnia ciuitatis *Acræ* decollare iuſſerunt; referente GODEFRIDO COLON. *ad annum* MCLXXXXI.

h) Hoc vocabulo ſubinde vtitur Noſter pro *nauibus onerariis* deſignandis.

i) Aliis locis *Goiwam* habet, quod *Gowam* ſeu *Auam* præ ſe fert. Intelligit autem fluvium illum, paullo ſupra Rigam in mare influentem, quem in mappis geographicis *Auam* ſeu *Aam* vocari video.

k) Nomen cuiusdam e proceribus, quem promiſcue *Dabrelem* & *Dabrelum* vocat.

1205. defendendum caſtrum aſcendunt. Plures ex eis in poſteriori parte caſtri tranſilientes fugam in ſiluas et montana quærunt. Chriſtiani autem viriliter impugnantes caſtrum, tandem deſuper fortiter aſcendunt, et victis hoſtibus et a munitione repulſis, caſtro recipiuntur, et perſequentes paganos vndique per caſtrum, ex eis fere quinquaginta occidunt; ceteri per fugam euaſerunt. Tollentes itaque res omnes et ſpolia multa, caſtrum incendunt. Videntes autem Liuones, qui erant ex alia parte *Coiwe* in caſtro *Dabrelis* fumum et ignem aſcendentem, et caſtrum ardere *Cauponis*, timentes, ne ſibi et caſtro ſuo ſimilia contingant; colliguntur omnes in caſtrum, et aſcendentes in munitionem, inimicos ſuos exſpectant, et venientibus fortiſſime reſiſtunt. Confortabat enim eos *Dabrelus*, Senior ipſorum, et animabat, quemadmodum Philiſtæi quondam, dicentes: *confortamini, Philiſtini, et pugnate, ne ſeruiatis Hebræis.* Peregrini vero cum *Semigallis* impugnantes caſtrum per totam diem, capere non valuerunt, et quidam ex eis ex alia parte cum paucis aſcendere tentantes, cum ſuis ſociis, a Liuonibus occiſos ibidem penes caſtrum reliquerunt. Videntes autem caſtrum forte et inexpugnabile, diuerterunt ab eo, et ſpoliantes terram, reuerſi ſunt ad ſuos, et apud *Rigam* reſidentes in reditu cum totali exercitu, diuiſerunt ſpolia vniuerſa, quæ attulerant. Epiſcopus autem, gratias agens Deo, remiſit *Semigallos* cum gaudio in terram ſuam.

11. POST hæc Epiſcopus, renouata pace cum Liuonibus, tranſire proponit in *Teutoniam*, et veniens in mare, per totam noctem grauiſſimam paſſus tempeſtatem, ſequenti die repulſus eſt in Dunam. Ipſe autem aliquot quieſcens diebus, inter exitus matutini et veſperi delectatus, quem nec Sol adurit proſperitatis per diem, neque Luna contriſtatur aduerſitatis per noctem, vt a Dei negotio non deſiſtat terra marique, Deo gratias agens, iterum ſe eiſdem committit periculis, quæ nuper euaſerat, et, Deo tranquillitatem donante, pro colligendis peregrinis, qui Eccleſiam defendant, in *Alemanniam* vadit.

12. POST hæc ex Liuonibus quidam, in perfidia ſua durantes, Regi de *Ploſceke* per nuncios ſuos vulnera et damna ſuorum ſignificantes, in auxilium ſibi contra *Teutonicos* venire eum rogant; præſertim cum pauci in *Riga* remanſerint, et multi cum Epiſcopo receſſerint. Qui Rex, acquieſcens conſiliis et vocatione eorum, conuocato exercitu, de omnibus locis regni ſui, nec non et aliorum Regum vicinorum et amicorum ſuorum, *Duna* l) nauigio deſcendit in fortitudine magna. Et applicantes *Vkeskolam*, quidam ex eis grauiter vulnerati ſunt a baliſtariis *Conradi* militis. vnde ſentientes *Teutonicos* in caſtro, deſcenderunt, et caſtrum *Holme* ſubito adeuntes,

l) Ex hoc loco, et alto circa finem huius ſectionis, manifeſtum fit, de *Polocznenſi*; non de *Pleskouienſi* Regulo hic ſermonem eſſe, quia *Dunam* deſcendiſſe et *nauigio* in terram ſuam rediiſſe dicitur. *Polocza* enim ad Dunam ſita eſt; *Pleskouia* non item. Cetera dolendum, vtriuſque loci vocabulum in libro noſtro fere eodem modo ſcriptum eſſe, vt plerumque neſcias, vter ſit intelligendus; ſi aliæ deficiunt circumſcriptiones.

m) Ger-

tes, vndique in circuitu obſederunt. Liuones vero, neſcientes exercitum, quidam in ſiluis effugientes euaſerunt; quidam ad caſtrum cum *Teutonicis* in vnum ſe collegerunt, et clauſo caſtro, baliſtarii munitionem aſcendentes, plurimos vulnerauerunt. *Rutheni* quoque, qui artem baliſtariam ignorant, arcuum conſuetudinem habentes, plures in munitione lædentes, per dies multos pugnauerunt, et maximam ſtruem lignorum comportantes, munitionem incendere laborabant; ſed fruſtrato labore, multi eorum a baliſtariis in lignorum diſpoſitione vulnerati ceciderunt. Miſit itaque Rex nuncios *Thoreidenſibus* et *Letthis* et paganis in circuitu, vt omnes contra *Rigenſes* venirent in expeditionem. Vnde gauiſi *Thoreidenſes* ſtatim conueniunt ad Regem, et venientibus hoc ſolum opus iniungitur, vt ligna comportantes, caſtrum incendant: in qua lignorum comportatione plurima eorum multitudo, vtpote inermium, a ſagitta volante ſubito interfecta eſt. *Letthi* vero non venerunt, nec nuncios miſerunt. Fecerunt etiam *Rutheni* machinam paruam, more *Teutonicorum;* ſed neſcientes artem lapides iactandi, plurimos ex ſuis poſt tergum iactantes læſerunt. *Teutonici* vero cum pauci eſſent, vtpote viginti tantum, timentes tradi a Liuonibus, quorum multi erant cum eis in caſtro, nocte ac die armati in munitione deſuper ſederunt, cuſtodientes arcem tam de amicis intra, quam extra de inimicis. Liuones autem omne conſilium quærebant quotidie cum Rege, qualiter eos dolo tenerent, et traderentur in manus *Ruthenorum.* Et niſi breuiati fuiſſent dies belli, tam *Rigenſes,* quam *Holmenſes,* propter ſuorum paucitatem, vix ſe defendere potuiſſent. Nam in *Riga* erant timores intus, propter ciuitatem nondum firmiter ædificatam; et timores extus, propter ſuorum in *Holme* obſeſſionem. Redierunt etiam quidam Liuones exploratores ad Regem, dicentes, omnem campum et omnes vias circa *Rigam* repletas eſſe ferreis clauiculis tridentibus, oſtendentes quoſdam ex eis Regi, dicentes, quod tam pedes equorum ſuorum, quam latera propria et poſteriora ſua grauiter vndique talibus hamis eſſent perforata. Quo timore Rex perterritus, Rigam cum exercitu ſuo non deſcendit, et liberauit Dominus ſperantes in ſe. Nam *Thoreidenſes,* viſis nauibus in mari, nunciauerunt Regi. At ille poſt vndecim dierum caſtri impugnationem cum nihil proficeret, ſed magis per ſuorum interfectionem deficeret, ſimul et *Teutonicorum* aduentum timeret; ſurrexit cum omni exercitu ſuo, et vulneratis et interfectis ſuis, et reuerſus eſt nauigio in terram ſuam. *Geuehardus* autem, *dapifer* m) Epiſcopi, de paruo vulnere poſtea mortuus eſt. Ceteri autem ſani et incolumes Deum benedicebant, qui ecclе- 1205.

m) Gerhardus, Dapifer Epiſcopi, iam nominatus eſt ſupra *n. 9.* Ita autem latine effertur, quem documenta teutonica *Drotzet,* hodie *Droſt* vocant. Intelligitur autem Præpoſitus nonnullorum minorum præfectorum, qui pro Principe curet ſubiectos in iure dicundo et in metatis, immo et in educendo ad bellum, ſi opus, quoad milite mercenario carebant Principes. Tali viro vtebatur Albertus Epiſcopus ad regendam familiam, et habitatores partis Liuoniæ, quam occupauerat.

1205. eccleſiam ſuam in manu paucorum etiam hac vice defendit ab inimicis.

13. EODEM tempore *Rex Danorum* cum exercitu magno, quem iam tribus annis collegerat, reſedit in *Oſilia:* ſimul et *Archiepiſcopus Lundenſis*, *Andreas*, qui in remiſſionem peccatorum infinitam multitudinem ſigno crucis ſignauerat ad faciendam vindictam in nationibus, et ad ſubiugandas gentes fidei Chriſtianæ. Aedificato autem caſtro, cum non inuenirentur, qui contra inſultus paganorum ibidem manere auderent, incenſo eo caſtro, Rex cum omni exercitu rediit in terram ſuam n). *Archiepiſcopus* vero *Lundenſis* o) prædictus et Epiſcopus *Nicolaus* p) cum duabus nauibus, cibariis onuſtis, et omnis familia ipſorum, *Rigam* diuertunt. Et *Rigam* venientes a Præpoſito beatæ Mariæ, *Engelberto* q), et omni conuentu ſuo deuotiſſime ſuſcipiuntur. Et audita tanta Eccleſiæ tribulatione et eiuſdem iterum a Deo liberatione, congratulantur et congaudent, benedicentes, eo quod in medio gentium in tanta paucitate virorum ſuam ſemper conſeruat Eccleſiam. Poſt hæc *Archiepiſcopus*, conuocando omnem clerum, doctrinam proponit *Theo-*

n) Oſilia quia Eſtoniæ accenſebatur, ſcriptores Danici hanc expeditionem *Eſtonicam* vocare ſolent. CHRONICON SIALANDICVM *ad annum* MCCVI. de ea ita loquitur, ac ſi Regis Woldemari in ea nullæ partes fuiſſent. *Andreas*, inquit, *Archiepiſcopus cum Germanis fratribus ſuis duxit exercitum in Eſtland.* PONTANVS *hiſtor. Dan. lib. 6. p. 298.* naualem expeditionem in *Eſtlandos* vocat, nominatque fratres Archiepiſcopi *Sunonem*, *Ebbonem* et *Laurentium*. In *Sunone* fallitur: quod nomen patri fuit. Subſtituendus autem frater *Iacobus* et *Petrus*, Abſolonis in Epiſcopatu Rotſchildenſi ſucceſſor. Triga fratrum, *Iacobus* ſcilicet, *Ebbo* et *Laurentius*, paullo poſt cecidere prælio, ad Lænam anno MCCVIII. cum Suecis habito. Qua de re VPSALIENSIS *lib. 3. p. 103.* IO. MESSENIVS *Analect. t. 2. p. 111.* MATTHIAE *Chron. Epiſcop. Lundenſ. p. 58.* ERICVS, ſeu quisquis auctor eſt, *hiſtoriæ gentis Danorum* apud LINDENBROG. *p. 272.* exercitum in *Reualiam* ductum tradit: perperam. Etenim in *continentem* Eſtoniæ Danorum exercitus traiectus eſt demum anno MCCXVIII. vti ipſe habet Ericus, et Noſter pluribus narrabit ad iſtum annum.

o) *Andreas*, Sunonis *de Knardrup* filius, Sialandicus, poſtquam in exteris regnis, per Britanniam nimirum, Galliam et Italiam diu bonis literis operam nauaſſet, domum redux, fit Canuti Regis iunioris Scribarum princeps ſeu Cancellarius, et poſt fata famoſi illius *Abſalonis* anno MCCI. *Lundenſis Archiepiſcopus*, *Sueciæ Primas* et *Apoſtolicæ ſedis per Septemtrionem Legatus perpetuus.* Iuſtis laudibus eum, tamquam virum non minus pium, quam eruditum, celebrant coæui, SAXO GRAMMATICVS, qui Hiſtoriam ſuam Danicam ei inſcripſit, & ARNOLDVS LVBEC. *lib. 4. c. 8.* Nec prætereundum IO. MESSENII de eo teſtimonium. Is *Scondiæ Illuſtr. t. 2. p. 29. Andreas*, inquit, *præter aliarum cognitionem artium liberalium inſignis poëta fuit: vt non obſcuro ſunt nobis argumento volumina duo, quæ heroico conſcripſit metro* de præcipuis fidei Chriſtianæ articulis & de ſeptem Eccleſiæ ſacramentis, *hodieque viſuntur Lundiæ Scanorum.* CHRONICON SIALANDICVM *ad annum* MCCXXVIII. *p. 60.* his metricis ſcriptis addit poëma, quod *Hexameron* inſcriptum, & *Sequentias Virginis gloriosæ.* Iter eius in Liuoniam veteres ſilentio obliterarunt. Solus Biographus MATTHIAS *l. c. p. 60.* ita ſcribit: *Anno Domini* MCCVII. *in Liuoniam mittitur Andreas Archiepiſcopus a Rege Waldemaro cum magna militum manu, ad eam ſubiugandam, vt ſerio fidem Chriſti ſuſcipiat.* Longe aliis armis eum inſtructum veniſſe, & vſum eſſe, oſtendunt, quæ ſequuntur.

p) Nicolaus ille, Waldemaro, Regii ſanguinis Principi, Epiſcopo Sleſuicenſi, qui, quod regnum affectaſſet, in carcerem detruſus fuit, ſurrogatus, anno MCCII. ab Andrea Lundenſi Archiepiſcopo Sleſwicenſi infula exornatus eſt, CHRON. SLESVIC. apud Dn. MENCK. *Scriptor. t. 3. p. 588. 589.* CYPRAEVS *Annal. Sleſuic. lib. 2. c. 3.* collegit varias ad munus ſacerdotale & ad religionem ſpectantes quæſtiones, ab hoc Nicolao ad Romanum Pontificem delatas, cum deciſionibus INNOCENTII PP. III. de quibus agit *lib. 16. ep. 26.* PONTANVS *rer. Dan. lib. 6. p. 301. 302.* oſtendit, eum *Reliquiarum Sleſuicenſium collectorem* fuiſſe.

q) Fratre Alberti Epiſcopi, vt vidimus.

r) SAXO

Theologicam r), et legendo in Pſalterio totam hyemem in diuina contemplatione deducuntur. Et merito poſt bella doctrina ſequitur *Theologica*, cum eodem tempore, poſt bella omnia prædicta, conuerſa et baptizata ſit tota Liuonia. Nam poſt diſceſſum Regis *Ruthenorum* cum exercitu ſuo, inuaſit timor Dei Liuones per vniverſam Liuoniam, et mittentes nuncios *Rigam*, tam *Thoreidenſes*, quam *Dunenſes*, rogant ea, quæ pacis ſunt. Proponuntur itaque *Thoreidenſibus* omnia mala, quæ intra pacem ſæpe fecerant, pace interrupta. Nam multis occiſis, *Cauponi*, qui, relictis eis, cum Chriſtianis ſemper pugnabat, multa mala intulerant, bona eiuſdem omnia incendio vaſtauerant; agros abſtulerant; arbores apum confregerant; inſuper multa iniuſta bella contra *Rigenſes* ſæpenumero mouerant. vnde pax eis denegatur: et merito; quia filii pacis eſſe neſcientes, pacem omni tempore diſturbabant. At illi magis inſtantes rogant baptizari; ſacerdotes recipere, et eis per omnia obedire, promittunt. *Lenewardenſes* etiam pro reconciliatione Domino *Danieli*, qui idem caſtrum iam dudum in beneficio acceperat, quolibet anno de aratro dimidium talentum ſiliginis promittunt: quod hactenus in hodiernum diem, aucta tamen menſura, perſolverunt. 1205.

14. PRAEPOSITVS itaque *Rigenſis*, iuxta verbum Archiepiſcopi, acceptis obſidibus meliorum pueris de tota Liuonia, ſacerdotes mittit ad prædicationem. Quorum primus *Alobrandus* in *Thoreidam* proficiſcens, verbum prædicationis et baptiſmi ſacramentum miniſtrat, et parochias diſtinguens, in *Cubbeſele* Eccleſiam ædificat. *Alexander* ſacerdos in *Merſepole* dirigitur, qui, baptizata prouincia illa tota, cum eis ibidem habitare, et ſemen Euangelii ſeminare, et Eccleſiam incipit ædificare. *Daniel* ſacerdos, qui in caſtro *Holmenſi* obſidione quodammodo examinatus fuerat, *Lenewardenſibus* mittitur; quem illi benigne ſuſcipientes, baptizantur ab eo. Cumque in villam, quæ dicitur *Sydegunde*, procederet, ſtatim populum ad audiendum verbum Dei conuocat. Veniens autem Liuo quidam de latibulis ſiluarum nocte, viſionemque ſuam referens, dicit ei:

r) SAXO in dedicatione Hiſtoriæ ſuæ Archiepiſcopum ita alloquitur: *Tu poſt diutinam peregrinationem ſplendidiſſimum externæ ſibolæ regimen apprehendiſti, tantumque eius columen euaſiſti, vt potius Magiſterio ornamentum dare, quam ab ipſo recipere videreris.* Quæ verba Stephanius de illo Magiſtratu academico intelligenda putat, qui nonnumquam externis etiam hominibus, præſertim qui genere, literis, ingenioque eniteant, deferri ſoler. Velleius autem de *profeſſione publica* interpretatur. Mihi, ARNOLDVM LVBECENSEM *lib. 3. c. 5. n. 2.* in partes vocanti, Saxo innuere videtur, Andream apud exteros, ni fallor, Pariſienſes, Magiſterium in Theologia vel in Iurisprudentia aſſecutum, publice e cathedra docuiſſe, vt non tam diceretur, quam eſſet *Magiſter*. Quod inſtitutum, occaſione ſic ferente, per hanc hyemem *Rigæ* proſecutus eſt in corona omnis generis et variarum nationum clericorum et ſacerdotum, verbi diuini præconum, qui ad conuertendos ad fidem Chriſtianam Liuones eo confluxerant, atque ex inſtitutione Viri, non literati ſolum et pii, ſed et multo rerum vſu ſubacti, ad officium rite obeundum proficere poterant. *Geſta* INNOCENTII III. *§. 127.* ſi audis, Andreas cum poteſtate legati Sedis Apoſtolicæ Rigæ fuit, et poſt reditum ad Pontificem retulit, *quod tota Liuonia erat ad fidem Chriſti conuerſa, nullusque in ea remanſerat, qui non recepiſſet ſacramentum baptiſmatis, vicinis gentibus ad hoc ipſum ex magna parte paratis.* Refert hæc RAYNALDVS *ad annum* MCCVII. *n. 4.* Quæ vera non ſunt, niſi de *Riga* accipiantur. Serius enim tota Liuonia baptizata eſt.

1205. ei: *vidi*, inquit, *Deum Liuonum, qui nobis futura prædixit. Erat enim imago excrescens ex arbore* s) *a pectore ad sursum vsque, et dixit mihi, Letthonum exercitum cras venturum, et timore illius exercitus conuenire non audemus.* Sacerdos autem intelligens, Dæmonis hanc esse illusionem, eo quod via illo autumnali tempore non esset, per quam *Letthones* venire possent, in orationibus suis existens, Deo se commendabat. Mane facto cum huiusmodi nihil audirent et perciperent, quod fantasma Liuoni prædixerat, colliguntur omnes in vnum: quibus sacerdos idololatriam detestatur; huiusmodi fantasmata dæmonum illusionem affirmat: tandem vnum Deum, Creatorem omnium, vnam fidem, vnum baptisma esse prædicat, et his et similibus ad culturam vnius Dei eos inuitat. His auditis, Diabolo et eius operibus abrenunciant, et in Deum credere se promittunt, et baptizantur, quotquot prædestinati erant a Deo. Baptizatis etiam *Remineńsibus*, procedit ad *Ascheradenses*, quibus recipientibus verbum Dei cum gaudio, et celebratis ibidem sacramentis baptismi, reuersus est *Thoreidam*, et veniens ad clastrum *Dabrelis*, benigne receptus est ab eis. Et, seminato ibidem verbi Dei semine, conuertit et baptizauit eos, et relicta prouincia illa, processit ad *Wendos*. *Wendi* autem humiles erant eo tempore et pauperes, vtpote a *Wyndo* repulsi, qui est fluuius *Curoniæ*, et habitantes in *monte antiquo*, iuxta quem *Riga* ciuitas nunc est ædificata, et inde iterum a *Curonibus* effugati, pluresque occisi, reliqui fugerunt ad *Letthones* t), et ibi habitantes cum eis, gauisi sunt de aduentu sacerdotis: quibus conuersis et baptizatis, vineam iam plantatam et agrum seminatum Domino committens sacerdos, *Rigam* rediit.

15. POSTEA autem ad *Ydumæos* missus, quam plures ibi et Letthos et Ydumeos baptizans, Ecclesiam super *Ropam* ædificauit, et manendo cum eis, vitam æternam eis commonstrauit. *Thoreidenses* vero, receptis sacri baptismatis mysteriis, cum omni iure spirituali, rogant sacerdotem suum *Alobrandum*, vt, sicut in iure spirituali, sic et eos expediat in ciuilibus causis, quod nos dicimus *in iure seculari*, secundum *iura Imperatorum Christianorum* u). Gens enim

s) V. *Gesta* BERTOLDI *n. 8.*

t) Legendum *Lettos* vel *Lettigallos:* quod situs Wendensis vrbis docet. Ceterum memorabilis est hæc Wendorum immigratio in *Lettiam*, quæ minus fauere videtur opinantibus *Venedos* Wendensi vrbi nomen dedisse: nisi *Windauiam* Curonum et ipsam *Venedis* nomen debere existimes. Longius aberrant, qui *Wendam* a primo Ordinis Magistro, *Vinnone*, conditam et cognominatam tradunt.

u) Numquid hæc intelligenda de *Iure Cæsareo Romano?* an potius de *Iure Cæsareo Germanico?* Numquid hæc suggestio a Lundensi Archiepiscopo profecta, qui quæ Parisiis dirimendis litibus ciuilibus vtilia didicerat, Liuonis, in nouam rempublicam coalituris, commendanda duxerit? ARNOLDVS sane LVBECENSIS *lib. 3. c. 5. n. 2.* testatur, *Danos* suo tempore *Parisiis* factos esse *bonos Decretistas* siue *Legistas*. Et IO. MESSENIVS *Succ. Sanct. lib. 2. c. 21.* diserte ait, Andream *in Doctorem Vtriusque Iuris magna cum laude fuisse sublimatum.* Waldemarus II. Danorum Rex *Legislator* cognominatus est, quia primus Leges in scriptum redigi iussit, collectas a diuersis, maxime Episcopis. SAXO *Continuatus* ap. BENZEL. *monument. Succ. p. 147.* *Hic Woldemarus inter cetera notabilia facta sua edidit Leges Danorum.* LYSCHANDER *genealog. Dan. p. 226.* IO. SVANING. *chronolog. Dan. p. 81.* PONTAN. *rer. Dan. l. 6. p. 321.* Hos autem non Pontificii solum, sed et *Cæsarei Iuris* peritissimos fuisse, satis argumento & indicio est, quod *multa capita Legum de verbo ad verbum in illum Codicem translata esse constat.* *Ita* CHRON. SLESVIC.

enim Liuonum quondam erat perfidiſſima, et vnuſquiſque proximo ſuo, dummodo erat fortior, quod habebat, auferebat vi: et ideo 1205.

in

SLESVIC. *l. c. p. 591.* CYPRAEVS *Annal. Sleſuic. l. 2. c. 5. p. 245.* Dn. ARPE *Themis Cimbrica p. 112. ſeq.* Nimius ardor, quo tunc Magiſtri Pariſienſes in *Legem Mundanam* ferebantur, movit Honorium PP. III. vt anno MCCXX. in Galliam reſcriberet, quæ leguntur *C. 28. X. de priuileg. Licet ſancta Eccleſia Legum Secularium non reſpuat ſamulatum, quæ æquitatis et iuſtitiæ veſtigia imitantur; quia tamen in Francia et nonnullis prouinciis Laici Romanorum Imperatorum Legibus non vtuntur, et occurrunt raro eccleſiaſticæ cauſæ tales, quæ non poſſint ſtatutis canonicis expediri: vt plenius ſacræ paginæ inſiſtatur — firmiter interdicimus et diſtrictius inhibemus, ne Pariſiis, vel ciuitatibus ſeu aliis locis vicinis, quisquam docere vel audire Ius Ciuile præſumat* etc. Paruere ſtatim Ciſtercienſes, et in armariis ſuis Iuris Ciuilis Codices ſeparărunt a libris Iuris Canonici. Nam inſtitutionum hoc tempore collectarum *Diſtinct. I. cap. XI.* ita ſcriptum: *Libri Iuris Ciuilis et Canonici in armario communi minime reſideant* etc. SPONDANVS *ad annum* MCCXXIII. *n. 4.* inde colligit, Ius Canonicum citius prælegi cœpiſſe in ſcholis Galliæ, quam Ius Ciuile. Sed et hoc inde colligi poteſt, iuris Ciuilis ſtudium circa hæc tempora vſque eo efloruiſſe, vt Pontifex inde metueret diſpendium Canonum. De ſcholæ Pariſienſis conſtitutione inſignis locus eſt in CHRONICO ALBERICI *ad annum* MCCIX. *p. 451. In ea nobiliſſima ciuitate non modo de trivio et quadriuio; verum etiam de quæſtionibus Iuris Canonici et Ciuilis et de ea facultate, quæ de ſanandis corporibus et ſanitatibus conſeruandis præcipit, plena et perfecta inueniebatur doctrina: frequentiori tamen deſiderio Scholaſtici ſacram paginam et quæſtiones Theologicas docebantur.* Habes hic *quatuor*, quas vocant, *Facultates*, et in primis *Iuris Ciuilis* æque ac *Canonici* diſciplinam. Neque Pontificis prohibitione quidquam in Academiis effectum eſt. Præterquam enim, quod nitimur in vetitum, ipſi Pontifices, in *Decretalibus* ſuis ſubinde *Ius Ciuile* corrigentes, clericis ſitim inſtillabant ſeu potius neceſſitatem imponebant cognoſcendi *Ius correctum*. Germanos ſane noſtros iam ſeculo ſuperiori libros *Iuris Cæſarei Romani* ſibi familiares feciſſe, multa ſe produnt indicia: quorum aliqua colligere iuuat. Conradus II. cum anno MCXXXXV. Magdeburgi donationem Hartwici confirmat apud LINDENBROG. *Scriptor. Septemtr. p. 155.* adiecta clauſula commiſſoria, ita pergit: *Conditionem in omni contractu valere, ſacra Imperialia ſcripta indubitati iuris eſſe teſtantur.* Fridericus I. apud HVND. *metropol. t. 2. p. 113.* confirmat anno MCLXVI. concambium, addito: *Qui auctore prætore poſſidet, iuſte poſſidet.* Henricus Leo in diplomate, CHRONICO REICHERSPERGENSI *ad annum* MCLXII. inſerto, ait: *Eccleſia in emendatione damnorum non quærit, niſi ſimplum ſibi reſtitui, quod tamen* Leges imperiales *in* duplum *vel amplius iubent reddi.* Idem anno MCLXX. in fundatione Eccleſiæ Sucrinenſis apud LINDENBROG. *p. 165.* ait: *Tres Epiſcopatus conſtruximus — Prærogatiuam quoque totius eccleſiaſticæ libertatis, iuxta formam ſanctorum Canonum et* Leges Imperatorum — *noſtro edicto firmauimus.* Circa eadem tempora REINHVSENSIS ABBAS *Scriptor. Brunſuic. t. 1. p. 704.* ait: *Hildesheimenſes fratres donationem fruſtra nituntur reuocare, quia Reinebuſenſis eccleſia hoc ante meum introitum* viginti annis, *et* totidem *ex tunc*, ſine interruptione, iuſto titulo & bona fide *quiete poſſedit.* Apud PEZ. *Cod. diplom. part. 2. p. 26. ad annum* MCLXX. ita reſcriptum: *Videntur a vobis iniuſte grauari, qui dicunt, mancipium quoddam, quod Eccleſia vſque ad hæc tempora in ſua iuriſdictione* bona fide, certo titulo et quieta poſſeſſione *tenuit, vos iniuſte occupaſſe.* Ibidem *part. 1. p. 309.* Innocentius PP. II. ad annum MCXXX. appellationes ad Sedem Apoſtolicam defendens, ait: *Iuxta* Imperiales ſanctiones, *ſi iudices ordinarii prouocationes eſtimauerint reſpuendas, triginta pondo auri multantur.* Vt non dicam de Teſtamentis iam cognitis, quia eis fauent *Decreta:* ad quæ prouocat Adelogus, Epiſcopus Hildenſemenſis, ad annum MCLXXIX. *Teſtamenta quoque*, inquiens, *Fratrum noſtrorum, quæ fecerint, vel quæ eis ex aliorum Teſtamentis legata fuerint, ex auctoritatibus Decretorum confirmamus* etc. Henricus, fundator Canoniæ Stendalienſis, apud BECMAN. *Notit. Vniuerſ. Francofurt. auctar. p. 29.* ad annum MCLXXXXII. cum Canonicis teſtamenti factionem permiſiſſet, addit: *Si vero ab inteſtato, quod abſit, aliquem decedere contigerit, ea, quæ teſtamentum condenti liberaliter concedimus — conuentui pro defuncto promouenda committimus.* Auctor CHRON. MONTIS SERENI *ad annum* MCCV. hoc tempore *Appellationis* et verborum Decretalium vſum, auctore Tiderico Præpoſito, ibi inualuiſſe tradit: qui vſus apud CAESARIVM DE HEISTERBACH *lib. XI. c. 40.* ſatyræ locum fecit in loquaces *Decretiſtas* & *Legiſtas:* quorum cum nonnulli eodem anno cum quibusdam Nobilibus morerentur; Canonicus quidam dixit: *Recte faciunt Nobiles iſti, quod morientes ſecum ducunt Aduocatos iſtos: erunt enim eis neceſſarii.* Denique ſubiicit: *In illo diuino examine — nullus Aduocatorum, neque pro ſe, neque pro aliis, aſſignare poterit aliqua falſa loca ex* Legibus *ſiue* Decretis. Ita CAESARIVS *lib. 6. c. 28.* Quæ omnia eo pertinent, vt conſtet, *Ius Cæſareum Romanum* hoc tempore nec Germanis, nec Danis, incognitum fuiſſe, atque Epiſcopos eos, qui Waldemaro Regi auctores fuerunt cinni cuiusdam

1205. in baptiſmo huiuſmodi prohibita ſunt, violentia, furta, rapinæ, et his ſimilia. Qui autem ante baptiſmum ſpoliati fuerant, dolentes de rerum ſuarum paratarum amiſſione, eo quod ſua recipere per violentiam poſt baptiſmum non auderent w), *iudicem ſecularem* pro rebus huiuſmodi terminandis petebant. Vnde *Alabrando* ſacerdoti tam de *ſpiritualibus* cauſis, quam de *ciuilibus* audiendis, primitus iniunctum eſt. At ille iniunctum ſibi officium tam propter Deum, quam pro peccatis ſuis, fideliter adminiſtrans, furta et rapinas cohercendo, iniuſte ablata reſtituendo, Liuonibus viam iuſte viuendi demonſtrauit. Placuit autem Liuonibus iſta Chriſtianorum conſuetudo primo anno, eo quod per fideles et iuſtos viros huiusmodi *Aduocatiæ* adminiſtraretur officium: quod poſtea per manus diuerſorum iudicum ſecularium *laicorum* propter turpem auri cupidinem, per vniuerſam *Liuoniam*, *Lettigalliam*, et *Eſtoniam* nimis eſt deprauatum: qui tam pro burſæ ſuæ impletione, quam iniuſtitiæ intuitu huiusmodi *Aduocatiæ* officium exercuerunt.

16. EADEM hyeme facta eſt Ecclipſis Solis, per magnam horam diei horrende obſcurati x).

17. EPISCOPVS autem *Albertus* primus circuiuit in *Teutonia* per omnes vicos et plateas et Eccleſias, quærendo peregrinantes milites. Et perluſtrata *Saxonia*, *Weſtphalia*, *Friſia*, tandem ad curiam *Regis Philippi* peruenit, et cum ad nullum Regem auxilii haberet reſpectum, ad *Imperium* ſe conuertit, et *Imperium* ſalutat, ac ab eo ex communi Imperatoris et Statuum ſuffragio Liuoniam recipit y). Rex vero antedictus *Philippus* quolibet anno ſibi in auxilium dari centum marcas argenti promiſit z), ſi promiſſis quispiam diues eſſe poterat.

ALBERTI

dam ex iure *patrio*, *ciuili* et *canonico* compilandi, ſimile quid in Liuonia tentare potuiſſe. Vt tamen dicam, quod ſentio, Andream Lundenſem Archiepiſcopum, tamquam hoſpitem, rebus ſecularibus et adminiſtrationi terræ alienæ ſemet ingeſſiſſe, non puto; ſed eam intemeratam permiſiſſe Gerhardo Dapifero, cui ab Alberto Epiſcopo commendata fuerat, iudico. Maiorem ſpeciem veri habet, nouos hos Liuoniæ inquilinos, qui fere omnes vel Magdeburgenſes, vel Brunſuicenſes et Luneburgenſes, vel Schauenburgenſes, Bremenſes, Weſtphali et Holſati, verbo *Saxones*, fuerant, *iura patria* non ſcripta, quorum veſtigia quæpiam occurrunt *ad annum* MCCXI. *n. 6.* in Liuoniam intuliſſe. Quæ cum Scabini Magdeburgenſes a Carolo Magno atque ab Ottonibus Imperatoribus ad *Saxones* perueniſſe creparent; ex vulgi perſuaſione, quam Compilator Speculi Saxonici paullo poſt ſcriptis propagauit, *Iura Imperatorum Chriſtianorum* appellari potuerunt. Ius enim illud *Cæſareum Germanicum*, quod ſub nomine *Keiſer-Recht* circumfertur adhuc inditum, licet eius vſus aliqua in his terris, maxime *Luneburgi* et *Hildesheimii*, veſtigia deprehendam, multo tamen recentior partus eſt, et ætatem Caroli IV. Imperatoris mihi quidem ſuperare non videtur. Cuius ſuſpicionis cauſas, alio forſan loco aperiendas, huc transferre ſuperſedeo. *Ius* autem *Cæſareum ſcriptum*, *der Kayſer geſchrieben Recht*, quod Henricus VII. in diplomate proſcriptionis interfectorum Cæſaris Alberti I. anno MCCCIX. Spiræ dato, ſe ſecutum profitetur, *Ius Ciuile Romanum* fuiſſe, contenta docent.

w) En! candorem horum hominum.

x) GODEFRIDVS COLON. *ad ann.* MCCVI. *Ecclipſis Solis facta eſt II. Cal. Martii, hora diei decima. Plurimi humanum caput in Sole ſe vidiſſe teſtantur.*

y) Rex Otto tum aberat. Namque *de Colonia exiens, Brunſwich venit, ibique rebus ſuis ordinatis, per mare nauigio Angliam intrauit, vbi a Rege auunculo, et cunctis eius Baronibus cum magno honore ſuſcipitur, et per aliquod tempus detinetur.* Idem GODEFRIDVS *l. c.* Ceterum de Iure Imperii in Liuoniam affectato alius locus eſt ſub anno ſequenti *n. 3.*

z) Excidere verba: *quod diuitem feciſſet;* vel his æquipollentia.

a) Forte

ALBERTI EPISCOPI ANNVS IX. 1206.
CHRISTI MCCVI - MCCVII.

1. *Lundenſi Archiepiſcopo in Gotlandiam regreſſo, Rigam redit Albertus Epiſcopus.*
2. *Cui Regulus Kokenhuſanus dimidium caſtrum ſuum offert.*
3. *Epiſcopus Fratribus Militiæ Chriſti tertiam partem cedit Liuoniæ acquiſitæ; non acquirendæ.*
4. *Exemplum mali Iudicis in Thoreida.*
5. *Lettones, Thoreidam inuadentes, ſpoliantur.*
6. *Chriſtiani expugnant caſtrum Selonum.*
7. *Vngannenſes adducuntur ad fidem.*
8. *Bannerouius, capto Veſceca, Kokenhuſam per inſidias capit; iuſſu Epiſcopi mox reſtituitam; ſed Chriſtiano præſidio munitam.*
9. *Veſceca, occiſis dolo præfidiariis, formidine pœnæ, combuſta Kokenhuſa, fugit in Moſcouiam.*

1. ANNO nono pontificatus, baptizata vniuerſa Liuonia, ſiluit Eccleſia, pacis gaudet quiete, ſui expectans adventum Antiſtitis. *Archiepiſcopus* vero *Lundenſis* et *Cancellarius* cum omnibus ſuis, ad reditum ſe præparantes, *Gotlandiam* in Dominica palmarum attingunt, et in terra ſua ſacroſanctam paſchæ celebrant ſolemnitatem. *Rigenſis* vero Antiſtes in Pentecoſte *Rigam* veniens, cum gaudio ab omnibus ſuſcipitur: cum quo venit *Comes* de *Peremunt*, *Gotſchalcus*, et *Comes* alius a), et alii quam plures peregrini, nobiles & honeſti viri, qui pace Eccleſiæ gaudentes, murum ciuitatis in tantum exaltaverunt, vt deinceps paganorum non timeretur inſultus.

2. AVDIENS autem Regulus *Veſceka* de *Kukonoys* Epiſcopi et peregrinorum aduentum, ſurrexit cum viris ſuis, et abiit in occurſum eorum, et veniens *Rigam*, ab omnibus eſt honorifice ſuſceptus. Peractis itaque in domo Epiſcopi diebus pluribus, cum magno charitatis affectu, tandem auxilium Epiſcopi contra inſultus petit *Letthonum*, offerens ſibi terræ et caſtri ſui medietatem b). Quo accepto, Epiſcopus muneribus multis Regulum honorans, et in viris et in armis opem promittens, cum gaudio remiſit ad propria. Poſt hæc Epiſcopus, de conuerſatione et baptiſmo Liuonum gauiſus, ſacerdotes mittit ad omnes, et in *Thoreidam* et *Metſepole* et *Ydumeam* et iuxta *Dunam*, et conſtructis Eccleſiis locantur ſacerdotes in parochiis ſuis.

3. FACTVM eſt autem eodem tempore, vt augeret Dominus de die in diem numerum et familiam *Fratrum Militiæ*, quibus viſum eſt, vt, ſicut accreſceret eis in perſonis et labore, ſic accreſcere deberet et in rebus et in bonis, vt, qui in bellis et aliis laboribus continuis portabant pondus diei et æſtus, ſimul et reciperent conſolationem laboris ſui, denarium diurnum. Petebant ergo a Domino Epi-

a) Forte *Meinardus Comes de Sladem*, e diœceſi Hildenſemenſi, qui occurrit *ad annum* MCCIX. *n. 5.*

b) CHYTRAEVS *Saxon. l. 1. p. 18. ad b. a.* ſcribit. *Anno* MCCVI. *Vieſcus, Ruſſorum Dux, Cocenbuſæ ſedem habens, Alberti opem aduerſus Lithuanos implorans, dimidiam arcis et ditionis ſuæ partem pignoris loco poſſidendam Epiſcopo tradidit.* Quæ ſequuntur *n. 8.* oſtendunt, non *pignoris* loco, ſed in *feudum* oblatam fuiſſe dimidiam caſtri *Kokenhuſani* partem.

c) Con-

1206. Episcopo instantia quotidiana tertiam partem totius Liuoniæ, nec non et aliarum terrarum vel gentium in circuitu, nondum conuersarum, quas per eos Dominus simul cum aliis *Rigensibus* in posterum fidei subiiceret Christianæ, vt, sicut maioribus sollicitarentur expensis, sic pluribus gauderent reditibus. Episcopus autem tales viros, qui se murum pro domo domini die ac nocte ponerent, more patris fouere, et eorum numerum multiplicare desiderans, laboribus et expensis eorum respondere volens, *tertiam partem Liuoniæ* saluam eis concessit. Et quia ipse Liuoniam *cum omni dominio et iure* ab Imperatore receperat, eis suam tertiam partem *cum omni iure et dominio* reliquit. De terris vero nondum acquisitis et conversis, sicut nec dare potuit, quod non habuit; sic rationabiliter contradixit. Illis autem instantibus, precibus opportunis et importunis, tandem perlatum est postea ad aures summi Pontificis Romani. Qui simili sententia terras nondum acquisitas Deo committens, de acquisitis tertiam partem eis ascripsit. Relicta etiam Episcopo Liuonienſi quarta parte decimarum in partibus ipsorum ad obedientiæ recognitionem c). Rogatu itaque Episcopi *Fratres Militiæ*, diuidentes Liuoniam in tres partes, ipsi, tamquam patri et Seniori, primam concedunt electionem. Vnde cum ipse dominus Episcopus partem *Cauponis, Thoreidenſem* tractum, primo assumeret; ipsi Fratres ex altera parte *Goiwe Saccalaniam* partem sibi eligentes, tertiam partem in *Metsepole* Episcopo etiam relinquunt. De prouinciis autem siue prædiis aliis per omnia recompensationem in aliis postea receperunt. Diuisa taliter Liuonia, Episcopus sacerdotes in partes suas mittens, *Fratribus Militiæ* partes suas procurandas etiam posthæc integras reliquit.

4. MISSVS est etiam eo anno *Gotfridus*, quidam peregrinantium miles, in *Thoreidam*, ad procurandum officium *Aduocatiæ* in iure seculari. Qui circumeundo parochias, causas et lites hominum determinans, pecuniam et munera collegit plurima, et modicum afferens Episcopo, sibi plura retinuit. Vnde indignantes quidam alii peregrini, confracta cista ipsius, decem et nouem marcas argenti de bonis furtiue collectis inuenerunt; exceptis aliis plurimis, iam ab eo dispersis. Et quia inique egerat, peruertendo iudicium, et pauperes opprimendo, et iniquos iustificando, et neophytos corrodendo; iusto Dei iudicio factum est, vt ad terrorem aliorum talem incurreret pudorem, et, sicut nobis relatum est, morte pessima mortuus est.

5. POST hoc recordati *Letthones* omnium occisorum suorum a *Rigensibus* et *Semigallis* ante duos annos, miserunt per totam Liuoniam, colligentes exercitum magnum, et transeuntes *Dunam* per totam noctem in vigilia natiuitatis Domini veniunt in *Thoreidam*, et summo mane, transita *Goiwa*, disperguntur per omnes villas, et venientes d) terram nullis rumoribus præmunitam, multos occi-

c) Confirmatio Pontificis secuta est demum *anno* MCCX. quam videbimus suo loco.
d) Leg. *inuenientes.*

e) *Strickius*

occidunt; plures captiuando deducunt. Erant autem in ipso die 1206.
Natiuitatis Domini duo sacerdotes in Ecclesia *Cubbesel* diuinum Livonibus celebrantes officium, *Iohannes* videlicet *Strickius* e) et *Theodoricus Rabbius* cum seruo suo. Cumque finita missa prima, *Iohannes* aliam iam celebraret; parochiani, venientem audientes exercitum, fugerunt de Ecclesia, et quidam syluarum latibulis se committentes euaserunt; quidam ad propria festinantes in via captiuati; quam plures sunt occisi. Dumque, iam finita *Sequentia,* legitur Euangelium; Letthones velocitate equorum deferuntur hac et illac circa Ecclesiam, et, Deo suam conseruante Ecclesiam, non intrant, sed, ad domum sacerdotis festinantes, equos et pecora rapiunt, vestes et cibaria et omnia, quæ inueniunt, vehiculis imponunt. Et cum spoliantes in curia, tantam facerent moram, sacerdos interim in Ecclesia Dominici corporis et sanguinis sacrosancta conficiens mysteria, et se ipsum sacrificium Deo offerre iam non dubitans, domino se commendabat. Cui *Theodoricus* sacerdos ministrando; seruus hostium f) seruando, fideliter astabat, confortantes eum, ne propter paganorum timorem diuinum negligeret officium. Finita autem per Dei gratiam missa, tollentes vestimenta altaris, et indumenta omnia componentes in angulum sanctuarii deponunt, et confidentes simul in ipso angulo se abscondunt. His autem vix completis, ecce! inimicorum quidam veniens in Ecclesiam discurrit circumquaque, et pene vsque ad sanctuarium, et nudum videns altare ac vacuum, nihilque quod suum esset ibi videns, inquit: *Ba!* vsitatum istius barbaricæ gentis prouerbium, et exiuit ad suos. Raptis itaque omnibus, quæ inuenerunt, recedunt *Letthones* per viam suam, et vix illi curiam exierant, et ecce! alia turba ipsorum, plures prioribus, venientes, et domum dispoliatam inuenientes, post alios festinant, quorum vnus Ecclesiam intrans, et ab equo suo non descendens, nihilque ad rapiendum inueniens, illosque in angulo latitantes non conspiciens iterum festinanter recessit. Veniente iterum tertia *Letthonum* acie, vnus ex ipsis, in vehiculo suo sedens, Ecclesiam peruagando, sacerdotes non videt. Illi autem Deo gratias referentes, eo quod ipsos sanos et incolumes ante faciem paganorum conseruauerat, post discessum ipsorum circa vesperam ab Ecclesia egressi, ad syluas fugiunt, et triduo in eis panem comedentes; quarto die *Rigam* veniunt. *Letthones* vero, spoliata tota prouincia in circuitu nocte colliguntur in vnum in villa *Annonis* g), summo mane exeuntes de terra, mulieres, virgines, et parvulos et prædam magnam pecorum secum deducunt. In ipsa autem nocte natiuitatis Domini mittentes *Liuones* nuntios significant Episcopo, exercitum *Letthonum* intrasse, et post alii nuncii alios subsequuntur, referentes, homines occisos et captiuatos; Ecclesias vastatas, et omnia mala, quæ pagani nouellæ intulerant Ecclesiæ. His auditis

e) *Strickius* ille recurrit *ad annum* MCCXIII. n. 7.

f) *Optium* monachi plerumque adspirare solent.

g) V. *Gesta* MEINARDI *n.* 4.

1206. auditis Epiſcopus, conuocatis peregrinis et *Fratribus Militiæ* et mercatoribus et omnibus ſuis, admonet omnes, in remiſſionem peccatorum, quatenus ſe murum pro domo domini ponentes, Eccleſiam libenter ab inimicis liberarent. At illi omnes obtemperantes, et ad pugnam ſe præparantes, mittunt ad omnes *Liuones* et *Letthos*, comminantes et dicentes: *Quicunque non exierit, ſequutuſque exercitum Chriſtianorum non fuerit, trium marcarum pœna mulctabitur.* Inuaſit itaque timor omnes, et ſequuti venerunt in obuiam *Rigenſibus* apud *Dunam*, et aſcendentes in *Lenewarden* conuenerunt, exſpectantes *Letthonum* reditum cum ſilentio infra oppidum. Mittuntur etiam exploratores, perſcrutari viam eorum. Quibus occurrentes cum omnibus captiuis et rapina apud *Lenewarden*, nocte *Dunam* in glacie tranſeunt. Aſcendens autem Dux exercitus cum comitibus ſuis vicinius ad caſtrum, et, ſeniore caſtri vocato, requirit: *vbi Chriſtianorum collectio?* et ait: *vade! nuncia Chriſtianis, qui ante duos annos exercitum meum ab Eſtonia redeuntem quaſi dormientem interfecerunt, nunc me et omnes meos vigilantes inuenient.* His auditis Chriſtiani ad prælia domini feſtinantes, in primo mane hoſtes inſequuntur, et circa horam tertiam tranſeuntes *Dunam* apud *Aſcherad*, eos ibidem inueniunt. Quos vt viderunt pagani ſeſe perſequentes, rebus certis territi, ſimul omnes exclamauerunt clamore magno. Et conuocantes ſuos, in occurſum reuertuntur Chriſtianorum. Quorum clamorem et multitudinem non verentes Chriſtiani, et ideo confidentes, eleuatis vexillis ſubito irruunt in ipſos, et interficientes hac et illac, inualeſcere bellum ex vtraque parte faciunt, et *Letthones*, quaſi velociores et crudeliores aliis gentibus, qui ſe vigilare ad præliandum prædixerant, diu et fortiter repugnantes, tandem dorſa oſtendunt, et ſicut agiles ad bellum, ſic magis veloces efficiuntur ad fugam. vnde alii ad ſyluas; alii per viam fugientes, captiuos et ſpolia derelinquunt. Quos perſequentes Chriſtiani per totam diem, multos occidunt ex eis, et ceteri per fugam euaſerunt. Poſt hoc reuerſi ad ſpolia, mulieres et paruulos neophytorum cum omnibus captiuis a vinculis abſoluunt, et conuenientes omnes neophyti, tam Liuones, quam Letthi, cum Teutonicis, de oue perdita et inuenta, ſiue de ouibus luporum faucibus ereptis, deo gratias referunt, et diuidentes ſpolia, captiuos omnes amicis ſuis liberos remittunt.

6. POSTQVAM Dominus Eccleſiam ſuam a paganorum impugnatione liberauit, timens Epiſcopus, ne poſt exitum ſuum ſimilia facientes Liuoniam vbique deuaſtent, caſtrum *Selonum* h), quod erat eis egredientibus et ingredientibus in refugium omni tempore, deſtruere cogitabat, et miſſis nunciis per vniuerſam Liuoniam et *Letthigalliam*, qui ſe iam fidei coniunxerant Chriſtianæ, conuocat omnes in expeditionem. Et collecto exercitu magno, mittit Epiſcopus Abbatem *Theodoricum* et *Engelbertum* præpoſitum cum omni familia

h) *Seleburg* ad *Dunam* fluuium ſupra *Kokenhuſam* poſitum in ripa *Semigallenſi*, ſedes poſtea Semgallenſis Epiſcopi, qui *Selonienſis* inde dictus eſt.

i) Ad

familia ſua, et peregrinis, adiunctis ſimul *Fratribus Militiæ Chriſti*, 1206.
ad expugnandum *Selones*, et ibant verſus *Aſcherad*, et tranſeuntes *Dunam*, corpora *Letthonum* antea occiſorum inhumata reperiunt: quæ conculcantes per viam, et ordinate incedentes, ad caſtrum *Selonum* perueniunt. Et obſidentes caſtrum vndique in circuitu, multos in munitione vulnerant ſagittis; multos per villas captiuantes; multos occidunt; ignem copioſum per lignorum comportationem incendunt. Nocte ac die requiem non dantes, *Selonibus* timorem incutiunt. Vnde etiam vocatis Senioribus de exercitu, petunt pacem. At illi: *Si veram*, inquiunt, *pacem deſideratis, abrenunciate idololatriæ, et verum pacificum, qui eſt Chriſtus, in veſtrum caſtrum recipite; baptizamini, et Letthones inimicos nominis Chriſti deinceps a caſtro veſtro remouete.* Placet hæc forma pacis, et datis obſidibus, baptiſmum et ſacramenta ſe recipere promittunt, et *Letthonibus* remotis, Chriſtianis ſe per omnia ſpondent obedire. Acceptis itaque pueris ipſorum, mitigatur exercitus. Vnde Abbas et præpoſitus cum aliis ſacerdotibus aſcendentes ad ipſos in caſtrum, ad fidem initiando eos inſtruunt, et aſpergentes caſtrum aqua benedicta, et vexillum beatæ Mariæ Virginis in arce figunt, de converſatione gentium gaudentes, et Deum collaudantes de Eccleſiæ profectu, læti cum *Letthgallis* et *Liuonibus* in terram ſuam reuertuntur.

7. EODEM tempore miſſus eſt *Alobrandus* ſacerdos cum quibusdam aliis in *Vnganniam*, requirere bona mercatorum, quondam ante *Rigæ* ædificationem ablata euntibus nempe a *Duna* verſus *Pleſcekowe* in vehiculis ſuis, quæ *Vngannenſes* conſilio Liuonum in via rapuerant, quæ multa erant, ad mille marcas et amplius comparata. *Vngannenſes* vero nec bona reſtituerunt, nec de reddendis in poſterum vnquam reſponſum reddiderunt. Vnde *Alobrandus* huiuſmodi modicum curans, aliis rebus magis attentus, reuertitur, et in via *Letthgallis*, circa *Vmeram* habitantibus, verbum Dei de ſuſcipiendo baptiſmo alloquitur, præſertim cum iam tota Liuonia et plures ex *Letthgallis* verbum Dei receperint. At illi gaudentes de aduentu ſacerdotis, vtpote a *Letthonibus* ſæpius vaſtati, et a *Liuonibus* ſemper oppreſſi, et per *Teutonicos* ſperantes releuari ac defendi, cum gaudio verbum Dei recipiunt: miſſis tamen prius ſortibus i), et requiſito conſenſu Deorum ſuorum: An Ruthenorum de *Pleſcekowe*, habentium *Græcorum* fidem, cum aliis *Letthigallis* de *Tholowa*; an *Latinorum* et *Teutonicorum* debeant ſubire baptiſmum? Nam *Rutheni* eorum tempore venerant baptizantes *Lethigallos* ſuos de *Tholowa*, ſibi ſemper tributarios. Et cecidit ſors ad *Latinos*, et annumerati ſunt cum Liuonienſi Eccleſia *Rigenſibus*. Et baptizauit *Alobrandus* quaſdam villas, et rediit *Rigam* et nunciavit

i) Ad cunctos populos, *Criwe* Prutheni- co dicto audientes, atque adeo ad Liuones quoque pertinet, quod DVISBVRGENSIS *part. 3. c. 5.* ſcribit: *Prutheni raro aliquod factum notabile inchoabant, niſi prius miſſa ſorte, ſecundum ritum ipſorum, a Diis ſuis, vtrum bene vel male debeat eis ſuccedere, ſciſcitarentur.*

1206. vit Episcopo. At ille congaudens et semper Ecclesiæ prouidere desiderans, *Heinricum*, Scholarem suum, ad sacros ordines promotum, cum eodem *Alobrando* ibidem remisit, et consummato baptismo in finibus illis, reuersus est *Alobrandus*. Alter vero, constructa Ecclesia et in beneficio recepta, ibidem cum eis habitare, et plurimis periculis expositus futuræ eis beatitudinem vitæ non desiit demonstrare.

8. ORTA est in hoc tempore discordia inter Regulum de *Kukenois* et *Danielem*, militem de *Lenewarden*. Nam Regulus ibidem cum plurima inferret hominibus istius incommoda, et sæpius admonitus a tali inquietatione non cessaret; serui ipsius *Danielis*, surgentes nocte, cum eo propere festinant ad castrum *Reguli*, et venientes diluculo, eos, qui infra castrum erant, inueniunt dormientes, et vigilem desuper minus prouide vigilantem, et repræsente ascendentes, ipsam arcem munitionis attingunt, et in castro se recipientes *Ruthenos* propter nomen Christianitatis non audent interficere; sed gladiis suis eis comminantes quosdam in fugam conuertunt; alios captiuando vinculis deputant. Inter quos ipsum etiam *Regulum* rapientes, et eum in vincula proiiciunt, et omnem substantiam, quæ erat in castro, in vnum locum comportantes diligenter conservant, et Dominum suum *Danielem*, qui prope erat, et fortunæ casum præstolabatur, ad se vocant. Ipse autem consilium Episcopi super hoc facto audire desiderans, omnia *Rigensibus* significat. Vnde Episcopus nimium contristatus cum omnibus suis, quæ facta sunt, non approbans, Regulum in castrum suum restitui, et omnem substantiam reddi præcipit, et *Rege* ad se vocato, multis eum honorat muneribus equorum, et vestium pretiosorum plura exhibet paria, et in solemnitate Paschali benignissimo eum cum omnibus suis procurans affectu, et omni discordia sopita inter ipsum et *Danielem*, cum gaudio remittit ad castrum suum. Memor etiam Episcopus promissi, quod ei promisit, quando castri sui ab eo medietatem suscepit, mittit cum eo viros strenuos viginti, cum armis et equis suis, milites, balistarios nec non cæmentarios ad castrum firmandum, et contra *Letthonum* impetum tenendum, prouidens eis in expensis et indigentiis suis per omnia. Cum quibus idem Regulus læta discedens facie, licet dolos meditaretur in corde, reuertitur in *Kukenoys*, relicto Episcopo in *Dunenmunda*, qui solito more iturus erat in *Teutoniam* pro colligendis peregrinis in sequentem annum. Nam et illi, qui iam annum peregrinationis suæ expleuerant, ad redeundum in *Teutoniam* parati erant, quos in *Dunenmunda* iam dudum residentes, per contrarium ventum, Deus repellendo abire non permisit.

9. REGVLVS autem prædictus reuersus in *Kukenoys*, et peregrinos cum Episcopo iam abiisse non dubitans, qui et in *Riga* paucissimos remansisse peroptime nouerat, perfidiæ suæ dolos iam diutius in corde suo abscondere non potuit; sed inito consilio cum omnibus viris suis, et exspectato tempore et die opportuno, cum *Teutonici*

nici fere omnes ad opus suum exirent, et ad ædificationem castri lapides in fossato exciderent, depositis interim gladiis et armis suis desuper fossatum, præterea Regulum, quasi Dominum et patrem suum, non timentes, et ecce! subito accurrentes serui Reguli, et omnes viri sui, gladios et arma *Teutonicorum* diripiunt, et plures ex ipsis inermes et nudos, stantes in operibus suis; interficiunt. Et quidam ex eis euadentes et fugientes nocte ac die, *Rigam*, vt nuntiarent ibi, quod actum erat, perueniunt. Interfectis autem decem et septem viris, tres per fugam saluti suæ consuluerunt. reliquorum corpora in *Dunam* proiecerunt, et, iis rursus extractis, *Rigensibus* remiserunt. At illi colligentes corpora, in Dei seruitio interfecta, deuote et cum lachrimis sepelierunt. Post hoc perfidus Regulus meliores equos Teutonicorum et balistas et loricas et similia mittens Regi Magno k), *Woldemaro*, in *Moschowiam*, rogat et suadet, vt, conuocato exercitu, quanto ocius veniat, et *Rigam* capiat, in qua paucos viros remansisse, et meliores a se occisos, et alios cum Episcopo recessisse, significat. Quibus auditis, ille nimium credulus ad expeditionem omnes suos amicos et viros Regni sui conuocat. Episcopus interim in *Dunemunda* a vento contrario detentus, cognita suorum interfectione, et Ecclesiæ suæ intellecta traditione, peregrinos omnes in vnum conuocat, Ecclesiæ damna lachrimarum profusione indicat, et vt fiant Ecclesiæ defensores et fortes auxiliarii, ipsos inuitat, et crucis signum de nouo resumere in plenariam neglectorum delictorum remissionem admonendo confortat, et, ob maioris laboris sui longam peregrinationem, maiorem indulgentiam et vitam promittit æternam. His auditis, accedentes fere trecenti de melioribus, resumpta cruce, *Rigam* redire, et murum se pro Domo Domini ponere non formidant. Insuper et multos mercede conducens Episcopus, *Rigam* remittit. Præterea omnes *Teutonici* vndique per Liuoniam dispersi cum aliis Liuonum Senioribus ad Ecclesiæ defensionem *Rigam* conueniunt. Audientes itaque *Rutheni* Teutonicorum et Liuonum in *Riga* collectionem, timentes sibi, et suo castro, eo quod perfide egerint, et non audentes in castro suo *Rigensium* expectare aduentum, collectis rebus suis, et equis et armis Teutonicorum inter se diuisis, incendunt castrum *Kukenoys*, et fugiunt, vnusquisque viam suam. *Letthigalli* et *Selones*, qui ibi habitabant, siluarum tenebrosa quærunt latibula. *Regulus* autem sæpedictus sicut male egerat, sic versus *Russiam*, nunquam deinceps rediturus, discessit l). 1206.

ALBERTI

k) *Magnum Regem* Russorum Monarcham vocat, vti Historici Græci Persarum.

l) CHYTRAEVS *l. c. Viefcus, profligatis Lithuanis, cum Nouogardenſem et Pleſcouienſem Duces Ruſſos bellum inferre Epiſcopo intellexiſſet, mutato animo, Germanos, qui in præſidio Cocenhuſii erant, omnes trucidauit. Cumque a Germanis, vlturis hanc iniuriam, obſideretur; incenſa arce ad Pleſcouienſem auſugit.* Quæ quomodo ex Nostro sint corrigenda, in aprico est.

1207.

ALBERTI EPISCOPI ANNVS X.
CHRISTI MCCVII - MCCVIII.

1. *Discedentis Episcopi homines Russos fugientes persequuntur.*
2. *Christiani, Wesshardo, Semigallorum duci, iunctis, contra Lettones pugnantes, vincuntur.*
3. *Decernunt, in posterum cum paganis contra paganos non esse bellum gerendum.*
4. *Lettones, in Semigalliam impressionem facientes, prostigantur.*
5. *In Liuoniam veniunt nonnulli Clerici primi ordinis.*
6. *Bellum cum Estonibus gestum.*

1. His ita peractis, Episcopus, anno consecrationis suæ iam decimo, Ecclesiam suam in Liuonia Domino committens, et peregrinis, et omnibus Christiani nominis in Liuonia habitantibus a), in *Teutoniam* pro diuersis Ecclesiæ negotiis vadit, cum pro peregrinis, tum pro rebus, quibus Ecclesia, noua adhuc et multis indigens, adiuuetur, colligendis. Et circumeundo et prædicando per loca plurima multos suffert labores. Qui autem in *Riga* remanserant, confortantes se inuicem et viriliter agentes, ciuitatem vndique firmabant. Et audientes exustionem castri *Kukenoys*, in fugam *Ruthenorum* mittunt quosdam ad persequendos illos. Inter quos *Meynardus*, *Bardus*, et alii ex servis Episcopi, insequentes fugitiuos, et plures ex ipsis per siluas et paludes inuenientes, *Letthgallos* videlicet et *Selones*, qui Regis erant *Ruthenici* tributarii, qui conscii erant et cooperatores in traditione et mortificatione Teutonicorum, nonnullos etiam *Ruthenorum* capientes, tulerunt spolia eorum et substantiam, et arma quædam Teutonicorum receperunt. Et quos inuenerunt reos, eo quod conscii traditionis fuerant, omnes crudeli morte, sicut meruerunt, interfecerunt, et exstirpauerunt traditores de finibus illis.

2. Eo tempore *Rigenses* et Christiani, qui erant in Liuonia, pacem erant desiderantes, et non potuerunt voti compotes fieri: bona erant quærentes, et ecce! turbatio sequitur. Nam post fugam *Ruthenorum*, sperantes et euasisse *Charybdin;* sed premebat adhuc eos imminens et præsens *Scyllæ* periculum, quia *Westhardus*, Semigallorum Dux, memor adhuc bellorum et malorum multorum, quibus a *Letthonibus* debellatus et deprædatus sæpe fuerat in omnibus confinibus *Semigalliæ*, ad expeditionem se præparat aduersus *Letthones*, et in *Riga* Christianorum suppliciter deprecatur auxilium, allegans, quod iam in alia vice *Rigensibus* ad expugnandos alios paganos venit in adiutorium: insuper et Deorum suorum *sortes* in meliorem partem cecidisse insinuat. Adhæc *Rigensium* Seniores, Deorum suorum *sortes* non curantes, imo propter suorum paucitatem, auxilium ipsi iam denegant, bellumque hoc tempore contra *Letthones* omnibus modis contradicunt. Sed precum suarum tandem instantia,

a) Supple: *valedicens.*

b) Sæpius

ſtantia, et ſtultorum virorum, qui cum eo ituri erant, pertinaci audacia victi, bellum eis non prohibere, imo obedienter eos ad pugnam mittere, ne in anima et corpore periclitentur, decernunt. Mittuntur itaque cum *Weſthardo* quinquaginta vel paulo plures viri, milites ac baliſtarii, nec non ex *Fratribus Militiæ Chriſti* plures. Aſſumentes ſecum *Danielem*, *Vdumeorum* Sacerdotem, profecti ſunt in terram *Semigallorum*. Qui in equis ſuis inſidentes, et in armorum ſuorum nitore venientes, benigniſſime a *Semigallis* ſunt recepti. Qui mittentes per omnes fines congregauerunt exercitum magnum, et procedentes prope *Letthoniam* nocte quieſcunt, et quieſcentes a diis ſuis futura requirunt, mittentes ſortes et poſtulantes fauorem deorum ſuorum, et coniurantes, ſi videlicet fama aduentus ipſorum peruolauerit, et, ſi *Letthones* venturi ſint ad pugnandum contra eos? Et cecidit ſors, et famam peruenisse, et *Letthones* ad bellum paratos eſſe. vnde ſtupefacti *Semigalli* nimis, ad redeundum *Teutonicos* inuitant, eo quod *Letthonum* valde timeant inſultum. Sed Teutonici reſpondentes dixerunt: *Abſit*, inquiunt, *rem hanc facere, vt fugiamus ab eis, et inferamus crimen genti noſtræ! ſed eamus ad aduerſarios noſtros, ſi poterimus pugnare cum eis.* Et non poterant auertere eos *Semigalli*. Erat enim *Semigallorum* infinita multitudo, de quibus confidebant *Teutonici*, licet pluuiarum et imbrium nimia eſſet inundantia. Procedunt tamen audacter in *Letthoniam*, et diuidentes acies ſuas per villas, inuenerunt eas vacuas, et viros omnes cum mulieribus et paruulis per fugam euaſiſſe. Vnde timentes ſibi bellum imminere, quanto ocius congregantur in vnum, et nullam moram facientes, eodem die ad reditum ſe præparant. Quod intelligentes *Letthones*, velocitate equorum ſuorum eos vndique circumuolant, et, prout conſuetudo eorum fert, circumferuntur hac et illac, modo fugiendo, modo perſequendo, et lancearum ac ſagittarum miſſione quam plures vulnerant. Porro Teutonici in vnum ſe conglobantes cuneum, et exercitum poſt tergum cuſtodientes, *Semigallos* prærire permittunt. Qui repræſente b) in fugam conuerſi, alius poſt alium ſemetipſos conculcando opprimunt; alii ſiluas et paludes quærunt, et totum onus prælii verſum eſt in Teutonicos. Vnde quidam ex ipſis fortiſſime ſe defendentes, diu pugnauerunt, et cum pauci eſſent, tantæ multitudini reſiſtere non valebant. Aderant etiam ſtrenuiſſimi viri, *Gerwinus* et *Rabodo* cum pluribus aliis: qui, poſt diuturnam pugnam, quidam vulnerati ceciderunt; quidam capti in *Letthoniam* ab inimicis deducti ſunt; alii per fugam euaſerunt, et, ut nunciarent, quæ geſta ſunt, in *Rigam* redierunt. 1207.

3. AVDITA itaque fuga ſuorum, et *Letthonum* audacia, condoluit ciuitas, et ſubito verſa eſt in luctum cythara *Rigenſium*, et cantus eorum in vocem flentium. Et orantes in cælum, omnes Seniores et

b) Sæpius occurrit hæc loquendi formula, quam vt eam a ſcribentis errore profectam putare poſſim.

1207. et discreti viri iudicabant, deinceps in multitudine paganorum non esse confidendum, nec cum paganis contra alios paganos esse pugnandum; sed in Domino sperandum, et cum Liuonibus et Letthis iam baptizatis audacter ad omnes gentes procedendum: quod et factum est. Nam eodem anno vexillum beatæ Virginis Mariæ deportatum est a *Liuonibus* et *Letthis* et *Teutonicis* in *Vnganniam*, et sic deinceps ad omnes *Estones* et gentes in circuitu, Deo cooperante, qui solus omnia regna superauit.

4. POST hoc autem *Letthones*, cum magno exercitu intrantes *Semigalliam*, cœperunt occidere et vastare omnia, quæ inuenerunt. *Semigalli* vero insidiantes eis in via, et siluas succidentes, in reditu fere omnes occiderunt. Et de eorum spoliis *Rigensibus*, in solatium acceptorum præteritorum damnorum, munera magnifica miserunt.

5. EODEM tempore misit Deus ad consolationem Ecclesiæ suæ viros religiosos quam plures in *Dunam: Florentium Cassium*, Abbatem Cisterciensis ordinis: *Robertum Gilbanum*, Colonien sis Ecclesiæ Canonicum; *Conradum Kolben*, Bremensem, cum aliis quibusdam: quorum quidam in monasterio *Dunenmundæ;* quidam cum *Fratribus Militiæ* sanctæ conuersationis habitum c) elegerunt; quidam ad prædicationis opus transierunt: de quorum omnium adventu Ecclesia adhuc parua quam plurimum lætificata et confortata, post tristia bella, gratias agebat Deo, qui semper suos in omni tribulatione non desinit consolari.

6. ET factum est, postquam iam tota *Liuonia* baptizata est et *Letthigallia*, miserunt Seniores de *Letthis*, *Ruscinus* de castro *Sotecle*, *Waridote* de *Antine*, *Talialdus* de *Beuerin*, nec non et *Bertholdus*, *Frater militiæ de Wenden* d), nuncios suos ad *Estones* in *Vnganniam*, requirere, quæ iusta sunt, de omnibus iniuriis sibi illatis ab eis. Erant enim *Letthi* ante fidem susceptam humiles et despecti e), et multas iniurias sustinentes a *Liuonibus* et *Estonibus*. vnde ipsi magis gaudebant de aduentu sacerdotum, eo quod post baptismum eodem iure, et eadem pace omnes simul gauderent. *Estones* autem verba nunciorum paruipendentes, nihil iuris impenderunt; sed cum eis nuncios suos in *Letthigalliam* direxerunt. Et cum iam *Fratres Militiæ* essent habitantes in *Wenden;* miserunt *Bertoldum*, quasi primum de suis, ad placitum *Letthorum* cum *Estonibus*. Venit etiam ex parte Episcopi *Heinricus* sacerdos, et Letthi quam plurimi. Et incipiebant tractare, quæ pacis et iustitiæ erant. Sed *Estonum* Legati, contemnentes et pacem Letthorum, et iniuste sibi ablata restituere dedignantes, *Letthis* per omnia contradicunt, et lanceis acutissimis inuicem comminantes, sine aliqua forma

c) Ergo *Gladiferi* quoque, ceterorum Ordinum, religiosam Militiam professorum, morem imitati, *sacerdotes* habuere *Ordini adscriptos*, & ex regula Ordinis viuentes.

d) Castrum *Wenden* caput fuit eius partis Lettiæ, quæ Militibus Christi in sortem cesserat. Huic præfectum videmus quemdam veluti *Commendatorem*, qui sub Magistro, Rigæ ad latus Episcopi residente, castrum tueretur, et Fratres ibi degentes regeret, educeretque in bellum.

e) Letti inter Liuones eo loco habiti videntur, quo apud Malabares *Poreieri* inter *Sutirreros*.

f) Prima

forma pacis recedunt. Superuenientibus interim *mercatoribus* et *Teutonicis* aliquot de *Gotlandia*, surrexit *Waridote* cum aliis Letthorum Senioribus, qui *Rigam* venientes, suppliciter auxilium contra *Estonum* iniuriam postulant. *Rigenses* igitur, ad memoriam reuocantes etiam suas iniurias, et bona innumerabilia quondam suis mercatoribus ab *Vngannensibus* ablata, postulantium votis annuunt; exercitum promittunt; præsertim cum et ipsorum nuncii pro eisdem bonis mercatorum, sæpius ab *Vngannensibus* contempti et irrisi redierunt, nolentibus iniuste ablata restituere. Inuocato itaque super se Dei omnipotentis, et beatæ Dei genitricis Mariæ semper Virginis auxilio, perrexerunt *Rigenses* cum *Fratribus Militiæ*, et *Theodorico*, fratre Episcopi, et mercatoribus et aliis *Teutonicis* in *Thoreidam*, et de tota *Liuonia* et *Letthigallia* conuocantes exercitum fortem et magnum, et euntes die ac nocte, veniunt in *Vnganniam*, et despoliantes villas, et omnes paganos occidentes, igne et gladio suas iniurias vindicantes, tandem apud castrum *Odempe*, id est, *caput vrsæ*, conueniunt, et castrum incendunt. Et post hoc triduo quiescentes, die quarto cum pecoribus et captiuis et cum omni rapina in terram suam reuertuntur. *Letthi* etiam in terram suam reuersi sunt; firmantes castra sua, ad pugnam fortiter se præparant; omnia sua in castris locantes, et exercitum *Estonum* exspectantes, ipsis occurrere parati. *Vngannenses* itaque, conuocatis sibi in auxilium *Saccalanensibus*, repente terram Letthorum intrantes in finibus *Tricatiæ*, et Letthum quendam, *Wardeke* nomine, viuum in igne cremantes, et alios captiuantes, multa *Letthis* mala intulerunt, et obsidentes castrum *Beuerin*, per totam diem *Letthos* in castro existentes impugnabant. *Letthi* vero exeuntes de castro et viriliter hostibus occurrentes ad pugnam, multos ex eis occiderunt, et equos eorum rapuerunt, et recurrentes in castrum ad suum sacerdotem, qui tunc præsens aderat, simul cum ipso, Dominum, quem pro se pugnare sentiebant, omnes benedicebant. Inter quos erat *Roboam*, ex fortioribus vnus, qui descendens inter medios hostes, duos ex ipsis occidit, et ex collaterali parte castri sanus et incolumis ad suos reuersus est, Deum collaudans pro speciali laude tali, quam sibi Dominus de paganis contulit. Sacerdos etiam ipsorum, impugnationem *Estonum* modicum attendens, munitionem castri ascendit, et, aliis pugnantibus, ipse musico instrumento cantabat, Deum exorando. Et barbari, audientes carmen dulce et sonitum instrumenti acutum, subsistentes, qui in terra sua tale non audierant, et pausantes a bello, causam tantæ lætitiæ perquirunt. *Letthi* vero, *eo quod recepto nuper baptismo Deum se defendere viderunt, ideo se gaudere, ac Dominum se laudare*, responderunt. Tunc *Estones* de renouanda pace proposuerunt. Sed *Letthi: nondum*, inquiunt, *mercatoribus Teutonicis ablata, neque etiam bona nobis sæpius ablata restituistis. Sed neque inter Christianos et paganos vnum cor et vna anima, neque forma pacis firma esse poterit, nisi recepto nobiscum eodem iugo Christianitatis et pacis perpetuæ,* 1207.

1207. *vnum Deum colatis.* Quo audito, *Eſtones* nimium indignati a caſtro diuerterunt, ſecutique Letthi poſt tergum, plurimos vulnerauerunt. Et mittentes per noctem ad *Magiſtrum Militiæ Chriſti* in *Wenden*, *Vinnonem* f), qui tunc aderat, rogabant venire cum ſuis ad perſequendum *Eſtones*. At ille, conuocatis *Letthis* omnibus in circuitu, mane facto, venit in *Beuerin*, et inuenit exercitum paganorum iam dudum diuertiſſe, perſequutuſque eſt eos per totum diem illum. Nocte vero ſequenti factum eſt gelu maximum, et claudicantibus equis fere omnibus, hoſtes attingere non valuerunt, eo quod iam, pecoribus occiſis, captiuis dimiſſis, per viam fugiendo, bellum non expectantes, reuerſi ſunt vnuſquiſque in terram ſuam. *Letthi* de *Beverin* triſtes de morte ſuorum, quos *Eſtones* trucidauerant, et igne cremauerant, miſerunt ad omnes *Letthos* in circuitu, vt eſſent ad iter parati, vt, dante Deo, ſe de ſuis poſſent vindicare inimicis. Vnde factum eſt, vt *Ruſſinus*, qui erat *Letthorum* fortiſſimus, et *Waridote*, cum omnibus *Letthis*, qui erant in finibus ſuis, conuenirent in magna multitudine apud caſtrum *Beuerin* prædictum. Et conſpirantes aduerſus *Eſtones*, ad ſpoliandam terram ipſorum ſe præparauerunt, et indutis armis ſuis, quæ habebant, proceſſerunt iter vnius diei, reſidenteſque ordinauerunt exercitum ſuum, et ibant nocte ac die, et intrantes prouinciam *Saccalanenſem*, inuenerunt viros ac mulieres ac paruulos in domibus ſuis in omnibus villis ac locis, et occiderunt, quos inuenerunt, a mane uſque ad veſperam, tam mulieres quam paruulos eorum, et trecentos ex melioribus viris ac Senioribus *Saccalanenſis* prouinciæ, abſque aliis innumerabilibus, donec feſſæ manus et brachia occidentium præ nimia interemptione plebis iam deficerent, villiſque omnibus ſanguine multo paganorum coloratis, ſequenti die redierunt, et per omnes villas ſpolia multa colligentes, iumenta et pecora multa et puellas quam plurimas, quibus ſolis parcere ſolent exercitus in terris iſtis, ſecum abduxerunt, et reuertentes paulatim multis diebus per viam moram faciebant, exiſtentes parati, ſi forte *Eſtones* reſidui bellum eis poſt tergum intuliſſent. Sed *Eſtones* propter tantam ſuorum cladem ad perſequendum *Letthos* venire non præſumebant; ſed triſtia funera, a Letthis ſibi inuecta, multis diebus colligentes, et igne cremantes g), exſequias cum lamentationibus et potationibus multis more ſuo

f) Prima mentio primi fratrum Militiæ Chriſti *Magiſtri* ad indagandos eius natales nos incitauit. Sed fruſtra fuimus. Neque enim præter *Vinoldum* quemdam, contracte *Vinnonem*, Hamburgenſem Conſulem, qui teſtis comparet in diplomate quodam anni MCLXXXX. quidquam reperimus, quod alluderet ad hoc nomen. Recentiores, prioris æui inſtitura ex moribus ſuorum temporum æſtimantes, Virum Nobilem in ſcenam producunt, *Winandumque de Rorbach* vocant: qua fide, incompertum. 10. MESSEN. *Scond. t. 10. p. 6.* non ſine ſpecie veri Gladiferorum primos Senatorum Bremenſium et Lubecenſium (addo & Hamburgenſium) filios facit: qualis potuit eſſe Vinno Magiſter, cum auitæ imagines in his militibus recipiendis deſideratæ non legantur.

g) More paganorum in Germania quoque recepto, ſed a Carolo Magno ſeueris edictis prohibito, et a gentibus ad doctrinam Chriſtianam traductis ciurando. Primum edictum ad Saxones directum habetur apud BALVZ. *Capitular. t. 1. p. 253. Si quis corpus defuncti hominis ſecundum ritum paganorum flammis conſumi fecerit, et oſſa eius ad cinerem redegerit, capite puniatur.* Succeſſit alterum *p. 254. Iubemus, vt corpora Chriſtianorum Saxonum ad Cæmeteria*

ſuo celebrabant. *Letthi* vero apud ſtagnum *Aſtigerwe* ſe depoſue- 1207.
runt, et, diuiſis inter ſe ſpoliis vniuerſis, læti in *Beuerin* redierunt. Et inuento ibidem *Bertholdo, Fratre Militiæ*, nec non et ſacerdote ſuo proprio, cum militibus et baliſtariis quibuſdam Epiſcopi, munera eis ex omnibus contulerunt. Et cum eſſet in Dominica *Gaudete*, omnes vnanimiter cum gaudio Deum benedicebant, eo quod per nouiter conuerſos Deus tantam fecerit vindictam etiam ceteris in nationibus. *Ruſſinus*, rediens in caſtrum *Beuerin*, aperuit os ſuum, dicens: *Filii filiorum meorum*, inquit, *nunciabunt ea filiis ſuis in tertiam et quartam generationem, quæ operatus eſt Ruſſinus cum adiutorio altiſſimi in Saccalanenſium funeribus.* Hoc audito, *Hermannus*, Liuonum Aduocatus, nimium aduerſus *Letthos* indignatus, eo quod bellum ad *Eſtones* magis ac magis renouaretur, miſit et conuocauit omnes Seniores Liuonum atque Letthorum, et, habito conſilio cum eis, nec non et cum *Teutonicis*, cum adhuc rari eſſent, et pauci Teutonici habitantes in terra, placuit omnibus, vt ea, quæ pacis eſſent, tractarentur cum *Eſtonibus* vſque ad aduentum Domini Epiſcopi, qui erat in *Teutonia* pro colligendis peregrinis in ſequentem annum. Quod conſilium etiam placuit *Eſtonibus*, et receperunt pacem, quia, poſt meliorum ſuorum interemptionem, Letthorum iam magnum cœperunt habere timorem, et, lite nondum finita, treugarum quandam formam ad vnius anni terminum compoſuerunt.

ALBERTI EPISCOPI ANNVS XI.
CHRISTI MCCVIII - MCCIX.

1. *Redux Epiſcopus inſtaurato Kokenhuſano caſtro Rudolphum de Iericho præficit.*
2. *Primus Gladiferorum Magiſter Vinno a milite Ordinis proditore occiditur.*
3. *Engelberto defuncto in Præpoſitura eccleſiæ Rigenſis ſuccedit Iohannes.* 1208.
4. *Wiſſewaldus, Lettonum regulus, ratione caſtri Gercike ſit Vaſallus Epiſcopi, et inueſtitur trium vexillorum pompa.*
5. *Vngannenſes pacis renouationem quærunt.*

I. ANNO conſecrationis ſuæ XI. Præſul *Albertus* rediit a *Teutonia*, habens ſecum in comitatu peregrinorum copioſam multitudinem. Inter quos erat *Rodolphus* de *Iericho* et *Woltherus de Hamerſleue*, et alii *nobiles* quam plures, milites et Clerici cum omni populo, qui ſe omnes periculo maris com-

teria Eccleſiæ deferantur, et non ad tumulos paganorum. Cuius memor legis Adolphus Comes Schauenburgicus, conſecrato anno MCLVI. primo Aldenburgi in Wagria templo, Slauis in circuitu habitantibus non ſolum præcepit, *vt conuenirent in ſolennitatibus ad Eccleſiam, audire verbum Dei*; ſed etiam vt *transferrent mortuos ſuos tumulandos in atrium eccleſiæ* HELMOLD. *lib. 1. c. 83. n. 18.* Vnde poſt coniunctionem Equitum Teutonicorum et Livonienſium Neophyti Legato Pontificio, anno MCCXXXXIX. in Pruſſiam miſſo, inter alia promiſerunt, quod *ipſi et heredes eorum in mortuis comburendis et in aliis quibuscunque, ritus gentilium de cetero non ſeruent, ſed mortuos ſuos, iuxta morem Chriſtianorum, in cœmeteriis ſepeliant.* Integrum inſtrumentum DVISBVRGENSIS *Chronico Pruſſico* ſubiecit HARTKNOCHIVS.

1208. committentes in Liuoniam deuenerunt. Quorum consilio Præsul idem vsus, conuocauit omnes Liuones et Letthos iam dudum conversos, et recordatus mortificationis illius, quam sibi et suis Regulus *Vesceka* de *Kukenoys* præterito anno intulerat, quando milites ac familiam suam, quam rogatione sua sibi cum multis expensis contra *Letthones* in auxilium miserat, dolo ac fraude nimia mortificavit, cum omnibus peregrinis et exercitu suo diuertit in *Kukenoys*, et inueniens montem ipsum desertum et præ immunditia quondam inhabitantium vermibus et serpentibus repletum, iussit ac rogauit eundem montem mundare et renouare, et firmis fecit munitionibus muniri, et castrum firmissimum ædificauit, et milites et balistarios cum familia sua ibidem ad castrum conseruandum reliquit, et multis expensis adhibitis diligentissime custodiri fecit, nequando *Letthonum* velocitas, vel *Ruthenorum* ficta dolositas eos, sicut antea, defraudaret. *Rodolpho* etiam supradicto de *Iericho* a) duas partes suo nomine castri reliquit, et *Fratribus Militiæ* eorum tertiam partem adscripsit. Quibus ibidem relictis, et omnibus bene dispositis, Rigam ad Ecclesiam suam rediit. *Letthi* vero cum duobus exercitibus medio tempore *Letthoniam* intrauerunt, et quibusdam occisis, quibusdam captis, ad nostros in *Kukenoys* redierunt, et cum Episcopo et omnibus suis ad propria redierunt.

2. ERAT eodem tempore *Wigbertus* quidam b) inter *Fratres Militiæ*, qui forte cor suum ad amorem seculi magis, quam ad religionis disciplinam, inclinauerat, et inter Fratres multas ipse discordias seminauerat. Qui sanctæ conuersationis abhorrens consortium, et Christi militiam dedignans, venit ad sacerdotem in *Vdumæam*, *ibidem Episcopi*, dicens, *se velle exspectare aduentum, et Episcopo per omnia se velle obedire. Fratres* autem *Militiæ*, *Bertholdus de Wenden*, cum quibusdam aliis Fratribus ac seruis, fratrem *Wigbertum*, tanquam fugitiuum, persequentes, in *Vdumæa* comprehenderunt, et in *Wenden* reducentes, in vincula proiecerunt. Qui, audito aduentu Episcopi, rogauit, vt absolueretur, et *Rigam* redire permitteretur, promittens, se Episcopo et Fratribus obedire. Fratres autem gaudentes, et post aduersitatum incommoda, tanquam filium prodigum, fratrem suum resipiscere sperantes, honorifice *Rigam* remittunt, et societati restituunt. Ille vero, tanquam *Iudas*, inter Fratres modicum tempus conuersatus, siue tanquam lupus inter agnos, fraudis suæ fictam conscientiam dissimulare nescius, diem opportunum exspectabat, quando cordis sui malitiam adimpleret. Et factum est in die solenni, euntibus ceteris Fratribus cum aliis hominibus ad monasterium, ipse interim, conuocato ad se *Magistro Militiæ*, *Vinnone*, et *Iohanne*, sacerdote ipsorum

a) CHYTRAEVS Saxon. *l. 1. p. 18. Anno* MCCVIII. *Albertus arci munitæ, eo in loco* (Kokenhusam intellige) *a se excitatæ, Rodolphum a Iericho ducem præfecit.*

b) Wigbertum *de Susato*, Westphaliæ oppido, cognominant recentiores: qua fide, nescio. Henrico Leoni anno MCLXI. testis fuit inter ceteros *Volquinus de Susato, Consul Lubecensis.*

c) Hunc

rum Fratrum, ſecreta ſua eis aperire proponens, in ſuperiori domo 1207.
ſua, ſubito bipenne, quam ſemper ſecum portare ſolebat, caput *Magiſtri* diſſecuit, et ſacerdotem ſimul cum Magiſtro in eodem loco trucidauit. Et notum factum eſt aliis Fratribus, et fugientem eum a domo in capellam perſequuntur, et comprehenſum, *per ciuile iudicium*, ſicut meruerat, crudeli morte interemerunt. Et ſepulto cum magno planctu fideli ac pio *Magiſtro* ſuo, *Winnone*, cum ſacerdote; non minus pium ac benignum, quam in omnibus virtutibus inſtitutum *Volquinum* c) in locum ſuum reſtituunt. Hic poſtea, ſiue præſente ſiue abſente Epiſcopo, in omni expeditione exercitum Domini ducendo atque regendo, præliabatur prælia Domini cum lætitia, et egrediebatur et regrediebatur ad gentes in circuitu. Et adiuuabant eum omnes *Fratres* eius, et brachium Domini ſemper erat cum eis.

3. MORTVO etiam eodem anno *Engelberto* d), eccleſiæ beatæ Mariæ præpoſito, aſſumpſit Epiſcopus de Conuentu *Sthetenſi* e) virum manſuetum, diſertum et prudentem in omnibus viis ſuis, *Iohannem*, et in locum fratris ſui, eiuſdem venerabilis præpoſiti, ſubſtituit, et ei Eccleſiam beatæ Mariæ regendam commiſit. Et cum eſſet de Regula et ordine beati *Auguſtini* idem *Iohannes*, et de albo habitu, qui vere munditiam ſignificat; Epiſcopus, ad conſeruationem habitus, veſtes et cappas ſeu cucullas nigras canonicorum eiusdem Eccleſiæ in albas mutauit. Et cum adhuc eſſent timores paganorum intus et foris; idem conuentus infra ambitum primæ ciuitatis, in Eccleſia primo ædificata, habitauit. Et poſt incendium eiusdem Eccleſiæ et ciuitatis f), extra muros apud *Dunam* Eccleſiam beatæ Mariæ Virginis ædificare, et ibidem habitare cœperunt. Peregrini vero eiuſdem anni in muri exaltatione, et in aliis, quibus Deo ſeruire poterant, obedire parati erant.

4. ET cum iam dies autumnales appropinquarent; Epiſcopus, ſemper Eccleſiam Liuonienſem promouere ac defendere ſollicitus, habito conſilio cum diſcretioribus ſuis, qualiter Eccleſiam nouellam a *Letthonum* et *Ruthenorum* inſidiis liberaret, diligenter pertractavit. Et recordatus omnium malorum, quæ Rex de *Gerceke* cum *Letthonibus*, *Rigenſi* ciuitati et *Liuonibus* et *Letthis* fecerat; contra inimicos Chriſtiani nominis ire ad bellum deliberant. Erat namque

c) Hunc *Pincernam de Winterſteden* fuiſſe vulgo volunt. Fides ſit penes auctores, *Pincerna* enim de *Winterſtetten*, ſacri Imperii Miniſteriales & *Dapiferi* de *Waldpurg*, gentilitio nomine *de Tanne* appellati, ex primariis Sueviæ familiis fuere. VRSPERG. *ad annum* MCCXXI. Superioris autem Germaniæ civibus, licet Militiæ Ordinis Teutonici nomen dederint, cum Liuoniæ domitoribus nihil negotii fuit. Iidem auctores manibus Volquini iniqui ſunt, pleraque eius geſta deceſſori Vinnoni adſcribentes, Vinnonisque Magiſterium producentes vſque ad annum MCCXXIII. Quod ipſi contigit SCHVRZFLEISCHIO *hiſtor. Eniſferor. p. 4.* mutatis narrationibus fidem habenti, aduerſus quas illi æs triplex circa præcordia ſit oportet, qui rerum origines & geſta ſuperiorum temporum enarraturus eſt cum cura.

d) Fratre Epiſcopi, *Capituli* Rigenſis Præpoſito.

e) Num *Stadienſi?* Auguſtiniani Ordinis monaſterium indicari video; *vbicumque ſitum ſit:* ſed vtrum hæc Cranziana formula inſcitiam meam obtegere poſſit, dubito.

f) Incendium Rigenſe narratur *ad annum* MCCXIII. *n. 6.*

1208. namque Rex *Wiſſewalde* de *Gercike* Chriſtiani nominis, et maxime *Latinorum*, ſemper infenſus inimicus. Qui filiam potentioris de *Letthonia* duxerat vxorem, et quaſi vnus ex eis, vtpote gener ipſorum, et eis omni familiaritate coniunctus, dux exercitus eorum, frequenter exſiſtebat g). Et tranſitum *Dunæ* eis et victualia miniſtrabat, tam euntibus in *Ruſſiam*, quam Liuoniam et *Eſtoniam*. Erant etiam tunc *Letthones* in tantum omnibus gentibus in terris iſtis exiſtentibus dominantes, tam Chriſtianis, quam paganis, vt vix aliqui in Villulis habitare auderent, et maxime *Letthi*. Qui relinquentes domos ſuas deſertas, tenebroſa ſiluarum ſemper quærebant latibula. nec ſic quidem eos euadere potuerunt. nam inſidiando eis omni tempore per ſiluas eos comprehenderunt, et, aliis occiſis, alios in terram ſuam deduxerunt, et omnia ſua eis abſtulerunt, et fugerunt *Rutheni* per ſiluas et villas a facie *Letthonum*, licet paucorum, ſicut fugiunt lepores ante faciem Venatorum, et erant *Livones* et *Letthi* cibus et eſca *Letthonum*, et quaſi oues in fauce luporum, quando ſunt ſine paſtore. Miſſo igitur bono et fideli paſtore liberauit Deus oues ſuas, Liuones et Letthones iam baptizatos, a faucibus luporum, Epiſcopo videlicet *Alberto:* qui conuocato exercitu de omnibus finibus Liuoniæ et Letthiæ et cum *Rigenſibus* et peregrinis et omni populo ſuo aſcendit Dunam verſus *Kukenoys*. Et cum eſſet *Gercike* ſemper in laqueum, et quaſi in diabolum magnum omnibus in ipſa parte *Dunæ* habitantibus, baptizatis et non baptizatis, et eſſet Rex de *Gercike* ſemper inimicitias et bella contra *Rigenſes* exercens, et pacis fœdera cum eis inire contemnens; Epiſcopus exercitum ſuum conuertit ad ciuitatem *Gercike*. *Rutheni* vero, videntes exercitum a longe venientem, ad portam ciuitatis concurrunt, et, cum *Teutonici* eos armatis manibus impeterent, et quoſdam ex eis occiderent; ipſi ſe defendere non valentes, fugerunt. Et *Teutonici* eos inſequentes, portam cum ipſis intrauerunt, et præ reuerentia Chriſtiani nominis paucos occidentes, plures captiuantes, et per fugam euadere magis eos permittentes, mulieribus et paruulis, poſtquam ciuitatem ceperunt, parcentes, multos ex eis captiuarunt, et, Regulo trans *Dunam* nauigio fugiente, cum pluribus aliis, *Regina* capta, et Epiſcopo præſentata eſt cum puellis et mulieribus, et omni ſubſtantia ſua. Sedit itaque die illo omnis exercitus in ciuitate, et collectis ſpoliis multis, de omnibus angulis ciuitatis tulerunt veſtes et argentum et purpuram et pecora multa, et de Eccleſiis campanas et yconias h), et cetera ornamenta, et pecuniam et bona multa tollentes, ſecum aſportauerunt, Deum benedicentes, eo quod tam repente et ſine negotio eis contulerit victoriam de inimicis, et aperuerit ciuitatem abſque vlla læſione ſuorum. Se-

g) Wiſſewaldus ille, licet Ruthenus et Chriſtianus, ducta vxore Lithuanica, ſucceſſit *Swelengero* in ducatu gentis Lituanicæ. Neque tamen femina illa, ob cuius nuptias Wiſſewaldus audit *gener* Lettonum, Swelegati filia fuit; ſed cuiusdam *Dangeruthe:* cuius nomen haberur *ad annum* MCCXII. *n. j.*

h) h. e. *iuncula*, imagines, quibus Ruſſi capiuntur et delectantur.

i) Ingens

Sequenti die, diſpoſitis omnibus, ad reditum ſe præparauerunt, et 1208.
ciuitatem incenderunt, et, viſo incendio, Regulus ex altera parte *Dunæ*, ſuſpiria magna trahendo, et gemitibus magnis vlulando exclamauit, dicens: *O! Gercika ciuitas dilecta! o! hereditas patrum meorum! o! inopinatum excidium gentis meæ! væ mihi! vt quid natus ſum videre incendium ciuitatis meæ! videre contritionem et interitum populi mei!* Poſt hoc Epiſcopus et omnis exercitus, diviſis inter ſe ſpoliis vniuerſis, cum *Regina* et captiuis omnibus reverſi ſunt in terram ſuam, et remandatum eſt *Regi*, vt *Rigam* veniat, ſi ſaltem adhuc pacem habere, et captiuos recipere cupiat. At ille veniam veniens pro exceſſibus poſtulat; Epiſcopum *patrem* appellat; omnes Latinos, quaſi fratres Conchriſtianos, ſuppliciter exorat, vt præteritorum malorum obliuiſcantur; vt pacem ſibi tribuant, et vxorem et captiuos reſtituant, virgas acutiſſimas allegans, ignem et gladium, quibus a Latinis caſtigatus fuerat. Tunc Epiſcopus cum omnibus ſuis Regis ſupplicantis miſertus, pacis formam ei propoſuit, dicens: *Si paganorum conſortia deinceps vitare volueris, ita vt Eccleſiam noſtram per eos non deſtruas, ſimul et terram Ruthenorum tuorum, Chriſtianorum per Letthones non vaſtaueris; ſi regnum tuum Eccleſiæ beatæ Mariæ perpetua donatione conferre volueris, vt a noſtra tamen manu iterum recipias, et nobiſcum iugis pacis conformitate congaudeas: tunc tandem tibi Reginam cum omnibus captiuis reſtituemus, et fidele auxilium tibi ſemper præſtabimus.* Hanc formam pacis *Rex* accipiens, promittit, ſe deinceps Eccleſiæ beatæ Mariæ ſemper eſſe *fidelem*, et paganorum conſilia vitare et Chriſtianis adhærere adfirmat, et *regnum* ſeu ditionem ſuam eidem Eccleſiæ conferens, per manum Epiſcopi, trium vexillorum ſolenni porrectione, recepit, et eum in patrem eligens, omnia *Ruthenorum* conſilia et *Letthonum* etiam mala deinceps reuelare affirmat i). Reddita eſt ei *Regina* cum captiuis aliis, et reuerſus eſt lætus

i) Ingens auſus Epiſcopi, tantum virum ad præſtandum fidelitatis iusiurandum adigentis, atque in feudo porrigendo pompam *vexillorum* adhibentis: qua vſi leguntur Imperatores, Lotharius in Ludouico I. Thuringiæ Landgrauio, HISTOR. DE LANDGRAV. *ad annum* MCXXIV. Fridericus I. anno MCLXXX. in Philippo Colonienſi Archiepiſcopo, qua Weſtphaliæ duce apud GELEN. *de magnitud. Colon. p. 74.* Fridericus II. anno MCCXXXV. in Ottone I. Duce Brunſuicenſi et Luneburgenſi, *Anonym.* MENCK. *t. 3. p. 128.* Albertus I. anno MCCLXXXXVIII. in filiis ſuis Auſtriæ Ducibus, DVMONT. *Corp. diplom. t. 1. part. 1. p. 314.* et Daniæ Rex Chriſtophorus anno MCCCXXII. in Wizlao, Rugiæ Principe inueſtiendo, qui in literis apud PONTANVM *lib 7. p. 432.* profitetur, ſe abeo terras ſuas, *facto homagio, iure feudali, quod* Fanclæn *nuncupatur, recepiſſe et tenere.* Artium regnandi haud ignarum Albertum, Geſta abunde commonſtrant. In quibus nihil illuſtrius hac ſcena: de qua iudicet quisque, vt volet. Plerisque cupiditatem Triuinius nomine obuelaſſe videbitur, *trium vexillorum* ſymbolo in porrigendo *vno* caſtro vſus, vbi *vnum* ſufficiſſet. Noſtrum non eſt, Epiſcopos iudicare, cum ſæpe a multis multum, ſine cauſa etiam quandoque, iudicentur. *Clericus quidam Pariſiis ante paucos annos* (ſcripta hæc ſunt anno MCLXXII.) *verbum terribile contra Epiſcopos locutus eſt, dicens: omnia credere poſſum; ſed vix credere poſſum, quod vnquam aliquis Epiſcopus Alemaniæ poſſit ſaluari. Quare magis iudicauit Epiſcopos Alemaniæ, quam Epiſcopos Galliæ, Angliæ, Longobardiæ vel Tuſciæ? Quia pene omnes epiſcopi Alemaniæ vtrumque habent gladium, ſpiritualem videlicet et materialem: et quia de ſanguine iudicant et bella exercent; magis eos ſollicitos eſſe oportet de ſtipendiis militum, quam de ſalute animarum ſibi commiſſarum.* Hæc non ego; ſed CAESARIVS HEISTERBAC. *Memorabil. lib. 2. c. 28.* vt pateat, Albertum in milite conquirendo, in clientelis augendis,

1208. tus in terram ſuam, et conuocatis hominibus ſuis, qui euaſerant, caſtrum ſuum ciuitati adiunctum reædificare cœpit, et non minus poſtmodum *Letthonum* ſe conſiliis intermiſcens, promiſſæ fidelitatis oblitus, paganos aduerſus *Teutonicos*, qui erant in *Kukenoys*, ſæpius concitauit.

5. POST hæc finita pace, quæ facta erat cum *Vngannenſibus*, *Bertholdus* Frater Militiæ in *Wenden*, vocato ad ſe *Ruſſino* cum Letthis ſuis, nec non et aliis Letthis de *Antine*, et cum *Wendis* ſuis, iuit in *Vnganniam*, et inuenerunt homines in villis ſuis, qui nondum ad caſtrum confugerant, et quamplures occiderunt in omnibus villis, ad quas venire potuerunt, et multis interfectis, alios captiuos duxerunt, et ſpolia multa acceperunt, et mulieres et puellas ſecum ducentes, villas tanquam deſertas reliquerunt. Et facta cæde magna et incendio, ad propria redierunt. Audientes hæc Liuones *Thoreidenſes*, qui infidelitatis ſuæ conſilia cum *Eſtonibus* adhuc ſemper habuerunt occulta, indignati ſunt, eo quod *Bertholdus de Wenden* cum Letthis bellum aduerſus *Eſtones* renouaret, et ſuggerebant Epiſcopo, vt nuncios in *Vnganniam* pro pace deſtinaret. Et miſit Epiſcopus *Alobrandum* ſacerdotem in *Odempe*, tam pro pace renouanda, quam pro mercatorum bonis requirendis. Et audientes *Eſtones* de tota *Vngannia*, nuncios Epiſcopi aduenisſe, conuenerunt ad *placitum*, et aperiens *Alobrandus* os ſuum, docebat eos de fide Chriſti. Quo audito, *Eſtones* cum gladiis et lanceis ad eum interficiendum concurrunt. Sed quidam ex *Senioribus* eum defendentes, *ſi*, inquiunt, *hunc nuncium Epiſcopi interfecerimus, quis nobis deinceps credet, aut nuncium mittet?* Et nolentes audire verba ſalutis, remiſerunt *Alobrandum* Epiſcopo, et miſerunt viros cum eis pro pace facienda. Et facta eſt pax cum Liuonibus et Letthis Epiſcopi ex vna parte *Goiwe*. *Bertholdus* vero de *Wenden* et *Ruſſinus* cum ſuis Letthis, pacem non recipientes, ad pugnam ſe præparauerunt.

ALBERTI EPISCOPI ANNVS XII.

CHRISTI MCCIX - MCCX.

1. *Pugna nauali cum Curonibus infauſta.*
2. *Rutheni caſtrum Odempe ad deditionem adigunt.*
3. *Friſii Curones vlciſcuntur.*
4. *Epiſcopus tribus in Germania Epiſcopis perſuadet iter in Liuoniam.*
5. *Riga a Curonibus mari obſeſſa tandem liberatur.*
6. *Odempe recuperatur.*
7. *Rudolphus de Iericho Pleſcouiam pro pace miſſus, in itinere impeditur*
8. *Nouo bello Eſtonico.*
9. *Alius Legatus, Pleſcouiam miſſus, redit cum Legatis Ruſſorum, cum quibus Rigæ pax concluditur.*
10. *Ruſſi Pleſcouienſes Rigenſibus iunguntur in bello contra Eſtones perurgendo.*

Annus

gendis, in gerendis bellis, in amplificanda regione ſimul cum religione, nihil feciſſe, quod ab eius temporis moribus abhorreret. Mallem, Noſter non reticuiſſet, quo ritu Epiſcopus Liuoniam ab Imperio acceperit; num per vexillum vnum vel plura? an per ſceptrum vel gladium? Nunc altum ea de re ſilentium ſuſpicionem nutrit, Imperialem illam *inueſtituram* inter domeſticos Epiſcopi magnificentius iactari, quam verius.

a) *Sund*

1209.

1. ANNVS erat pontificis XII. et ſiluit Eccleſia diebus paucis. Nam ex remeatione eiuſdem pontificis cum peregrinis ſuis in Teutoniam, relictis in Liuonia viris ſuis cum peregrinis quibusdam, ſubito *Curones*, nominis Chriſti inimici, apud *Sunde* a) in littore maris cum octo piraticis apparuerunt. Quod videntes peregrini, de *coggonibus* exeunt, et minores naues intrant, ad paganos accelerant, et minus prouide feſtinantes, vnaquæque nauis aliam antecedit, vt hoſtes prima attingat. *Curones* vero exoneratis primis partibus piraticarum ſuarum, eas in occurſum venientibus extollunt, duabusque ſimul ordinatis, ſpatium inter ſingulas duas alias derelinquunt. Vnde venientes peregrini cum duabus primis cymbis et nauibus minoribus, infra ſpatium idem piraticarum inuoluuntur, et cum eſſent in minoribus nauibus, hoſtes ſuper ſe ſtantes, ex alto attingere non valebant. Vnde quibuſdam ex eis lanceis inimicorum interfectis, quibuſdam vero ſubmerſis, et quibuſdam vulneratis; alii ad coggones redeuntes euaſerunt. Tunc *Curones*, colligentes corpora interfectorum, nudauerunt ea, et veſtimenta ac cetera ſpolia inter ſe diviſerunt. Duos tamen ciues de *Gotlandia* poſtea deuote colligentes ſepelierunt. Erant autem fere triginta milites et alii, qui ibidem interfecti ſunt. Pontifex itaque luctum habebat ſuper ſuos diebus aliquot, ſciens, quam ſit vtilis perſequutio patienti, cum beati ſint, qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam, eo quod vaſa figuli probat fornax, et viros iuſtos tentatio tribulationis.

2. EODEM tempore *Rex Magnus* b) *Nouogardiæ*, ſimul et *Rex de Pleſcekowe* cum omnibus *Ruthenis* ſuis venerunt cum exercitu magno in *Vnganniam*, et obſidentes caſtrum *Odempe* pugnauerunt cum eis diebus octo, et cum eſſet in caſtro defectus aquarum et penuria ciborum, petierunt pacem a *Ruthenis*, et dederunt pacem eis, et baptiſmate ſuo quoſdam ex eis baptizauerunt, et acceperunt ab eis quadringentas marcas *nagatarum* c), et receſſerunt ab eis, et

a) *Sund* vocabulum Danicum eſt; at ceteris maris Balthici accolis pariter vſurpatum, ad denotandas fauces maris anguſtiores, quæ ſuis cognominibus diſtinguuntur. Vnde nota freta *Oreſund*, *Grüneſund*, *Calmarſund*, *Strelaſund* etc. de quibus PONTAN. *chorograph. Dan. p. 726.* Hic intelligitur fretum, quo lingua terræ, hinc e Curonia, inde ex Oſilia inſula in mare porrecta: anguſtiorem reddit introitum in ſinum Rigenſem, tam diu incognitum, et ob piratas Oſilienſes et Curonienſes intutum. Horum enim caueri non poſſunt inſidiæ, vbi ſunt promontoria, latebris furunculorum apta: vnde clam egredientes percutiunt incautos. HELMOLD. *lib. 2. c. 13. n. 6.* Quod confirmatur porro ex ADAMO BREMENSI *lib. 2. c. 29.* vbi *breuem* illum *traiectum Balthici maris* apud *Halſingburg*, *in quo loco Seland a Scania videri poſſit*, *familiare latibulum piratis* eſſe ait. Vt veri non ſit diſſimile, Bremenſes mercatores, non ex propoſito, ſed tempeſtate primum delatos fuiſſe ad oſtium Dunæ. Fretum autem illud, a promontorio Curonenſi *Domeſnes*, quod eſt apud ADAMVM OLEARIVM *itiner. Ruſſ. et Perſ. lib. 1. c. 3. Domnes-Sund* appellari video. *Nes* lingua Normannica *promontorium* ſignificare, oſtendit TORFAEVS *Gloſſar. ad hiſtor. Norueg. Tom. 2.* adiecto, prouocans ad *Lindiſnes*, *Tialdanes*, *Engilsnes* etc.

b) V. *ad annum* MCCVI. *not. k*).

c) Sunt, qui Liuonis ante aduentum Saxonum

1209. et reuersi sunt in terram suam, dicentes, se sacerdotes suos eis missuros ad sacræ regenerationis lauacrum consummandum: quod tamen postea ob Teutonicorum timorem neglexerunt. Nam *Vnganenses* postea sacerdotes *Rigensium* susceperunt, et baptizati sunt ab eis, et non connumerati sunt cum *Rigensibus*.

3. POST annos aliquot venientes *Frisones* cum peregrinis in supra dictam *Gotlandiæ* insulam, inuenerunt *Curones* ibidem cum magna rapina, et circumuenientes eos, subito pugnauerunt cum eis, et occiderunt fere omnes, tollentes quatuor piraticas cum omni præda, et ducentes secum *Rigam*, et oues infinitas, quas de terris Christianis spoliauerant, abstulerunt eis, et *Rigam* adduxerunt. Et facta est lætitia magna de vindicta facta in *Curonibus*.

4. PONTIFEX autem de laboribus continuis et de morte suorum licet plurimum esset contristatus; tamen iterum ad Dominum confugiens iter et negotium suum ipsi committens, in *Teutoniam* reuertitur; bonis ac Deum timentibus damna suorum conqueritur; per vicos et plateas; per Comitatus et castra, quærens, quis se murum pro domo Domini opponat: quis Crucis signum sibi affigat, vt mare transeat, vt in Liuoniam vadat ad consolationem paucorum, qui ibi remanserant. Et inuentus est *Vso*, *Werdensis* Episcopus, cum *Philippo Raceburgensi* Episcopo, nec non et *Padelbornensis* Episcopus d), qui se ad iter inde in sequentem annum cum militibus suis, et cum multis aliis præparauerunt.

5. POST recessum Pontificis et post conflictum *Curonum* cum peregrinis, audientes gentes omnes in circuitu, aliquantos de peregrinis a *Curonibus* interfectos, miserunt inuicem nuncios: Liuones primo ad *Curones: Curones* ad *Estones*, nec non ad *Letthones*, *Semigallos* et *Ruthenos*, quærentes omne consilium, qualiter *Rigam* delerent, et *Teutonicos* omnes dolo tenerent et occiderent. Existimantes autem *Letthones*, paucos in *Kukenoyse* remansisse, venerunt ad castrum cum magno exercitu, et inuenientes *Rudolphum* de *Iericho* cum ceteris viris Episcopi in castro, fortissime eos impugnauerunt. Contra quos exeuntes serui episcopi et *Letthi* de castro plures ex hostibus lanceis suis, et balistarii de munitione etiam nonnullos vulnerantes, interfecerunt. Quorum infestationem ferre non valentes *Letthones*, ab eis diuerterunt. Tunc *Liuones* quidam de *Adya*, iam dudum baptizati, perfidiæ suæ felle repleti, abierunt in *Curoniam*, et commouentes vniuersam terram contra *Rigensem* Ecclesiam, collegerunt exercitum magnum et fortem, alle-

xonum pecuniæ vsum æque ac nomen ignoratum putant; perperam. Estones enim pecuniam Rahha appellitant, quæ Lettis *Naud* vocatur, WEXION. *descript. Suec. l. 3. c. 11.* vocabulo, vti apparet, ex *nagat* contracto, et origines suas ostendente. Præterea *species* numorum habuisse videntur; pro quibus *Oseringos ad annum* MCCXIV. *n. 3.* accipiendos existimo.

d) Cruce signauerat se quoque Otto, Episcopus Monasteriensis: vti scripta ad eum non minus, quam ad Verdensem et Paderbornensem Pontificis epistola indicat, cuius auctoritate si standum, iter horum Episcoporum ad annum MCCXIII. reiiciendum esset. Ottoni autem impedito, succenturiatur Philippus, Raceburgensis Episcopus.

e) Hu-

allegantes, in ciuitate, prout rei veritas dictabat, pauciſſimos remanſiſſe. 1209.
Quod audientes ciues, exploratores in mare miſerunt. *Curones* vero congregati cum omni exercitu ſuo, reſidentes in vicinia quatuordecim diebus, auxilium Deorum ſuorum et tempus opportunum ſortibus ſuis requirebant. Exploratores interim nihil videntes, reuerſi ſunt. Tunc *Comes* de *Stadem*, *Marquardus*, miles, cum aliis peregrinis, qui in Paſcha remanſerant, in *Teutoniam* redire deſiderantes, cum duobus coggonibus ſuis in *Dunemundam* deſcendunt, et, paucis in nauibus relictis, in clauſtro nocte dormiunt: et apparente ſequentis diei diluculo, apparet totum mare quaſi tenebroſa nube perfuſum. Vnde illi, qui in nauibus erant, videntes multitudinem paganorum et exercitum magnum ſuper ſe venientem, quidam ad defendendum ſe præparant; quidam ad clauſtrum confugiunt. Pagani vero, ſperantes ciuitatem abſque vllius famæ præcurſione repræſente capere, naues ipſas peregrinorum non impugnantes, ad ciuitatem velociſſime remigant. Sed piſcatores ex omni parte *Dunæ* eos videntes, *Rigam* fugiunt: exercitum ſequentem indicant. Ciues autem et *Fratres Militiæ* et baliſtarii, eſſent licet pauci, cum clericis et mulieribus omnes ad arma confugiunt: ſonitu *campanæ*, *quæ tantummodo tempore belli pulſabatur*, populum conuocant, et exeuntes obuiam inimicis in littore *Dunæ*, plures ex eis baliſtis vulnerant. Et *Curones*, relinquentes naues ſuas in *Duna*, ordinauerunt exercitum ſuum in campo, et portabat vnuſquiſque *tabulam ligneam* ante ſe, ex duobus aſſeribus compoſitam e), et clauam ad modum baculi paſtoralis, ad ſuſtentaculum ipſius tabulæ. Et vt refulſit ſol in tabulas albas, reſplenduerunt aquæ et campi ab eis. Erat enim exercitus magnus et fortis, et appropinquabat ad ciuitatem. Et Livones ac baliſtarii occurrentes eis ad primam munitionem, quæ erat in campo ante portam ciuitatis, cum eis pugnauerunt vſque ad horam diei tertiam. Ciues autem villam, quæ erat extra muros f), incenderunt. Quidam etiam ex noſtris, habentes apud ſe clauiculos ferreos tridentes, proiecerunt eos in via, qua exercitus veniebat. Et cum ex ciuibus quidam ad pugnam viriliter accederent, et plures ex hoſtibus ſub tabulis ſuis ſtantes occiderent; in reditu ſuper clauiculos iſtos impegerunt, et quidam ex eis occiſi ſunt, et alii ad nos euaſerunt. Poſt hæc ibat exercitus ad naues ſuas, et facto prandio iterum ad bellum ſe præparabat. et cum audirent ſonitum campanæ magnæ, dicebant, *ſe ab illo Deo chriſtianorum comedi* g) *ac conſumi*. Et accedentes iterum ad ciuitatem, per totum diem pugnabant. Et cum exirent de tabulis ſuis ad comportationem lignorum ad incendium; plurimi ex eis a ſagittariis lædebantur. Et quicumque eorum a lapidibus machinarum, aut a baliſtariis vulneratus cecidit, ſtatim aut frater ſuus aut alius conſocius ſuus, abſciſſo ſuo capite, eum totaliter interfecit. Et cum vndique

e) Huiuſmodi clypeorum imagines, ære expreſſas dedit, CASPAR KIRCHMAIER. *Commentar. ad Taciti Germaniam.*

f) Hoc eſt, *ſuburbium*.

g) V. *Geſta* MEINARDI c. 12.

1209. que circumdediſſent ciuitatem, et ignem copioſum incendiſſent, venientes *Holmenſes* in equis ſuis ad *montem antiquum*, et gladiis ſuis hoſtibus comminantes, ad ciuitatem ex alia parte declinant. Quos videntes *Curones*, a ciuitate recedunt, et collectis interfectis ſuis, ad naues reuertuntur, et tranſita *Duna* triduo quieſcentes, et mortuos ſuos cremantes h), fecerunt planctum ſuum ſuper eos. Liuones *Thoreidenſes*, audientes *Rigam* obſeſſam a *Curonibus*, et ciuitatis euerſionem deſiderantes, collegerunt exercitum copioſum, vt venirent *Curonibus* in auxilium. Erant enim Liuones quidam perfidi et *Semigalli*, et aliæ gentes exſpectantes euentum *Curonum*, vt omnes ſimul ad deſtructionem ciuitatis conuenirent. Sed *Holmenſes* eadem die, occiſis *Curonibus* quibuſdam in inſulis, et nauibus ablatis, venerunt ad ciuitatem. *Marquardus* miles, rediens a *Dunenmunda*, inter medios hoſtes ciuitatem intrauit, et poſtea *ſocietati Fratrum Militiæ* ſe coniunxit. *Caupo* cum omnibus cognatis et amicis ſuis et Liuonibus fidelibus ſequente nocte in ciuitatem venit. Conradus de *Ykeskola* cum Liuonibus ſuperioribus mane facto venit in campum iuxta ciuitatem, et, facto ludo magno cum equis et armis ſuis i), conuenerunt ad eum omnes de ciuitate, et gaudium magnum factum eſt inter eos. Et proceſſerunt ad *Curones* et vocauerunt eos ad pugnam, parati, aut mori fortiter aut vincere. At illi de funeribus ſuorum magis ſolliciti, pacifice loquentes, poſt triduum receſſerunt. Liuones autem, qui huius traditionis rei exſtiterunt ſine aliqua læſione ſuorum ſponte Deo et familiæ Epiſcopi ſatisfecerunt, et poſtmodum fideles eſſe promiſerunt. Ciuitas vero miſericorditer hac vice per Dei gratiam a paganis liberata, Deo gratias referebat, et diem beatæ Margarethæ, in qua ab obſeſſione liberata eſt, deinceps celebrandam inſtituit infra ciuitatem. *Bertholdus* quoque de *Wenden* eodem tempore cum Letthis venerat de *Vngannia*, pluribus villis incenſis, et multis paganis occiſis, incommoda plurima eis intulerat, et ipſe quoque cum magna turba venit in auxilium *Rigenſibus*, et recedentibus *Curonibus*, vnuſquiſque reuerſus eſt in terram ſuam.

6. POST hoc idem *Bertholdus* collegit exercitum, et ibant ſerui Epiſcopi *Sigfridus* et *Alexander* et alii plures, et Liuones et Letthi, et venientes in *Vnganniam* ad caſtrum *Odempe*, paucos in caſtro reperiunt. Vnde caſtrenſes, propter paucitatem ſuorum exterriti, *Bertholdum* verbis pacificis in caſtrum recipiunt. Serui Epiſcopi cum Liuonibus quibuſdam, *Bertholdum* in caſtra receptum ignorantes, ex altera parte caſtrum aſcendunt. Sequitur eos totus exercitus: montis ſummitatem capiunt: arcis munitionem comprehendunt: potentes in caſtro viros occidunt: mulieres capiunt: ſpolia multa rapiunt; et quidam per fugam euaſerunt. Tunc diebus aliquot quieſcentes ibidem, et diuiſa inter ſe rapina et caſtro incenſo, in Liuoniam reuertuntur.

LIVO-

h) V. *ad annum* MCCVII. *not. g.* i) Barbare *torneamentum* vocant.

k) Hac

7. LIVONIENSIS Eccleſia tunc temporis in multis tribulationibus conſtituta erat, vtpote in medio plurimarum nationum, ac *Ruthenorum* et *Letthonum* adiacentium, qui omnes conſilium fecerunt in vnum, vt eam deſtruerent. Vnde *Rigenſes* decreuerunt ad Regem de *Ploſceke* nuntios deſtinare, ſi forte cum eo aliquam formam pacis poſſent inuenire. Et miſſus eſt *Rodolphus* de *Iericho* cum quibuſdam aliis, vt irent in *Ruſſiam*. 1209.

8. ET cum appropinquarent in *Wenden;* ecce! *Eſtones* cum exercitu magno venientes, *Wenden* obſederunt. Et *Rudolphus* cum ſuis ad caſtrum illud euaſerunt. Et pugnauerunt *Eſtones* cum *Bertholdo* et Fratribus ſuis, et *Wendis*, diebus tribus, ad antiquum caſtrum, in quo adhuc habitabant Fratres cum Wendis. Et ceciderunt de *Eſtonibus* a baliſtariis vulnerati; ſimiliter et ex *Wenden* lanceis inimicorum quidam ſunt interfecti. Fuerunt namque *Eſtones* comportantes magnas lignorum ſtrues, apponentes ignem ad incendendum caſtrum, et arbores magnas cum radicibus trahentes de ſiluis ad modum propugnaculi compoſuerunt, aliis lignis firmantes et munientes, et deſubtus præliantes, et deſuper per ignem et fumum eos, qui in caſtro erant, infeſtabant. Et niſi breuiati eſſent dies belli, maiora vtique mala intuliſſent, quia per negligentiam quorundem nec primo, nec ſecundo die, ſed tertio obſidionis venerunt rumores *Rigenſibus* ad aures. vnde et ipſi die quarta ſurgentes, venerunt in *Sigewolde*. Eodem die *Eſtones* audientes, cum *Caupone* et amicis ſuis Liuonum et Letthorum magnam congregationem conueniſſe, receſſerunt a caſtro *Wenden*, et tranſeuntes *Goiwam*, apud ſtagnum, quod eſt in via *Beuerin*, nocte dormientes quieuerunt. Fratres autem de *Wenden* et *Caupo* cum Liuonibus et Letthis mane ſequentes, apud idem ſtagnum ad prandium ſe depoſuerunt, et exploratores et cuſtodes exercitus præmiſerunt: quorum quidam reuerſi nunciauerunt *Eſtones* trans *Vmeram* fortiſſime fugientes. Et ſtatim Liuones et Letthi verbis illorum nimium creduli, ad perſequendum illos feſtinanter accelerauerunt, dicentes, ſe *Rigenſium* nequaquam poſſe moram expectare. Sed *Caupo* cum Teutonicis, *expectemus*, inquit, *fratres noſtros, et tunc poterimus pugnare, et aſſumptis aliis noſtris in altum volare.* At illi, ſpernentes ſalubria monita, et Teutonicorum magis interitum cupientes, perſequuti ſunt *Eſtones;* ordinantes tamen in prima acie Teutonicos, vt ipſi poſt tergum ſequentes et belli exitum conſiderantes, ſiue ad perſequendum, ſiue ad fugiendum ſint paratiores. Et procedentes ad *Vmeram,* neſcientes exercitum *Eſtonum* in ſiluis apud *Vmeram* latitantem, et ſubito viderunt omnem exercitum obvium ſibi venientem: Tunc *Arnoldus*, *Frater Militiæ*, ſublato vexillo, *conueniamus*, inquit, *Fratres Teutonici*, *et videamus*, *ſi pugnare queamus, et non fugiamus ab eis*, *et non inferamus crimen genti noſtræ*. Et acceſſerunt ad eos et occiderunt ex eis, et pugnaverunt cum eis, et cecidit *Bertholdus*, filius *Cauponis*, nec non et *gener* ipſius, *Wane*, vir fortis et animoſus ac virtuoſus, et quidam

1209. ex Fratribus Militiæ, et ſerui Epiſcopi *Wichmannus* et *Alderus* graviter vulnerati ſunt. Liuones autem poſt tergum ſequentes, vt viderunt multitudinem exercitus vndique de ſiluis venientem, ſtatim ſe ad fugam conuerterunt, et *Teutonici* ſoli remanſerunt. Quod videntes Teutonici et paucitatem ſuorum conſiderantes, cum non eſſent numeroſi, niſi circiter viginti; ipſi ſe in vnum conglobantes cuneum, directa via pugnando cum inimicis ad *Goiwam* redierunt. *Rodolphus* de *Iericho* lancea vulneratus in terram cecidit, quem *Wickboldus*, *Friſius*, equo reſtituit: qui et ipſe *Friſius*, velocitate ſui equi confiſus, modo fugiendo, modo ad inimicos redeundo, et in ſtrictis locis eos detinendo, multos liberauit. *Eſtones* vero tam *Teutonicos* quam *Liuones* equites, et *Letthorum* pedites, a dextris et a ſiniſtris fugientes, perſequebantur, et comprehenſis ex eis fere centum, alios occiderunt; alios apud *Vmeram* reducentes crudeli martyrio cruciauerunt. Erant enim ex eis XIV. Teutonicorum noſtrorum: quorum alios viuos aſſarunt; alios, nudantes veſtimentis ſuis, et gladiis ſuis in dorſis eorum Crucibus k) factis, iugulauerunt, et in martyrum conſortium, vt ſperamus, in cælum transmiſerunt. Tunc *Eſtones*, reuerſi in terram ſuam, et improperantes Chriſtianis, miſerunt per omnes prouincias *Eſtoniæ*, coniurantes et confœderantes, vt eſſent cor vnum et anima vna contra nomen Chriſtianorum. *Caupo* itaque et Liuones et Letthi reuerſi de prælio, planxerunt interfectos ſuos, triſtes, eo quod nuper baptizati, a paganis ſint trucidati, et condolebat eis tota Eccleſia, quæ tunc erat tamquam arcus, qui ſemper extenditur, et nunquam frangitur: tamquam archa Nohæ, quæ magnis quidem fluctibus eleuatur; ſed non alliditur: nauicula, quæ vndis quatitur, ſed non ſubmergitur: mulier, quam draco perſequitur, ſed non opprimit. Poſt hanc enim tribulationem ſecuta eſt conſolatio: poſt triſtitiam dedit Deus ter maximus lætitiam.

9. NAM miſſus eſt *Arnoldus*, *Frater Militiæ* cum ſociis ſuis ad *Regem de Ploſceke* in *Ruſſiam*, ſi forte pacem recipiat, et mercatoribus *Rigenſibus* viam ſuam in terram aperiat. Qui benigno recipiens eum affectu, et pacis tranquillitate congaudens, licet in doſo, miſit cum eis *Ludolphum*, virum prudentem et prædiuitem de *Smolensko*, vt is *Rigam* veniens, quæ iuſta ſunt et pacifica retractet. Qui poſtquam in *Rigam* venerunt, et Regis voluntatem expoſuerunt; placuit *Rigenſibus* pacis formula, et facta eſt pax perpetua inter Regem et *Rigenſes*, ita tamen, vt Liuones debitum tributum Regi perſoluant annuatim, vel Epiſcopus pro eis. Et gauiſi ſunt omnes, vt eo ſecurius cum *Eſtonibus* et aliis finitimis et conterminis gentibus bellare valeant. Quod et poſtea factum eſt.

10. ADVENIENTE itaque Natiuitatis Dominicæ ſolennitate, et hyemis aſperitate inualeſcente, mittunt Seniores *Rigenſium* per totam

k) Hac truculentia irridentes efficere vo- quam *veſtibus* aſſutam geſſere, gererent in luiſſe videntur, vt Teutonici illi *Crucem*, *cute*.

l) *Gener*,

tam Liuoniam et per omnia caſtra *Dunæ* et *Goiwe*, vt veniant 1209.
omnes et ſint parati ad faciendam vindictam in *Eſtonum* nationibus, et peruenit verbum in *Pleſcekowe*, qui tunc erant nobiſcum pacem habentes, et venit maxima turba *Ruthenorum* noſtris in auxilium. Et venerunt Seniores terræ *Ruſſinus*, *Caupo*, *Nunnus*, et *Dabretus* cum ceteris, et præcedebant *Rigenſes* et peregrinos, et ſequebatur omnis exercitus in *Metſepole*, et acceptis obſidibus a Liuonibus, qui perfidi putabantur, proceſſerunt ad mare: et directa via ſecus mare die ac nocte euntes, venerunt ad primam prouinciam, quæ *Sontagana* vocatur, cuſtodeſque viarum, videntes exercitum, fugerunt, vt nunciarent ſuis. Sed qui erant velociores in exercitu ſimul cum exploratoribus villas intrantes, inuenerunt fere omnes in villis et in domibus ſuis. Et diuiſit ſe exercitus per omnes vias ac villas, et interfecerunt populum multum in omnibus locis, et perſequebantur eos in prouinciis adiacentibus, et ceperunt ex eis mulieres et pueros, et conuenerunt ad caſtrum. Sequenti die ac tertio circumeuntes omnia vaſtauerunt et incenderunt, quæ inuenerunt, et equos et pecora innumerabilia acceperunt. Erant enim boum et vaccarum quatuor millia: exceptis equis et aliis pecoribus et captiuis, quorum non erat numerus. Multi etiam paganorum, qui in ſiluis, et in glacie maris per fugam euaſerunt, frigore congelati perierunt. Quarto die, captis caſtris tribus et incenſis, exire cœperunt de terra cum omni rapina, et moroſe redeuntes, æqualiter inter ſe diuiſerunt, et cum gaudio in Liuoniam redierunt, et benedixerunt omnes Dominum, qui dedit eis vindictam de inimicis, et de improperio conticuerunt *Eſtones*, quod Liuonibus et Letthis prius de martyrio ſuorum improperauerunt. Sequenti Lunatione conuenerunt iterum Liuones et Letthi cum *Rigenſibus* apud *Aſtigerwe* ſtagnum, et habentes obuiam ſibi exercitum *Saccalanenſium* et *Vngannenſium*, proceſſerunt ad eos, vt pugnarent cum eis. Sed illi dorſa vertentes fugerunt, et remanſit vnus ex eis. Qui accedens ad noſtros, nunciauit, exercitum alium magnum de maritimis prouinciis eadem nocte via alia, quæ eſt iuxta mare, Liuoniam intraturum. Quo audito, Seniores Liuonum feſtinantes ad vxores et liberos ſuos, vt eos ſaluarent ab inimicis, reuerſi ſunt vnuſquiſque ad munitiones ſuas. Et confeſtim die craſtino venerunt *Eſtones*, qui prius euaſerant, de *Sontagana* et aliis prouinciis circumiacentibus cum exercitu magno, in *Metſepole*, et omni populo in caſtris exiſtente, ipſi villas vacuas et Eccleſias incenderunt, et nequitias multas circa Eccleſias et ſepulchra mortuorum Chriſtianorum, immolationibus ſuis exercuerunt. Et conuenerunt *Rigenſes* in *Thoreida* ad perſequendum eos. *Bertholdus* quoque de *Wenden* et *Ruſſinus* cum omnibus Letthis ad *Ropam* ſe conferunt. Quo audito, citius exierunt de terra, et conflictum Chriſtianorum non exſpectauerunt. Tertia Lunatione præparauerunt ſe *Rigenſes* ad obſidionem caſtri *Viliende* in *Saccale*, et conuocauerunt Liuones et Letthos de omnibus finibus et caſtris, et pœnam non venientibus

1209. comminantes, et terrorem incutientes, collegerunt exercitum fortem. Et ibat cum eis *Engelbertus*, *gener Epiſcopi* l), qui eodem anno procurabat *Aduocatiam* in *Thoreida* cum Fratribus Militiæ et peregrinis, et ibant in *Saccale*, ducentes ſecum machinam minorem ſiue *patherellum*, et baliſtas, et cetera inſtrumenta neceſſaria ad caſtri impugnationem.

ALBERTI EPISCOPI ANNVS XIII.
CHRISTI MCCX - MCCXI.

1. *Saccalenſium caſtrum Felinum capitur.*
2. *Albertus Epiſcopus Roma redit, impetrata a Pontifice pactorum confirmatione, cum tribus aliis Epiſcopis.*
3. *Bello Eſtonico ſe ingerunt Oſilienſes.*
4. *Theodoricus, Abbas Dunamundenſis, fit Eſtonienſium Epiſcopus* in Partibus, *et Bernardus Comes Lippienſis fit Abbas.*
5. *Loco decimarum Liuones Chriſtiani de quolibet vnco agri certam menſuram frumenti ſoluunt.*
6. *Albertus Epiſcopus abit in Germaniam.*
7. *Saccalenſium impreſſio in Liuoniam.*
8. *Miecislaus, Rex Nouogardiæ, e Harrienſibus extorquet pecuniam.*
9. *Theodoricus Epiſcopus tentat conuerſionem Saccalenſium fruſtra.*
10. *Saccalenſes impetu Pleſcouiam capiunt, et ſpoliatam relinquunt.*
11. *Liuones cum Eſtonibus ſeparatam pacem faciunt.*
12. *Verdenſis et Paderbornenſis Epiſcopi redeunt in Germaniam.*
13. *Pleſcouienſium regulus, Wlodomirus, a ſuis eiectus, Rigæ aſylum intuenit apud generum, Epiſcopi fratrem.*

1210.

I. ANNO incarnationis Dominicæ MCCX. Præſulis *Alberti XIII.* facta eſt obſidio prima caſtri *Viliende* in *Saccale* a *Teutonicis*, *Liuonibus* et *Letthis*, et miſerunt Teutonici Liuones et Letthos ad omnem prouinciam circumiacentem deſpoliandam, et pro victualibus et annona. Qui euntes per omnes villas, multos paganos occiderunt, et alios captiuos ad caſtrum adduxerunt. Tunc *Bertholdus* de *Wenden* et *Ruſſinus* cum aliis Letthis et ſenioribus, acceptis captiuis omnibus, accedentes vicinius ad caſtrum: *Si*, inquit, *renunciaueritis culturæ Deorum veſtrorum falſorum, et nobiſcum in Deum verum credere volueritis; vobis captiuos iſtos viuos reſtituemus, et nos in fraternitatis charitate vobiscum*

l) *Gener*, filiæ maritus eſt. At infimæ latinitatis ſcriptores vocabulum detorquent in alios ſenſus. Nam ARNOLDVS, dum *lib. 2. c. 30. n. 7.* Regem Angliæ, Henricum, Henrici Leonis *generum* vocat, et *lib. 3. c. 2. n. 4.* Henricum Leonem Canuti iunioris, Daniæ Regis, *generum* adpellitat; generum pro *ſocero*, ſeu vxoris patre, vſurpat: quo ſenſu Iohannes Dux Luneburgicus Gerhardum, Holſatiæ Comitem, cuius filiam Ludgardim in matrimonio habuit, *generum prædilectum* vocat apud MEIBOM. *Scriptor. tom. 1. p. 539.* Idem ARNOLDVS, dum *lib. 6. c. 15. n. 2.* Guilielmum, Henrici Leonis filium, qui Canuti iunioris, Daniæ Regis, ſororem duxerat, vocat *generum* Canuti Regis; generi vocabulo vtitur ad ſignificandum primi gradus affinem, *ſororis maritum*. Quo ſenſu hic quoque *generi* vocabulum accipiendum eſt, cum Epiſcopus, in cœlibatu degens, nec *vxoris patrem*, nec *filiæ maritum*, ſed tantum affines h. e. *ſororum maritos* habere poſſit. Nam quod Noſter *ad annum* MCCVIII. *n. 4.* Wiſſewaldum Ruſſum, propterea, quod Lituanicam feminam duxerat, *gentis Lituanicæ generum* vocat, id ſine exemplo eſt. Gener autem Epiſcopi infra *ad annum* MCCXXIII. *n. 8.* Engelbertus *de Tiſſenhauſen* appellatur.

a) V. *ad*

cum vinculo pacis colligabimus. At illi, Deum vnum ac nomen Chriſtianorum omnino audire dedignantes, bellum magis comminantur: armis *Teutonicorum*, quæ in primo conflictu in porta caſtri rapuerant, ſe induunt, et in ſummitate caſtri gloriantur, ad pugnam ſe præparant, et clam ore ſuo exercitum ſubſannando irrident. *Ruſſinus* et *Letthi*, comprehenſis captiuis omnibus et trucidatis, in foſſatum proiiciunt, et eis, qui in caſtro erant, idipſum comminantur. Interim ſagittarii multos interficiunt, et omnes a defenſione repellunt; alii propugnaculum ædificant. Liuones et Letthi lignorum comportatione foſſatum ab imo vſque ad ſummum implent, et propugnaculum ſuperimpellunt. Letthi cum baliſtariis deſuper aſcendunt, ſagittis ac lanceis in munitione multos interficiunt, multos vulnerant; fit pugna maxima diebus quinque. *Eſtones* primam ſtruem lignorum incendere nituntur, igne copioſo de caſtro in vehiculis miſſo. Liuones et Letthi miſſa glacie et niue exſtingunt. *Arnoldus*, *Frater Militiæ*, ibidem nocte ac die laborans, tandem lapide ingenti proiectus, in martyrum conſortium tranſmigrauit. Qui erat vir valde religioſus, et ſemper orans: et quod orauit, hoc, ſicut ſperamus, inuenit. *Teutonici* machinam inſtruentes nocte ac die lapidum iactatione loca munita confringunt, et homines et iumenta infinita in caſtro interficiunt. Quia *Eſtones* talia nunquam viderant, et domos ſuas contra tales impetus non firmauerant. Liuones cum Letthis ſtruem lignorum ſiccis lignis ſuperadaugent vſque ad *plancas* a). *Eylardus* de *Dolen* deſuper aſcendit. Sequuntur Teutonici in armis: *plancas* ſoluunt: aliam munitionem de intus inueniunt, quam ſolvere non poſſunt. Caſtrenſes deſuper congregantur: lapidum atque lignorum iactibus Teutonicos repellunt. qui deſcendentes, ignem apponunt, caſtrum incendunt. *Eſtones plancas* ardentes et ligna munitionis incenſa ſoluunt et diſtrahunt. Finito incendio, in craſtino omnia reponunt, et ad defenſionem reſidui ſe iterum confortant. Erant autem in caſtro multa cadauera interfectorum, et defectus aquarum, et fere omnes vulnerati, vt iam deficerent. Die ſexto Teutonici: *Numquid*, inquiunt, *reſiſtitis adhuc, et Creatorem noſtrum non agnoſcitis?* Ad hæc illi: *Cognoſcimus quidem Deum veſtrum maiorem diis noſtris, qui nos ſuperando animum noſtrum ad ipſius culturam inclinauit: Vnde rogamus, vt, parcendo nobis, iugum Chriſtianitatis, ſicut et Liuonibus et Letthis, ita et nobis miſericorditer imponatis.* Vnde Teutonici, euocatis Senioribus de caſtro, omnia iura Chriſtianitatis eis proponunt, et pacem in fraternam charitatem promittunt. Qui de pace nimium credentes et gaudentes, eodem tempore cum Liuonibus et Letthis eodemque iure ſacramenta baptiſmi recipere pollicentur. Vnde, poſitis obſidibus et pace firmata, ſacerdotes in caſtrum recipiunt, qui omnes domos et caſtrum et viros et mulieres cum omni populo aſpergentes aqua benedicta, et quodammodo initiantes, ante baptiſmum *catherizantur* b), præ nimia ſanguinis effuſione, adhuc 1210.

a) V. *ad annum* MCCXVIII. *n. 5.*

b) Ita perpetuo ſcriptum pro *catechizantur.*

1210. ſacramentum baptiſmi differentes. His ita peractis, reuerſus eſt exercitus in Liuoniam, et de conuerſione gentium omnes glorificabant Deum. Poſt hæc in Paſchali ſolennitate mercatores, audientes omnia conſilia *Eſtonum* et aliorum paganorum in circuitu, qualiter ante aduentum Epiſcopi et peregrinorum Liuoniam et ciuitatem *Rigenſem* deſtruere cogitabant, iter ſuum in *Gotlandiam* differebant, mercationes ſuas et negotia negligentes, et vſque ad aduentum peregrinorum cum omnibus nauibus ſuis remanſerunt. Interea miſſi ſunt nuncii in *Eſtoniam*, videre, quid a paganis agatur. Qui reuerſi bella nunciant, pacem ſecum referunt, conſilia infidelium et perfidorum aperiunt. Et confeſtim ſurrexit *Caupo* et *Bertholdus de Wenden* cum ſuis confratribus, ac ſerui Epiſcopi, et ibant in *Saccalanenſem* prouinciam viciniorem, et incenderunt villas omnes, ad quas pertingere potuerunt, et occiderunt viros omnes, et mulieres captiuas reduxerunt, et reuerſi ſunt in Liuoniam. Et ſequuti ſunt eos *Saccalanenſes* et incenderunt omnes villas circa *Aſtigerwe* etiam et ipſi, et peruenerunt vſque ad *Vmeram*, et occiſis quibuſdam Letthis, mulieres et paruulos captiuos duxerunt, et ſpolia ſecum detulerunt. Poſt quos *Lambito* et *Meme*, Seniores de *Saccalen*, ſurgentes, cum alio exercitu tranſierunt *Vmeram*, et peruenerunt ad Eccleſiam, et incenderunt eam, et omnia, quæ erant ſacerdotis, deuaſtantes, et per totam parochiam pecora et ſpolia multa colligentes, et homines, quos rapuerunt, occidentes, mulieres et pueros et puellas captiuas deduxerunt, et facta eſt tribulatio magna in omni confinio Liuoniæ. Nam *Saccalanenſes* et *Vngannenſes* Letthos impugnabant; *Rotalienſes*, et maritimæ prouinciæ Liuones Epiſcopi in *Metſepole* et in Lethegorwe tribus exercitibus impetebant, ita vt vnus exercitus alium ſequeretur, et alii redeuntes, alii venientes, requiem non darent Liuonibus die ac nocte; ſed perſequentes eos tam in latibulis ſiluarum, quam in ſtagnis et in agris, occiderent eos, et mulieres captiuarent, et equos et pecora tollentes, ſpolia multa aſportarent, et pauci ex eis ſuperſtites remanerent, et humiliauit Deus perfidiam ipſorum in magna parte eodem tempore, vt deinceps fideliores efficerentur. *Oſilienſes* piraticis ſuis *Goiwam* intrantes, et in *Thoreidam* aſcendentes, parochiam in *Cubbeſel* totaliter deuaſtarunt, et omnem prouinciam in circuitu deſpoliantes, alios occiderunt, alios captiuos deduxerunt, et alii ex eis fugientes *Rigam* euaſerunt, et contra impetum paganorum auxilium poſtularunt. *Rigenſes* autem, ciuitatem diligenti cuſtodia ſeruantes, et traditionem quorundam perfidorum timentes, aduentum Epiſcopi et peregrinorum exſpectabant.

2. EPISCOPVS autem hoc tempore, cum *Volquino*, Magiſtro Fratrum Militiæ in Liuonia, *Romam* veniens, a Summo pontifice benigniſſime receptus eſt, et ſuper diuiſione Liuoniæ ac Letthiæ priuilegia recipiens c), et ſuper prædicatione in remiſſionem peccato-

c) Formulam damus in appendice documentorum.

d) Huic

catorum autoritatem renouatam accipiens, cum gaudio reuerſus eſt. 1210.
Et miſſis reſcriptis priuilegiorum verſus *Pruſſiam*, in Liuonia omnem populum non modicum lætificauit, vt lachrimis nunciantibus occurrerent, eo quod poſt bellorum multa incommoda conſolationem etiam Summi pontificis acciperent. Annus erat præſulis XIII. et non quieuit Eccleſia a bellis. Redeunte itaque Epiſcopo de *Teutonia*, venerunt cum omni lætitia cum eo tres Epiſcopi, *Philippus Raceburgenſis* d), *Iſo Werdenſis* e), et *Pathelbornenſis* f) *Epiſcopus*. *Helmoldus de Pleſſe*, *Bernardus de Lippia* g) et omnes nobiles et peregrini quam plures, quorum aduentus erat omnibus deſiderabilis, vt liberaret ſedentes in periculis. Letthi ergo, gauiſi de aduentu peregrinorum, conueniunt ad *Ymeram*, et procedentes cum paucis, obuiam habent exercitum magnum paganorum, et videntes multitudinem eorum, conuerſi ſunt in fugam. Quos perſequentes *Eſtones*, et aliquos ex eis occidentes, ſequuntur ad *Ymeram*, et tota nocte euntes mane veniunt ad *Ropam*, et Eccleſiam incendentes, et eccleſiæ dotem, et omnem prouinciam circumeuntes, villas et domos flammis tradunt, viros occidunt, mulieres et paruulos de latibulis ſiluarum extrahentes, captiuos trahunt. Quod audientes *Rigenſes* cum peregrinis, exeunt; in *Thoreidam* veniunt. Sed pagani aduentum eorum verentes, poſt triduum cum omni rapina ſua velociter in terram ſuam reuertuntur, et *Caupo* cum quibuſdam Teutonicis et aliis ſequens in *Saccalam*, villas multas et caſtra *Owele* et *Purke* incendit, et tollens ſpolia multa, viros multos occidit, et mulieres cum paruulis captiuas adducit.

INTE-

d) Huic Philippo, ſedis Raceburgenſis renouatæ quarto Epiſcopo, dedicauit Continuationem Chronici Slauorum ARNOLDVS LVBECENSIS, cuius *lib. 7. c. 11.* initia celebrauit. Fuit is amicus familiæ Welficæ, quemadmodum deceſſor *Iſfridus*, qui Henrico Leoni animam agenti aſſtitit. Cum Pontifex Ottonem IV. Imperatorem, eiusque amicos, diris deuouiſſet; Philippus, hoc fulmen eluſurus, in Liuoniam conceſſit, ibique æuum exegit, Germaniæ parum notus; ad nunc denique ex hoc Chronico noſcendus. Nam quæ CRANZIVS *Metropol. l. 7. c. 22.* habet, vix euolui merentur.

e) Iſo, Verdæ ad Alleram Epiſcopus, e Comitibus de Welpia, ab ARNOLDO *lib. 7. c. 9. n. 7.* in Magnatibus enumeratur, qui Alberto in negotio Liuonienſi auxiliatrices manus præbuere; itemque *c. 19. n. 2.* in Epiſcopis et Principibus, qui anno MCCIX. Herbipolim confluxere ad obedientiam Ottonis IV. Imperatoris. Cum hanc per minas Pontificis venerari poſt reditum ex Italia non auderet; fratres tamen colere non deſiit, præſertim ex quo poſt mortem Ottonis Henricus Palatinus et Fridericus II. tam arcta amicitia conglutinati ſunt, vt hic illum Legatum Imperii conſtitueret. Quo pariter defuncto, Iſo noſter pro Ottone Puero, qui tum in carcere Suerinenſi detinebatur, omnes neruos intendit, vt patrimonium ei ſaluum eſſet: in quo conferuando, atque in vicinorum beneuolentia comparanda, matri Helenæ præcipuus adiutor fuit. Et quia in diplomatibus ſuis Helenam *commatrem* vocat; non ſine ratione creditur Ottonem Puerum e ſacro fonte leuaſſe, eiusque *pater luſtricus* fuiſſe.

f) Huius geſta perſequitur SCHATEN. *Annal. Paderborn. t. 1. ad annum* MCCIII. *ſeq.*

g) Bernardus de Lippia, Henrici Leonis ſupremus copiarum ductor, miles acerrimus, poſt fata Domini, rerum humanarum pertæſus, in monaſterio Ciſtercienſis ordinis Mariæfeldenſi, diœceſis Monaſterienſis, cucullam induit, literas iam ſenex diſcit, monaſticiſque exercitiis nunc magis, quam armis, delectatus, pio zelo agitur in Liuoniam; vbi mox Dunamundenſi cœnobio Abbas præficitur; Semigallenſium denique Epiſcopus creandus. Singularia narrant ALBERTVS STADENSIS *ad annum* MCCXVIII. ALBERICVS *ad annum* MCCVII. *p. 445.* MEIBOM. *Scriptor. t. 1. p. 438.* SCHATEN. *Annal. Paderborn. t. 1. p. 902.* Quibus addendus Noſter *infra n. 4. et ad annum* MCCXVII. *n. 1.*

1210. 3. INTERIM *Oſilienſes* et *Reuelenſes* et *Rotalienſes* conuocant exercitum magnum et fortem de omnibus prouinciis maritimis adiacentibus, et erant cum eis omnes Seniores de *Oſilia* et *Rotalia* et de vniuerſa *Eſtonia*, habentes multa millia equitum et plura millia nauigio venientium, in Liuoniam procedunt. Et equites cum peditibus in *Metſepole* venientes, Thoreidam feſtinant: alii de trans mare venientes piraticis ſuis *Goiwam* aſcendunt, et vno die ſimul cum equitibus ſuis iuxta caſtrum magnum *Cauponis*, quod Liuones tunc propter metum paganorum inhabitabant, omnes conueniunt, obſidentes eos vndique in circuitu. equites in anteriori parte caſtri; alii in poſteriori iuxta piraticas ſuas ad flumen reſident. Et occurrunt eis baliſtarii in campum, qui a *Riga* miſſi caſtrum cum Liuonibus cuſtodiebant, et multos ex eis vulnerant; multos interficiunt, vtpote inermes, quia non habent conſuetudinem armorum in tantum, quantum aliæ gentes. Poſt hoc *Eſtones* per prouinciam mittunt ex ſuis fortioribus ad deſpoliandam terram: qui incendentes villas et eccleſias et ex Liuonibus comprehenſos occidunt; alios captiuos ducunt, et ſpolia multa tollentes, et boues et pecora in conuentum ſuorum compellunt, et mactantes boues et pecora, diiſque ſuis immolantes, fauorem ipſorum requirunt. Sed caro percuſſa, cadens in partem ſiniſtram, Deorum offenſam, et omnem ſenſum indicat ſiniſtrum h). Ipſi tamen ab incepto non deſiſtentes, caſtrenſes impugnant; lignorum ſtrues faciunt; montem caſtri fodiunt; ibidem ſe *Magetas*, id eſt, *manere in perpetuum*, promittunt, donec aut caſtrum deſtruant, aut Liuones ad ſuum conſenſum emolliant, vt ſtatim deinceps eodem itinere ſecum ad deſtruendam *Rigam* vadant. Et ait Liuo quidam de caſtro: *Maga magamas*, id eſt, *Iacebis hic in æternum.* Fratres ergo Militiæ in *Sygewalde*, videntes omnia, quæ pagani faciebant, Rigenſibus ſignificant, auxiliumque peregrinorum poſtulant. Superuenientes nuntii Liuonum in caſtro obſeſſorum, omnes miſerias, quas a paganis paſſi ſunt Liuones et Letthi, lachrimabiliter inſinuant: Epiſcopis ſupplicant, vt miſſis viris ſuis Eccleſiam ſuam liberent. Confeſtim Epiſcopi, milites ſuos hortantes, peregrinis et omni populo in remiſſionem peccatorum iniungunt, vt fratribus ſuis Liuonibus ſubueniant, et vindictam faciant, Deo donante, in *Eſtonum* nationibus. Et ſurrexerunt peregrini cum Fratribus Militiæ et *Helmoldus de Pleſſe*, et milites alii, induentes ſe armis ſuis, et equos ſuos phalerantes, cum peditibus ſuis et Liuonibus et omni comitatu ſuo proficiſcuntur ad *Goiwam*, et transeuntes *Goiwam*, et procedentes tota nocte, paganis iam appropinquant, et ordinantes exercitum, eumque ad bella ducentes, pedites via magna, quæ eſt ad *Wendeculam*, præmittunt. Equites vero via, quæ eſt ad dextram, ſubſequun-

h) V. *ad annum* MCCVI *not. b*). Nouum diuinationis genus, quo victima percuſſa, cadens in ſiniſtrum latus, ſiniſtrum; in dextrum, proſperum rei ſuſcipiendæ præſagit euentum. Caſpar PEVCERVS *de var. diuinat. gener. p. 360. ſeq.* plura alia recenſet; huius expers.

i) Cum

quuntur. Et ibant pedites caute et ordinate, et mane facto descen- 1210.
dentes de monte, vident castrum et exercitum paganorum, et vallis erat inter eos. Et statim percusso tympano lætitiæ cum instrumentis musicis et cantu suo virorum animos exhilarantes, Deique clementiam super se inuocantes, festinanter ad paganos accelerant, et, transito riuulo, ad colligendum se in vnum, modicum subsistunt. quo viso, pagani, rebus certis territi, currunt; clypeos apprehendunt; alii ad equos properant; alii sepem transiliunt; simul in vnum conueniunt; clamoribus suis aërem turbant; in multitudine magna Christianis occurrunt; lanceas super eos, tamquam imbres, mittunt. Christiani lanceas clypeis ferreis excipiunt, quibus exhaustis gladios arripiunt, propius accedunt, bellum committunt, cadunt vulnerati, pugnant viriliter pagani. Quorum fortitudinem videntes milites, per medios hostes confestim irruunt: equis suis phaleratis timorem eis incutiunt: ad terram multos prosternunt: alios in fugam conuertunt; fugientes persequuntur; per viam et per agros comprehensos interficiunt. Liuones de castro cum baliſtariis fugientibus paganis occurrunt, ventilantes eos per viam, et includentes in medio, et occidentes vsque ad *Teutonicos*, in tantum persequuti sunt, vt pauci ex eis euaderent, et vt Teutonici etiam quosdam ex Liuonibus simul Estones interficerent. quidam vero ex eis alia via, quæ est circa castrum versus *Goiwam*, fugientes, ad aliam partem exercitus sui venientes, euadunt. Sed plures ex eis in montis descensione a militibus persequentibus occiduntur. Vbi *Euerhardus*, *Frater Militiæ*, interficitur, et quidam ex militibus nostris vulnerantur. Interim alia pars exercitus, videns interitum suorum, in monte, qui est inter castrum et *Goiwam*, congregatur, et ad defensionem se præparat. Liuones vero et pedites Christianorum ad spolia currunt; equos diripiunt: quorum erant ibi plura millia; bellum ad paganos resiluos negligunt. Sed milites et baliſtarii impugnantes eos in monte sedentes, multos ex eis interficiunt. Vnde ipsi petentes pacem, baptismi sacramenta se recepturos promittunt. quorum verbis milites credentes, illud Episcopis significant, vt ad ipsos recipiendos veniant. Ipsi vero nocte in piraticas suas confugiunt, et ad mare descendere cupiunt. Sed baliſtarii ex omni parte *Goiwe* descensum eorum impediunt. Alii peregrini, cum *Bernardo* de *Lippia* Riga venientes ad *Goiwam*, pontem in flumine faciunt, et structuras lignorum desuper ædificant, venientes piraticas sagittis et lanceis excipiunt: via fugiendi paganis vndique præcluditur. vnde tacito noctis sequentis silentio, relictis omnibus suis, clam de piraticis suis exeuntes effugerunt, et quidam in siluis, quidam secus viam flectendo, fame perierunt, et pauci ex eis in terram suam, vt verbum domi nunciarent, euaserunt. Erant autem equorum ibidem acquisitorum fere duo millia. Peregrini, et omnes, qui bello interfuerunt, *Rigam* redeuntes, et piraticas paganorum secum ducentes fere trecentas, præter minores naues, equos et spolia omnia æqualiter inter se diuiserunt, Ecclesiis partes suas donan-

1210. tes, et cum Episcopis et omni populo Deum collaudantes, qui in aduentu primo, plurimorum Episcoporum tam glorioſum de paganis triumphum conceſſit. Tunc enim Eccleſia Liuonienſis Deum vere pugnare pro ſe intellexit, eo quod in eodem bello caput *Eſtoniæ* cecidit, id eſt, Seniores *Oſiliæ* et Seniores *Rotaliæ* et aliarum prouinciarum, qui ibidem omnes interfecti ſunt. Et ita quieſcere fecit Dominus ſuperbiam eorum, et arrogantiam fortium humiliavit.

4. EPISCOPVS igitur Liuonienſis, accepta a Summo pontifice auctoritate i), in tranſmarinis terris, quas Deus per Liuonienſem Eccleſiam fidei ſubiiceret Chriſtianæ, vice Archiepiſcopi, Epiſcopos creandi et conſecrandi, *Theodoricum*, Abbatem Ciſtercienſis ordinis in *Dunenmunde* ſibi cooperatorem continui ſui laboris aſſumpſit, et, in *Eſtonia* promittens Epiſcopatum, eum in Epiſcopum conſecrauit k). *Bernhardum de Lippia* deinceps in Abbatem con-

i) Cum Chriſtianorum numerus in regionibus mirum in modum auctus eſſet; Liuonienſi Antiſtiti nouas eccleſias Cathedrales ibi condendi atque Epiſcopos præficiendi partes demandauit Pontifex, auctore RAYNALDO *ad annum* MCCXVII. *n. 45.* referente iſta ad Honorium PP. III. Sed ab ipſo Innocentio III. iam ante talem auctoritatem emanaſſe, non Noſter ſolum tradit, ſed et ſubiecta Pontificis epiſtola docet.

k) Adſcitis in conſecrationis ſocietatem Raceburgenſi, Verdenſi et Paderbornenſi Epiſcopis, qui tunc *Rigæ* præſentes erant. *Rigæ* enim conſecrationem hanc peractam eſſe, diſertis verbis affirmat Noſter *ad annum* MCCXVIII. *n. 2.* Quod præterea annotandum cenſeo, ne Theodoricum *in Germania* conſecratum putes, ob diſcordantem epocham, Pontificiis literis adſcriptam, nec facile cum Noſtro conciliandam, niſi pro anno Pontificatus XVI. annum reſcribas XIII. qui eſt Chriſti MCCX. quem Noſter habet. Licet autem Theodoricus ille *primus* Eſtoniæ Epiſcopus vulgo habeatur; in promtu tamen argumenta ſunt, quibus contrarium probari poteſt. Vt enim ſupra in *Geſtis* MEINARDI *not. c)* probatum dedimus, *Eſtoniam*, Liuoniæ partem ſeptemtrionalem, antiquitus Chriſtianis cognitam et aditam fuiſſe; ita hoc loco animaduertendum, Sueciæ Reges et Epiſcopos, ab Alexandro PP. III. incitatos, ſuperiori ſeculo iam ſaluti *Eſtonum*, ad cognitionem Chriſti perducendorum, inuigilaſſe. Non iam prouoco ad ſubſcriptiones trecentorum duorum Epiſcoporum, e diuerſis mundi partibus vocatorum ad Concilium Lateranenſe, anno MCLXXIX. ſub Alexandro PP. III. celebratum: quorum laterculum exhibet Dn. MARTENE *collect. ampliſſ. tom. 7. p. 78. ſeq.* et in quo *p. 86.* de prouincia Bremenſi comparet *Bernoz Virinenſis Epiſcopus.* Licet enim hic Vironenſis in Eſtonia Epiſcopus intelligi poſſe videatur, qui propterea Bremenſi Metropoli accenſeatur, quod e reliquo Septemtrione nullus Epiſcopus Concilio interfuerit; manifeſtum tamen eſt, literas hic male diuiſas, legendumque eſſe *Berno Zuirinenſis Epiſcopus:* de quo HELMOLDVS *lib. 1. c. 87. n. 10.* et ARNOLDVS *lib. 2. c. 14. n. 6.* et *lib. 4. c. 24. n. 1.* Certior eſt *Fulco*, monachus Cellenſis ex vrbe Tricaſſina Francorum: cuius frequens mentio in Epiſtolis PETRI CELLENSIS, a IACOBO SIRMONDO editis. Hic enim circa annum MCLXX. electus eſt, qui Fennorum ſimulque *Eſtonum* conuertendorum prouinciam ſuſtineret, quod vtriusque gentis, non niſi freto Fennico diuiſæ, eadem prope lingua eſſet. Et licet Sueci eum propterea Catalogo Epiſcoporum Finlandiæ inſerant; noſtra tamen documenta eum ſolum *Eſtonum* vocant Epiſcopum. Promouit negotium Alexander PP. III. ſcripta non ſolum ad Trundenſem Archiepiſcopum et ad Stauangrienſem Epiſcopum epiſtola, VT FVLCONI, *Eſtonum Epiſcopo, qui ad conuertendam illam gentem miniſterium prædicationis aſſumſiſſet, Nicolaum monachum, qui de gente illa eſſet oriundus, in ſocium concederent;* ſed et literis ad Reges, Principes et alios Chriſti fideles, per regna *Sueonum, Gothorum, Danorum* et *Norwegienſium* conſtitutos, datis, eos *ad feritatem Eſtonum* compeſcendam exhortatur, *omnibus, qui aduerſus dictos paganos potenter et magnanimiter decertauerint, vnius anni remiſſione peccatorum*, ſicut his, *qui ſepulcrum Dominicum viſitant*, promiſſa; *in conflictu* autem pereuntibus *omnium remiſſione peccatorum conceſſa.* Fulchoni ſucceſſit IVLIVS, *Eſtonum Epiſcopus*, quem idem Alexander alia epiſtola cunctis fidelibus, per *Sueciam* et *Daciam* conſtituto commendauit, tamquam virum, *qui ad conuertendam gentem illam ſui Epiſcopa-*

conſecrauit. Idem *Bernhardus* Comes, dum quondam in terra ſua 1210.
multa et incendia et rapinas committeret, a Deo caſtigatus, plagam debilitatis in pedibus incurrit, vt claudus vtroque pede in ſporta diebus multis portaretur. Vnde compunctus, religionem Ciſtercienſis ordinis aſſumpſit, et aliquot annis religionem diſcens et literas, autoritatem a Domino Papa verbum Dei prædicandi, et in Liuoniam proficiſcendi accepit, et, vt ipſe ſæpius retulit, accepta cruce ad terram beatæ virginis, ſtatim conſolidatæ ſunt plantæ eius, et recepit ſanitatem pedum, et in primo aduentu eius in Liuoniam in *Dunenmunda* conſecratus eſt in Abbatem, et poſtmodum *Semigallorum Epiſcopus* effectus eſt.

5. LIVONES quoque, poſt bellorum multa incommoda, tam de aduentu Epiſcoporum, quam de victoria inimicorum ſuorum lætificati, conueniunt de *Duna* et *Thoreida*, et omnibus finibus *Liuoniæ*, ſupplicantes Epiſcopis et petentes, iura Chriſtianorum et maxime decimam alleuiari, promittentes tam in bellis contra paganos, quam in omnibus cauſis Chriſtianitatis perpetuam fidelitatem. Quorum verbis annuentes Epiſcopi, ſuggerunt Epiſcopo *Rigenſi*, quatenus voluntati eorum ſatisfaciat, vt eos ſibi fideles ſemper acquirat. At ille paterna pietate ſuos fouere deſiderans, et etiam fortia bella gentium in circuitu imminentia conſiderans, pro decima menſuram quandam modii, qui eſſet decem et octo digitorum, de quolibet equo l) annuatim ſoluendam, ad petitionem ipſorum, inſtituit, et quatuor Epiſcoporum priuilegiis ſigillando confirmauit, ita tamen, vt, ſi quando fidelitatis ſuæ obliti, infidelium ſe conſiliis commiſceant, et ritibus paganorum baptiſmi ſui Sacramentum inficiant, ad decimas ſoluendas et cetera iura Chriſtianitatis deinceps integraliter teneantur.

HIS

ſcopatus, quæ Chriſtianæ fidei ignara eſſet, totis viribus elaboraret. Vbi tamen obſeruandum, huic epiſtolæ, quæ apud Oernhialm *Iulii* nomen præfert, in editione Sirmondiana itidem inſertum eſſe nomen *Fulconis*. Dabimus has Alexandri epiſtolas in appendice documentorum. Poſt fata Iulii, *Meinardus*, Liuonienſis Epiſcopus, per Eſtoniam, Suecorum auſpiciis, aliquid tentauit: irrito ſucceſſu: vt vidimus in eius Geſtis *n. 13.* Nunc *Albertus*, Meinardo audacior, inconſultis Suecis, animum ad *Eſtoniam* Liuoniæ coniungendam, ſeu potius ſubiiciendam adpellens, *Eſtonibus* Epiſcopum deſtinat, virum Pontifici notum gratumque, et propterea a Pontifice ſtatim confirmatum: ſine cuius auctoritate Suecorum ius antiquius haud facile interuerti poterat. Superuenientibus autem Danis, et Eſtoniam ſibi vindicantibus, poſtea *ius præuentionis* eſt obiectum: vt ſuo tempore videbimus. Sic vnius hominis magnanimitas et ingenioſa ſolertia totius nationis Suecicæ et Danicæ ſpes et molimina ſuffla minauit.

l) Pro *equo* omnino legendum *vnco*: quod librarius ſibi obſcurum, corruppiſſe videtur in ſibi notius *equo*. Pruſſi enim et Liuones certam agri menſuram *Hacken* vocant, eamque latine efferunt per vocem *vncus*: quæ germanico *Hacken* ex aſſe conuenit. Sic in corpore priuilegiorum Pruſſiæ, quod Brunſbergæ anno MDCXVI. prodiit in lucem, diploma primum ex anno MCCCXXXIII. ita habet: *Volumus, vt — de quolibet Polonicali aratro, quod* Hacke *dicitur, vnus modius tritici — annuatim diœceſis Epiſcopo pro decimis perſoluatur.* Et in compoſitione inter Fratres Ordinis Teutonici et Neophytos Pruſſiæ, anno MCCXXXIX. intercedente Legato Pontificio, inita, Neophyti promittunt, ſe *ad ſuſtentationem Presbyteri vniuscuiusque eccleſiæ daturos octo manſos terræ, quatuor videlicet in campis, et quatuor in ſilvis, et decimam viginti* vncorum, *duos boues, vnum equum, vnam vaccam.* FRIDERICVS MENIVS *Prodrom. Iur. et Regim. Liuon. p. 7.* auctor eſt, Lege definitum eſſe, cuius longitudinis et latitudinis eſſe debeat *vncus* Liuonicus, *ein Liefländiſcher Hacken.*

1210. 6. HIS ita disposítis, præsul Albertus, relictis tribus Epiſcopis in Liuonia, et quarto tunc consecrato vice sua commissa, rediit in Teutoniam pro peregrinis et aliis, quæ necessaria erant in futurum annum, colligendis, nequando cessantibus peregrinis magis periclitetur Ecclesia Liuonienſis.

7. SACCALANENSES interim et *Vngannenſes* adhuc sani et incolumes exercitum magnum colligunt, et Letthorum prouincias intrantes et per siluarum latibula ipſos exagitantes, plures ex cognatis et amicis *Ruſſini* comprehendentes interficiunt. Et in *Tricatia Thalibaldum* et prouincias circumiacentes despoliantes, iuxta castrum *Beuerin* congregantur. Et obsidentes castrum, et pugnantes per totam diem cum Letthis, et ignem copiosum importantes, tandem: *Numquid*, inquiunt, *obliti estis interfectorum vestrorum ad Vineram, vt adhuc pro pace facienda nobis non supplicetis?* At illi e contra: *Numquid non estis et vos iam memores Seniorum vestrorum et innumerabilium apud Thoreidam interfectorum, vt nobiscum vnum Deum credatis, et baptismum cum pace perpetua recipiatis?* Quo audito, indignati sunt, et diuertentes a castro, cum rapina celeriter in terram suam redierunt. Letthorum vero de *Beuerin* Seniores, *Dole* et *Payke*, euntes *Rigam*, contra *Saccalanenſes* suppliciter auxilium postulabant. Et surgentes peregrini cum Fratribus Militiæ, et *Theodoricus* frater Epiſcopi, et *Caupo* cum *Liuonibus* vniuersis, et *Bertholdus de Wenden* cum *Letthis*, et congregantes exercitum magnum in *Metsepole*, processerunt ad mare, et ibant itinere dierum trium iuxta mare, et post hoc conuertentes se versus prouinciam *Saccalanenſem* profecti sunt tribus diebus per siluas et paludes via pessima, et defecerunt equi eorum in via, et ceciderunt fere centum ex eis et mortui sunt, et tandem septimo die peruenerunt ad villas, et diuiserunt se per omnem terram, et viros, quos inuenerunt, occiderunt, et vniuersos paruulos et iuuenculas capientes, et equos et pecora ad villam *Lembiti*, vbi fuerat *Maia* m) id est *collectio* eorum, compulerunt, et sequenti die miserunt Liuones et Letthos per tenebrosa nemorum latibula, vbi se abscondentes latebant *Estones*, et inuenerunt quam plures viros et mulieres, et extrahentes eos de siluis cum omni substantia, et viros interficientes, cetera ad *Maias* asportauerunt. Et ibant duo Letthi, *Dole* et *Paycke*, in villam, et repente irruerunt super eos nouem *Estones*, et pugnabant cum eis per totam diem, et Letthi plures ex eis vulnerantes et interficientes, tandem et ipsi ceciderunt. Die tertio fortiores de exercitu, transeuntes *Palam* flumen, despoliauerunt totam prouinciam illam, quæ dicitur *Murumgunde*, et incendentes villas omnes,

m) *Maia* vocabulo non solum pro conuentu publico, sed etiam pro quolibet loco, vbi exercitus congregabantur, tam sæpe vtitur Noster, vt eo præ ceteris delectatus esse videatur. De causa appellationis consulendi GOLDASTVS *ad Eginhart. p. 172.* et ANDREAS RIVINVS *de panegyricis Maiumis, Maicampis etc. c. 8.* De cetero non refragabor, si quis verba: *ideſt collectio;* e margine in orationem irrepsisse existimet.

n) Nisi

omnes, et viros occidentes, mulieres et equos et pecora tulerunt, 1210.
et vſque ad *Gerwam* peruenerunt. Nocte reuertentes, et ludum cum clamore magno et clypeorum percuſſione facientes, ſequenti die caſtrum incenderunt, et alia via redeuntes, et omnem rapinam æqualiter inter ſe diuidentes, cum gaudio reuerſi ſunt in Liuoniam. Et facta eſt peſtilentia magna per vniuerſam Liuoniam, et cœperunt homines ægrotare et mori, et mortua eſt maxima pars populi, incipiens a *Thoreida*, vbi corpora paganorum iacebant inhumata, vſque in *Metſepole*, et ſic in *Vdumæam* vſque ad *Letthos* et *Wenden*, et mortui ſunt Seniores, qui dicebantur *Dabrelus* et *Nunnus* et alii multi. Similiter in *Saccala* et *Vngannia* facta eſt plaga mortis magna, et in aliis terminis *Eſtoniæ*, et multi, qui gladiorum percuſſionem fugientes euaſerant a malo, mortis plagam euadere non potuerunt. Letthi autem *Beuerinenſes* iterum euntes in *Vnganniam*, cum paucis *Eſtones* promptualibus n) ad villas redeuntes, comprehenderunt, quicquid maſculi ſexus erat, occiderunt, mulieribus pepercerunt et ſecum deduxerunt, ſpolia multa tulerunt. Et domum redeuntibus, per viam alii Letthi occurrerunt, iterum in Vnganniam euntes: quod illi reliquerunt, iſti tollunt; quod illi neglexerunt, iſti reſtaurant; qui ab aliis euaſerunt, ab iſtis occiduntur: ad prouincias et villas, ad quas illi non peruenerunt, iſti ſubſequuntur, et rapientes ſpolia multa et captivos, reuertuntur. Et reuertentibus illis, per viam iterum alii Letthi occurrunt, et euntes in *Vnganniam* quicquid a prioribus minus plene actum eſt, ab his integraliter adimpletur. Nam viros omnes, quos apprehendunt, interficiunt, diuitibus et Senioribus non parcunt, ſed omnes in ore gladii condemnant. *Ruſſinus* etiam, ſicut et alii, in vltionem amicorum ſuorum, omnes, quos comprehendit, alios viuos aſſauit; alios alia crudeli morte interfecit. Redeuntibus quoque illis in caſtra ſua, iterum alii Letthi, et quartus iam exercitus de *Beuerin*, ſurgentes cum paucis, et tranſeunter per nemora in *Saccalanenſem* prouinciam, quæ *Aliſte* vocatur, et inuenientes omnes in domibus ſuis, percuſſerunt eos a magno vſque ad minorem, et interficientes multos ex eis, mulieres et equos et pecora tulerunt, et inter ſe cum omni rapina diuiſerunt. Vnde territi *Aliſtegundi* ſimul et alii *Saccalanenſes* miſerunt nuncios in *Rigam*, et, poſitis pueris ſuis obſidibus, pacem ſimul receperunt; ſimul et baptiſmi ſacramentum accepturos ſe promittunt. *Theodoricus* quoque, frater Epiſcopi, cum ſeruis Epiſcopi, et *Bertholdus* de *Wenden*, colligentes exercitum, hyeme iam redeunte, vadunt in *Vnganniam*, et inuenientes totam terram a Letthis vaſtatam, et caſtrum *Tarbatum* deſertum, a Letthis etiam quondam incenſum, tranſeunt flumen, quod dicitur *Mater aquarum* o), et intrantes villas, et paucos

n) Niſi *promtualia* ſint pro *cibariis* accipienda, cuius tamen ſignificatus me fugit auctoritas; ſenſum Auctoris non aſſequor. Vide tamen *ad annum* MCCXIV. *n.3.* vbi pro *cibariis* de ſiluis prodeunt ad villas.

o) Fluuius apud *Dorpatum*, quo *Peipuſien-ſis* et *Worcenſis* lacus iunguntur, Liuonis *Emmaiügge*, Teutonibus Embeck, Noſtro, qui priorem vocabuli partem Hebraice *matrem* ſignificare ſciuit, *Mater aquarum* audit, quaſi diceres *Mutterbach*.

p) Supra

1210. paucos inuenientes, procedunt ad ſiluas, vbi in nemore denſiſſimo pagani indaginem quandam fecerant, et arbores magnas circumquaque ſuccciderant, vt, veniente exercitu, ſe et bona ſua ibi ſaluarent: Appropinquante igitur exercitu Chriſtianorum, audacter occurrunt, et diutiſſime ſe defendentes propter difficultatem viæ, tandem multitudini reſiſtere non valentes, dorſa vertunt, et ſiluas denſas petunt. Sed alii fugientes proſequuntur, et comprehenſos interficiunt, mulieres et paruulos captiuos trahunt, equos et pecora multa depellunt, bona multa diripiunt. Nam de tota illa prouincia ibi cõfugerant, et bona ſua omnia ſecum habebant. Et diuiſis ſpoliis omnibus inter ſe, cum captiuis in Liuoniam redierunt. Celebrata vero *Dominicæ Natiuitatis* ſolennitate, cum frigoris inſtaret maxima aſperitas, et viarum ac pratorum congelatæ eſſent profunditates, mittentes Epiſcopi per omnia caſtra Liuoniæ, et omnes prouincias Letthorum, vt veniant cum Teutonicis in expeditionem, et mittentes milites ſuos cum peregrinis et Fratribus Militiæ, collectionem exercitus apud caſtrum *Beuerin* ſtatuerunt. Et ibat Epiſcopus *Theodoricus Eſtienſis* cum eis, et celebrata Epiphania Deo ſummo maximo, proceſſerunt in *Vnganniam*, et erant circiter quatuor millia *Teutonicorum*, peditum ſimul et equitum, et Liuonum et Letthorum alia totidem. Et ibant in prouinciam *Tarbatenſem*, et tranſeuntes *Matrem aquarum*, venerunt ad indaginem, quam antea Chriſtiani deſtruxerant, et quieſcentibus ibi peregrinis, Livones et Letthi, et qui erant velociores, de exercitu proceſſerunt in *Wagiam*, et deſpoliantes totam prouinciam, apud caſtellum *Somelinde* ſe congregauerunt. Sequenti die venerunt ad ſuos in *Wagia*, et quieſcentes tribus diebus, totam terram in circuitu deſpoliauerunt, et domos et villas flammis tradiderunt, et multos tradiderunt carceri et vinculis, multos interficientes ſpolia multa tulerunt. Et quarto die procedentes in *Gerwiam* diuiſerunt exercitum per omnes prouincias ac villas, et multos de paganis comprehendentes occiderunt, et mulieres et paruulos captiuos duxerunt, et pecora multa et equos et ſpolia rapientes, et in villa, quæ *Carethen* vocatur, congregationem ſuam habentes, omnia, quæ in circuitu erant, incendio vaſtauerunt. Erat autem tunc villa *Carethen* pulcherrima et magna et populoſa, ſicut omnes villæ in *Gerwen* et in tota *Eſtonia* fuerunt, quæ poſtmodum omnes ſæpius a noſtris vaſtatæ et incenſæ ſunt. Poſt triduum reuertentes cum omni rapina villas ac prouincias adiacentes incenderunt, *Mocham* videlicet ac *Normegundam* p), et ſic tandem ad ſtagnum, quod *Worcegerewe* q) vocatur, deuenerunt, et in glacie euntes, in Liuoniam cum gaudio redierunt.

8. AVDIENS itaque Rex Magnus Nouogardiæ *Miſceſlawe*, exercitum Teutonicorum in *Eſtonia* verſari, ſurrexit et ille cum *quindecim*

p) Supra *n.* 7. ſcriptum *Murumgunda*.
q) *Worcegerwe*, hodie *Wurzgerwe*, eſt lacus ille interior, ex quo effluit *Mater aquarum*. *Gerwe* Fennis æque ac Eſtonibus *lacus* eſt.
r) V. *ad*

decim millibus virorum et abiit in *Wagyam*, et de *Wagya* processit in *Gerwam*, et non inuentis Teutonicis, progressus est in *Harriam*, et obsedit castrum *Warbole*, et pugnauit cum eis per dies aliquot, et promiserunt ei Castrenses septingentas marcas *nagatarum* r), et reuersus est in terram suam. 1210.

9. POST reditum vero Teutonicorum ab expeditione in *Rigam*, misit Episcopus *Estienſis* sacerdotem suum, *Salomonem*, in *Saccalam*, vt eis prædicationis verbum ministraret, et baptismi sacramentum, quod iam dudum vouerant se recepturos, celebraret. Et venit in castrum *Viliende*, et receptus est a quibusdam, salutatusque est salutatione oris, et non cordis, qualiter Iudas Yschariot Dominum Iesum salutauit. Et prædicans eis verbum salutis, quosdam ex eis baptizauit. Sed *Saccalanenſes* et *Vngannenſes*, audientes exercitum *Ruthenorum* in Estonia, etiam congregauerunt exercitum de omnibus prouinciis suis. *Salomon* ergo sacerdos, vt audiuit congregationem ipsorum, diuertit a castro cum suis, et cogitauit redire in Liuoniam. *Lembitus* vero de *Saccala*, assumpta turba *Eſtonum*, persequutus est sacerdotem, et inuentum nocte interfecit, et *Theodoricum* et *Philippum*, *interpretes suos* s), cum quibusdam aliis, qui omnes pro fide Christi occubuerunt, et in martyrum, vt speramus, consortium transmigrarunt. Erat autem *Philippus* idem de gente Letthonum, et in curia Episcopi enutritus, et adeo fidelis effectus, vt *interpres* ad ceteras gentes docendas mitteretur, et sicut martyrii particeps factus est, sic et beatitudinis æternæ compos fieri meruit.

10. LEMBITVS vero, post interfectionem istorum piorum virorum, reuersus est ad exercitum suum, et *Ruthenis* existentibus in *Estonia*, ipsi interim in *Russiam* abierunt, et intrantes ciuitatem *Pleſcekowe*, cœperunt occidere de populo, et facto strepitu quodam, cum quibusdam fugientes redierunt in *Vnganniam*, et *Ruthenni* reuersi inuenerunt ciuitatem suam despoliatam.

11. TVNC Liuones, et Letthi, et *Eſtones*, propter pestilentiam et famem, quæ indurabant super eos, bellorum incommoda fastidientes, miserunt nuncios inuicem, et exclusis *Rigenſibus*, fecerunt pacem

r) V. *ad annum* MCCIX. *not. b*).

s) Supra *not. k*) vidimus, Alexandrum III. *Fulconi*, ad docendos *Eſtones* emisso, adiunxisse monachum quemdam *de gente Eſtonum oriundum*: quod non alia de causa factum videtur, quam vt Fulco Episcopus, linguæ *Eſtonicæ* imperitus, interpretem haberet eiusdem peritum. Ipsi legati, ex aula Romana in alia regna missi, semper indiguere lingua hominis in populi vernacula exercitati. Talem cum Innocentius PP. IV. anno MCCLI. in Germania haberet, vt ad Principes certa perferret mandata; scripsit ad eum: *hortamur, quatenus assumto tecum Fratre Theodorico, Magistro domus Teutonicorum Pruſſiæ*, qui linguam nouit Teutonicam, *accedens ad Ducem, Marchiones et Comites Imperii, reuoces eos ad deuotionem ecclesiæ, et ad præstandum homagium -- Wilhelmo Regi - - - efficaciter inducere satagas.* RAYNALD. *ad annum* MCCLI. *n.* 7. Perinterpretes igitur peregrini sacerdotes etiam in Liuonia cum populo egerunt, quoad ipsi dialectum gentis addiscerent. Forte et ad exemplum Brunonis illius, de quo HELMOLDVS *Chron. Slau. l. i. c. 83. n. 18. sermones* habuerunt, *verbis Slauicis* (Liuonis) *conscriptos, quos populo pronunciarunt opportune.*

1210. pacem, et, ceſſantibus bellis, confeſtim fames hominumque ceſſavit mortalitas.

12. POST hoc reſoluta glacie maris et *Dunæ*, reuerſi ſunt in Teutoniam Epiſcopus *Werdenſis*, et Epiſcopus *Pathelbornenſis* cum peregrinis ſuis, et remanſit *Rigæ Philippus Raceborgenſis* Epiſcopus, qui inter ſummos fuerat in Curia imperatoris *Ottonis*, et cum ſententia excommunicationis contra eum lata fuiſſet, ipſe ob vitandam præſentiam ipſius, vſque in quartum annum in Liuonia peregrinatus eſt.

13. POST quorum diſceſſum *Rutheni* de *Pleſcekowe*, indignati contra *Woldemarum*, regulum ſuum, eo quod *filiam* ſuam *fratri Epiſcopi* t) in *Riga* tradiderat *vxorem*, expulerunt eum de ciuitate cum familia ſua: qui confugiens ad regem de Ploſcekowe u) parvam ab eo conſolationem accepit. Vnde *Rigam* deſcendens cum viris ſuis, a genero ſuo et familia Epiſcopi honorifice ſuſceptus eſt.

ANNVS ALBERTI XIV. CHRISTI MCCXI - MCCXII.

1. *Redux e Germania Epiſcopus pacem facit cum Eſtonibus.*
2. *Pacem quoque facit cum Ruthenis, qui iuri ſuo in Liuoniam renuntiant.*
3. *Coniurant Letti contra Fratres Militiæ, nullo modo ſedandi.*
4. *Rebelles tandem armis perdomantur.*
5. *Lex ſubiectionis.*
6. *Controuerſia inter Lettos et Fratres Militiæ per arbitros definita.*
7. *Wlodomirus Ruſſus fit Aduocatus prouinciæ Antinenſis, et paullo poſt Idumæorum.*
8. *Kokenhuſani turbant Saccalenſes.*

1211.

1. ANNVS erat Dominicæ incarnationis milleſimus ducenteſimus vndecimus, ſed antiſtitis initium decimi quarti: de cuius aduentu cum peregrinis gaudebat Eccleſia Liuonienſis. Et occurrerunt ei omnes cum Rege *Woldemaro*, excipientes eum cum Dei laudibus, et dedit Epiſcopus Regi benedictionem et munera in charitate de omnibus, quæ adduxerat de *Teutonia*, et pietatis ſtudio ſufficienter in omnibus ipſi fecit miniſtrari. *Eſtones* vero de omnibus maritimis prouinciis conuenerunt cum exercitu magno et reſidebant in *Coiwemunde*, habentes ſecum *Sigfridum*, Rigenſium nuncium, quem, audito Epiſcopi et peregrinorum aduentu, diuerſis pœnis a) cruciatum in Rigam remiſerunt. Et ipſi fugientes in terram ſuam redierunt. Vnde Liuones et Letthi, miſſis nunciis in *Eſtoniam*, de pace, quam inter ſe fecerant, renouanda ſua-

t) Theodorico, qui propterea *gener* audit Wlodomiri.

u) Vides iterum *Pleskouiam* a *Poloſcia* ad Dunam, licet eodem fere modo ſcriptam, diſtinctam; vtramque autem *Ruthenis* parentem. Ei licet poſterior hodie *Lituanie* accenſeatur; a Ruſſis tamen hodienum totus ille terrarum tractus habitatur vſque ad Kioviam. Teſtem cito MECHOVIVM, qui *Sarmatiæ lib. 2. c. 3. p. 146.* *In aliis*, inquit, *prouinciis circumiacentibus, vt in Nouigrod, in Pleſkouia, in Poloczo, in Smolensko, et in meridiem vſque poſt Kiou, Rutheni ſunt omnes, et Ruthenicum ſeu Slauonicum loquuntur, ritumque Græcorum obſeruant, et obedientiam Conſtantinopolitano Patriarchæ præſtant.*

a) V. Geſta MEINARDI *not. k).*

suaserunt. Et gauisi sunt *Estones*, et remiserunt cum eis viros 1211.
suos in *Thoreidam*, et vocatus est Episcopus cum Fratribus Militiæ et Senioribus de *Riga*, et conuenerunt cum nunciis Estonum, requirentes, quæ iusta sunt, et quæ tantorum bellorum causa sit. Et post multas verborum contentiones, tandem facta est pax ad tres annos, per omnia; relictis tamen *Saccalanensibus* vsque ad fluuium *Palam*, in Episcopi et Teutonicorum potestate, vt, qui datis obsidibus fidem se Christianam accipere promiserunt, integraliter iure baptismatis suscepto gaudeant, et Christianitatis. Vnde facta pace cum *Estonibus*, cessauit tam in *Riga*, quam in Liuonia et Estonia hominum mortalitas: non tamen quieuit a bellis. Nam Liuones quidam perfidi, qui erant adhuc filii sanguinarii, lacerantes vbera matris Ecclesiæ, quærebant omne consilium, qualiter Fratres Militiæ, qui erant in *Sigewalde*, dolo tenerent et defraudarent, vt, ipsis eiectis de terra, facilius familiam Episcopi cum aliis *Teutonicis* expellerent.

2. REX interim de *Ploscke* mittens vocauit Episcopum, diem præfigens et locum, vt ad præsentiam ipsius apud *Gercike*, de Liuonibus quondam sibi tributariis responsurus, veniat, vt et sibi colloquentes viam mercatoribus in *Duna* præpararent securam, et pacem renouantes facilius *Letthonibus* resistere queant. Episcopus vero, assumptis secum viris suis, et rege *Woldemaro* cum Fratribus Militiæ, et Senioribus Liuonum et Letthorum, ascendit obuiam Regi, et ibant cum eo mercatores in nauibus suis, et induerunt se omnes armis suis, præcauentes insidias *Letthonum* ex omni parte *Dunæ*. Et venientes ad Regem, cœperunt ea, quæ iustitia dictabat, cum eo retractare. Rex vero modo blanditiis, modo minarum asperitatibus Episcopum conueniens, vt a Liuonum baptismate cessaret, rogauit, affirmans, *in sua potestate esse, seruos suos, Liuones vel baptizare, vel non baptizatos relinquere.* Est enim consuetudo *Regum Ruthenorum*, quamcunque gentem expugnauerint, non fidei Christianæ subiicere, sed ad soluendum sibi tributum et pecuniam subiugare. Sed Episcopus magis Deo obediendum iudicauit, quam hominibus; magis Regi cælesti, quam terreno: secundum quod in Euangelio suo ipse præcepit, dicens: *Ite! docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris et filii et spiritus sancti.* Et ideo, *se nolle ab incepto desistere, neque prædicationis officium a Summo pontifice sibi iniunctum negligere*, constanter affirmauit. Sed neque Regi tributa sua dari prohibebat, secundum quod Dominus in Euangelio suo iterum ait: *Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, et quæ sunt Dei, Deo.* Quia et ipse Episcopus versa vice quandoque eundem censum etiam Regi pro Liuonibus persoluerat. Liuones autem, nolentes duobus dominis seruire, tam *Ruthenis* videlicet, quam *Teutonicis*, suggerebant Episcopo in omni tempore, quatenus eos a iugo *Ruthenorum* omnino liberaret. Sed rex verborum iustis rationibus non acquiescens, tandem indignatus est, et omnia castra Liuoniæ simul et ipsam *Rigam* se flammis tradere com-

1211. minatus, exercitum ſuum de caſtro iuſſit exire, et cum *Teutonicis* bellum inire ſimulans, ordinauit omnem populum ſuum in campo, cum ſagittariis ſuis, et appropinquare cœpit ad eos. Vnde viri omnes Epiſcopi cum rege *Woldemaro* et Fratribus Militiæ, mercatoribuſque, indutis armis ſuis, audacter Regi obuiam proceſſerunt. Et cum congrederentur, *Iohannes*, Eccleſiæ beatæ Mariæ virginis præpoſitus, et Rex *Woldemarus*, cum aliis quibusdam, inter media agmina tranſeuntes, Regem commonitum habebant, ne bellum Chriſtianis inferat, neue bellis ſuis nouellam turbaret Eccleſiam, ne et ipſe cum populo ſuo turbaretur a *Teutonicis*, qui erant omnes fortes in armis ſuis, et habebant deſiderium magnum cum *Ruthenis* pugnandi. Quorum audaciam Rex admiratus, exercitum ſuum redire iuſſit, et tranſiens ad Epiſcopum, et tamquam *patrem* ſpiritualem ſalutans, veneratus eſt. Similiter et ipſe tamquam filius ab eo receptus eſt. Et commanentes ad tempus, verborum interlocutionibus omnia, quæ pacis erant, diligenter inquirebant. Vnde tandem Rex, Dei fortaſſis edoctus inſtinctu, Liuoniam totam Domino Epiſcopo ſine tributo ſaluam et liberam reliquit, vt pax inter eos perpetua firmaretur tam contra *Letthones*, quam contra alios paganos, et vt via mercatoribus in *Duna* ſemper aperta præſtaretur. Et his peractis Rex cum mercatoribus et cum omni populo ſuo *Dunam* aſcendens, reuerſus eſt in *Ploſceke*, ciuitatem ſuam, cum gaudio. Sed et Epiſcopus cum omnibus ſuis maiori gaudio deſcendens, rediit in *Liuoniam*.

3. POST horum reuerſionem orta eſt contentio magna inter Fratres Militiæ de *Wenden* et Letthos de *Antine*, qui tunc erant in ſorte Epiſcopi, de agris et arboribus apum. Et læſis quibuſdam Letthis a Fratribus, peruenit ad Epiſcopum querimonia, et ſurrexit Epiſcopus cum venerabili Domino *Philippo*, *Raceburgenſi* Epiſcopo, et conuocauit Fratres Militiæ cum Liuonibus et Letthis ad placitum, vt ſedando litem ad priſtinam eos concordiam reuocaret. Et litigantes verborum altercationibus duobus diebus, nullam inter eos pacis reconciliationem inuenire potuerunt. Vnde Liuones et Letthi, recedentes a Teutonicis, inter ſe coniurarunt, et *gladiorum calcatione* coniurationem ſuam, paganorum more, confirmarunt. Quorum primus erat *Caupo:* cuius verba erant in hunc modum, vt numquam a fide Chriſti recederet, ſed vt pro Liuonibus et Letthis ad Epiſcopum intercederet, vt eis iura Chriſtianorum alleuiarentur. Sed ceteri omnes, intentionem ſuam non curantes, contra Fratres Militiæ coniurantes, Teutonicos omnes et nomen Chriſtianum de terra Liuonum expellere cogitabant. Quo viſo, reuerſi ſunt Epiſcopi et Fratres Militiæ cum omnibus amicis ſuis, qui venerant cum eis, vnuſquiſque in munitionem ſuam. Tunc congregati ſunt Liuones de *Satteſele* in caſtrum ſuum, et mittentes ad *Lenewardenſes* et *Holmenſes* et *Thoreidenſes* et ad omnes Liuones et Letthos, vt haberent conſilium, et conſenſerunt eis omnes, et cœperunt firmare omnia caſtra ſua, vt colle-

collectis frugibus, subito in castra recipiantur. Et innotuit sermo 1211.
Danieli de *Lenewarden*, qui procurator erat ibidem Aduocatiæ, et misit et cepit omnes Seniores Liuones illius prouinciæ, qui erant conscii omnium consiliorum malorum, et proiecit eos in vincula, et castrum eorum incendit. Similiter *Rigenses*, intelligentes cogitationes pessimas *Holmensium*, miserunt et destruxerunt summitatem castri ipsorum lapidei, quod primus eorum Episcopus *Meinardus* ædificauerat. Et mittentes in *Thoreidam*, castrum Thoreidensium fecerunt noctis silentio incendi, ne post collectionem ipsorum in castro bella contra *Rigenses* fortiora pararent. Vnde post incensionem castrorum, dissipatum est consilium perfidorum. Liuones vero *Satteselenses*, iam dudum in castrum suum recepti, bellum contra Fratres Militiæ in *Sygewalde* inchoantes, cœperunt familiam ipsorum persequi, et occidere quosdam ex eis. At illi exeuntes de castello *Sygewaldensi*, quod nouiter ædificauerant, effugabant eos, occurrentes eis, et persequentes eos, occidentes ex eis. Liuones quoque, plures et fortiores prioribus, iterum obuiantes illis, et persequentes eos, et interficientes ex eis, repulerunt eos in castellum suum. Et in hunc modum diebus aliquot contendebant. Et audivit Episcopus litem ipsorum, et missis nunciis causam belli ipsorum requirebat. Et venerunt nuncii Liuonum *Rigam*, et querimonias multas de *Rodolfo* b), Magistro Fratrum Militiæ, proponentes, agros et prata et pecunias sibi ablatas referebant. Et misit Episcopus primo *Alobrandum* sacerdotem, qui eos baptizauerat cum aliis quibusdam, et euntes frustra laborabant, nec litem ipsam determinare valebant. Ipse deinceps Episcopus cum Domino *Philippo*, Raceborgensi Episcopo, *Thoreidam* veniebat. Et vocatis Liuonibus cum Fratribus Militiæ, causas ipsorum audiebat. Et Liuones cum armis suis trans flumen sedebant, et Teutonicis loquebantur, et in multis articulis Fratres Militiæ accusabant. Et promisit Episcopus restitutionem omnium iniuste ablatorum. De his vero, quæ pro excessibus eorum acceperant, sicut ea iuste demeruerunt, ita nec restitui promittebantur. Et prudentum virorum consilio pueros ipsorum Episcopus obsides requirebat, ne a fide Christiana recederent; Sed ipsi nec obsides dare, nec episcopo nec Fratribus Militiæ obedire, sed fidem Christianam cum Teutonicis omnibus extirpare de terra cogitabant. Quod intelligentes Episcopi, *Rigam* redierunt. Sed sequens eos nuncius eorum cum lachrimis supplicabat, vt iterum mitteretur Episcopus Raceborgensis cum Præposito, si forte quiescerent, et salutaris adhuc doctrinæ monita reciperent. Et missus est *Philippus* Raceborgensis, cum Præposito *Iohanne*, et *Theodorico*, fratre Episcopi, et *Caupone*, et aliis quam pluribus,

b) Fuit, cum putarem, pro *Rodolfo* scribendum et legendum esse *Volquinum*, qui nunc *Magister* erat *Fratrum Militiæ Christi*. Sed cum denuo *ad annum* MCCXVIII. *n. 6. et 7.* Rodolfum *Magistrum Militiæ* et *ad annum* MCCXIX. *n. 2.* Rodolfum *de Wenden*, et postea rursus *Volquinum Magistrum* deprehendem; inductus sum ad credendum, Rodolfum hunc Fratrum Militiæ, in castro *Wenden* habitantium, Pro-Magistrum fuisse, atque in hac præfectura cum Bertoldo de Wenden, qui demum anno MCCXV. occisus est, alternasse.

1211. ad ipſos Liuones. Et conſederunt omnes cum Liuonibus ante caſtrum ipſorum, retractantes, quæ pacis erant et iuſtitiæ. Sed quidam ex ipſis, venientes poſt tergum, mendaciter nunciabant, Fratres Militiæ cum exercitu prouinciam ſpoliare. Vnde cum clamore magno ac ſtrepitu rapientes Præpoſitum *Iohannem*, et *Theodoricum*, fratrem Epiſcopi, et *Bernhardum* Aduocatum, et milites et clericos, cum ſeruis omnibus, traxerunt in caſtrum, et verberantes eos, in cuſtodiam poſuerunt. Et volebant Epiſcopum rapere; ſed prohibebat eis ſacerdos ipſius, et interpres *Heinricus* de *Lettis*. Ceſſante vero clamore et inſania eorum, rogauit Epiſcopus, Præpoſitum ſuum cum omnibus aliis ſibi reſtitui, et minas pro huiuſmodi illuſione ſuperaddidit. Et reducti ſunt omnes, et monebat eos Epiſcopus iterum atque iterum, ne baptiſmatis ſacramenta contemnerent; ne Chriſtianitatis ſuæ Deique culturam violarent; ne ad paganiſmum redirent: pueroſque duos vel tres obſides exigebat. At illi blande quidem reſpondentes, obſides tamen dare non curauerunt. Et ait Epiſcopus: *O increduli corde, et dura facie, et lingua blandiloqua! cognoſcite creatorem veſtrum.* Et ait. *Quieſcite, et Deum veſtrum cognoſcite, et ritus paganorum derelinquite.* Nihil vero proficientes, ſed quaſi aërem fruſtra verberantes, reuerſi ſunt in *Rigam*. Et Liuones non minus contra Fratres Militiæ bellare cœperunt.

4. EPISCOPVS igitur *Albertus*, Zizaniam a tritico ſeparare et mala in terra orta volens exſtirpare, antequam multiplicarentur, conuocat peregrinos cum Magiſtro militiæ et Fratribus ſuis, et Rigenſes et Liuones, qui adhuc in ſua ſteterunt fidelitate. Et conueniunt omnes, et collecto exercitu magno, et aſſumptis ſecum omnibus, quæ neceſſaria erant, procedunt in *Thoreidam*, obſidentes caſtrum idem *Dabrelis*, in quo fuerunt Liuones apoſtatantes, et non ſolum Liuones Fratrum militiæ, ſed et Liuones Epiſcopi de alia parte *Goiwe:* quorum princeps ac ſenior fuit *Veſike*. Et exeuntes Liuones a caſtro, ex poſteriori parte, quibuſdam de exercitu læſis, tollebant equos et ſpolia eorum, et reuerſi ſunt in caſtrum, dicentes: *Confortamini et pugnate, ne ſeruiatis Teutonicis.* Et pugnauerunt, defendentes ſe diebus multis. Teutonici vero patherellis munitionem caſtri deſtruunt, lapides multos et magnos in caſtrum proiiciunt, homines et iumenta multa interficiunt. Alii propugnaculum erigunt, quod nocte ſequenti ventus in terram proiicit, et clamor magnus fit, et exultatio in caſtro, diiſque ſuis ſecundum antiquas conſuetudines honorem impendentes, animalia mactant, canes et hircos immolatos ad illuſionem Chriſtianorum in faciem Epiſcopi et totius exercitus de caſtro proiiciunt. Sed fruſtratur omnis labor eorum. Nam propugnaculum fortius erigitur, turris lignea repente firmatur, ad foſſatum deſuper impellitur, caſtrum deſubtus foditur. *Ruſſinus* interea de caſtri ſummitate *Bertholdum Magiſtrum de Wenden*, *Draugum* ſuum, id eſt conſocium, alloquitur, tollens galeam de capite, et inclinans de muni-

munitione, pacis ac familiaritatis priſtinæ verba proponens. Et 1211.
ſubito, dum verba facit, ex improuiſo a baliſtario ſagittam in caput ſuum recipiens, cecidit, et poſtea mortuus eſt. Fodientes itaque in vallo Teutonici die ac nocte, non quieſcunt, donec ad ſummitatem caſtri appropinquant, donec vallum ſcinditur, donec munitio tota iam venire ad terram exſpectatur. Et videntes Liuones altitudinem caſtri ſui firmiſſimi iam ad ima declinare, conſternati animo et mente confuſi, Seniores ſuos, *Aſſen* c), cum ceteris, ad Epiſcopum mittunt, veniam petunt, vt non occidantur, ſupplicant. Epiſcopus vero, vt ad fidei ſacramenta reuertantur, perſuadet, vexillum ſuum in caſtrum mittit: quod ab aliis eleuatur; ab aliis proiicitur. Vnde *Aſſo* ad tormenta ligatur; bellum innouatur; fit nouiſſima pugna peior et crudelior priore. Vnde tandem tradentes ſe, vexillum beatæ Mariæ ſurſum erigitur; Epiſcopo colla ſua ſubiiciunt; vt parcatur eis, ſuppliciter exorant; vt fidem Chriſti neglectam citius recipiant; vt ſacramentalia cuncta deinceps firmiter obſeruent; vt ritus paganorum numquam amplius ad memoriam reuocent. Miſertus autem eorum Epiſcopus exercitum prohibet, ne caſtrum ſubintrent; ne ſupplicantes vlterius interficiant; ne multorum animas gehennæ tradant. Et obediens fideliter exercitus, et reuerentiam exhibens Epiſcopo, ceſſauit a bellis, et pepercit infidelibus, vt fideles efficerentur. Et reuerſus eſt Epiſcopus cum ſuis in ciuitatem ſuam, ducens ſecum Liuonum eorundem Seniores, ceteris iniungens, vt ſubſequantur ad baptiſmi ſacramenta renouanda, paciſque priſtinæ tranquillitatem reformandam. Et venerunt nuncii Liuonum ſequentes Epiſcopum in *Rigam*, veniam petentes coram omni multitudine. Et ait Epiſcopus: *Si renunciaueritis*, inquit, *falſorum deorum cultibus, et ex toto corde veſtro ad vnius dei culturam reuerſi fueritis; et ſatisfactionem dignam pro delictis veſtris tam enormibus Deo et nobis impenderitis: tunc tandem pacem a vobis interruptam reſtaurabimus, et vos in fraternæ charitatis dilectionem recipiemus.* At illi: *Quid*, inquiunt, *a nobis, pater, ſatisfactionis requiris?* Epiſcopus vero, requiſito conſilio alterius Epiſcopi Raceburgenſis et *Decani Halberſtadienſis*, qui tunc aderat, et Abbatis et præpoſiti ſui, nec non et Magiſtri Fratrum Militiæ et aliorum prudentum Senatorum ſuorum, reſpondit eis, dicens: *Pro eo, quod fidei ſacramenta reieciſtis, et Fratres Militiæ. Dominos noſtros ac filios dilectos, bello inquietaſtis, et totam Liuoniam ad idololatriam retrahere voluiſtis, et maxime, in contemptu Dei altiſſimi, et ad noſtram et omnium Chriſtianorum illuſionem, hircos et cetera animalia, diis paganorum immolantes, in faciem noſtram et totius exercitus noſtri proieciſtis, ideo modicam ſummam argenti, centum videlicet Oſeringos vel quinquaginta marcas argenti ab omni prouincia requirimus; inſuper Fratribus Militiæ equos et armaturas ſuas et cetera eis ablata reſtituere tenemini.* Quod audientes perfidi, et adhuc

c) *Aſſen*, paullo poſt *Aſſo*, videtur eſſe *ad annum* MCLXXXXIX. *n. 3. 4. Azo* ille, ſocius Cauponis: de quo ſupra

d) *Race-*

1211. adhuc ſatisfactionem nullàm dare volentes, reuerſi ſunt ad ſuos, differentes et deliberantes apud ſe, et dolos quærentes, qualiter in bello rapta obtineant, qualiter Epiſcopo nihil prædicti iuris impendant. Et mittunt alios meliores prioribus. Et Epiſcopo verba quidem blanda referunt; ſed fraudes in corde meditantur. Quorum perfidiam conſiderans *Alobrandus*, primus eorum ſacerdos, aſſumit eos ſeorſim, docens eos, dicens: *Genimina viperarum, qualiter effugere poteritis iram Dei? qui ſemper perfidiæ felle repleti eſtis, et pro malefactis veſtris nihil ſatisfacere vultis? Facite ergo fructus aliquos pœnitentiæ. Et ſi vere ad Deum conuerti volueritis, Deus erit vtique vobiſcum, vt qui hactenus duplici corde, et inconſtantes fuiſtis, nunc ſitis conſtantes in viis veſtris, vt videatis auxilium Domini ſuper vos. Nondum enim fidei plenam habuiſtis conſtantiam: nondum decimarum veſtrarum oblatione Deum honorare voluiſtis. Nunc vero ſupplicate Domino venerabili Epiſcopo, vt omnium veſtrorum exceſſuum obliuiſcatur, et in plenariam vobis remiſſionem peccatorum iniungat, quatenus ſincere credentes in Deum, omnia Chriſtianitatis iura recipiatis integraliter, et decimas frugum Deo et Dei ſeruitoribus tribuatis, ſicut et aliæ gentes omnes, quæ ſancti baptiſmatis fonte ſunt renatæ. Et augebit vobis Dominus nouem partes reliquas, vt magis abundetis in rebus veſtris, quam ante, et in pecuniis. Et liberabit vos Deus ab aliarum gentium impugnatione, nec non ab omnibus anguſtiis veſtris.* Talibus monitis ſalutaribus auditis, gauiſi ſunt Liuones, et reuerſi in *Thoreidam* nunciauerunt omnibus verbum *Alobrandi* ſacerdotis. Et placuit omnibus, eo quod nullam pecuniæ mulctam ad præſens ſoluere cogerentur, ſperantes in futuro anno, cum Eſtonibus, Teutonibus iterum rebellare. Et venerunt omnes Seniores, qui remanſerunt, ſani de caſtro *Dabrelis*, nec non et Liuones Epiſcopi, de alia parte *Goiwe*, *Veſike* cum ſuis, et alii de *Metſepole* in *Rigam*, rogantes Epiſcopum, vt, ſicut *Alobrandus* edocuit, in fide Chriſti plenariter eos confirmet, et pro malefactorum ſuorum ſatisfactione decimas annuatim eis iniungat perſoluendas. Et diſplicuit ſermo iſte tam in oculis Epiſcoporum, quam aliorum diſcretorum virorum, timentium, promiſſionem ipſorum plenam eſſe omni fallacia et dolorum machinatione. Sed tamen ſupplicatione eorum importuna victus Epiſcopus, et maxime Epiſcoporum d), peregrinorum et totius populi precibus aſſenſum præbens, annuit petitioni eorum, recepitque eos in filios, et, pace data, promiſſionem eorum confirmavit, vt deinceps fiant fideles, et decimas annuatim perſoluant.

5. VNDE Liuones de caſtro *Dabrelis*, ſicut promiſerunt, decimas ſoluunt annuatim, et cuſtodiuit eos Dominus hactenus ab omni impetu paganorum vel *Ruthenorum*. Liuones vero Epiſcopi, ex miſericordia ipſius et magna pietate, menſuram hactenus pro decima ſoluerunt. *Idumæi* quoque et *Letthi*, qui ad bellum non venerunt,

d) *Raceburgenſis* ſcilicet, et *Eſtienſis:* nam iam redierant in patriam. ceteri, *Verdenſis* nimirum et *Paderbornenſis*,

e) V. *ad*

runt, nec fidei ſacramenta violauerunt, menſuram primam, a quatuor Epiſcopis, qui in Liuonia eodem tempore ſimul erant, ſtatutam, pro decima perſoluunt annuatim vſque in hodiernum diem e), qui vero ex eis ad idem bellum venerunt, vel nuncios miſerunt, vel euntes in via redierunt, vel ſaltem equos ſuos ad eundum ſellauerunt, pecunia data, ſuis Aduocatis ſatisfecerunt. 1211.

6. VENERVNT etiam Letthi de *Antine Rigam*, deponentes querimoniam apud Epiſcopos contra Fratres Militiæ de *Wenden* de læſione ſua; inſuper de arboribus ſuis ablatis. Et elegerunt arbitros, et data eſt ſententia f), vt Letthi ſuas arbores apum, iuramento dato, reciperent in ſuam poſſeſſionem. Fratres autem Militiæ agros iuramento obtinerent, et pro læſione, data pecunia ſufficienti, Letthis ſatisfacerent.

7. ET tranſiuit Rex *Woldemarus* cum iiſdem Letthis in *Antine*, et fuit cum eis procurans Aduocatiam eorum, donec commutatione facta Fratres Militiæ caſtrum *Kukenoys* relinquerent integraliter Epiſcopo, et ipſi rurſus *Antine* pro tertia parte *Kukenoys* reciperent in ſuam poſſeſſionem. Et deſignata eſt Regi *Woldemaro* Aduocatia *Theodorici*, generi ſui, in *Ydumæa*, *Theodorico* eunte in *Teutoniam*.

8. HOC tempore venerunt Letthones in *Kukenoys*, petentes pacem et viam ad *Eſtones*. Et data eſt pax et via conceſſa ad Eſtones nondum conuerſos. Et ſtatim venientes cum exercitu, tranſierunt per terram Letthorum pacifice, et intrantes *Saccalam*, comprehenderunt viros multos, et occidentes eos, tulerunt omnem ſubſtantiam eorum, et mulieres et paruulos et pecora eorum rapientes ſecum portauerunt. Et ſpolia multa aſportantes, reuerſi ſunt via alia in terram ſuam. Et indignati ſunt Teutones, eo quod *Saccalam* Epiſcopo iam ſubditam ſpoliauerunt. Et reſpondentes, quod verum erat, et dixerunt, *Eſtones* adhuc collo incedere erecto, et nec *Teutonicis*, nec aliis gentibus, obedire.

ANNVS

c) V. *ad annum* MCCX. *n. 5.*

f) En! ſtilum et vſum iuris Saxonici, ante natales Speculi Repekouiani Magdeburgici; Saxonibus tamen cum Danis communem. Hoc enim iure ſacramenta admodum frequentabantur, et in omni accuſatione princeps quæſtio erat inter partes, vtra ad ſacramentum eſſet admittenda: quam ius decidit plerumque ſecundum reum, præſertim ſi ad remouendam leuitatis ſuſpicionem in promtu habebat *conſacramentales* nonnullos. Quæ res Honorio PP. III. iuri communi repugnare viſa, vt rei aduerſus legitimas accuſationes inficiatione ſe tueri poſſent. Vnde conſtituit, affirmantis crimen probationes audiendas eſſe, reſcribens ad Epiſcopos: *Volentes, vt hæc peſtis, contraria omni iuri, penitus exſtirpetur, mandamus, quatenus in huiusmodi probatione negatiuæ, dum tamen poſſit affirmatiua ex aduerſo probari, neminem audiatis.* RAYNALD. *ad annum* MCCXVIII. *n. 41.* Intulerant Saxones *probationem vulgarem* quoque in Liuoniam. Sed hanc itidem ſuſtulit Honorius PP. III. reſcribens ad Epiſcopum, *vt iudicium, quod ferro candenti cum recens baptizatis temere exercebatur, penitus remoueret.* RAYNALDVS *ad annum* MCCXXII. *n. 40.*

1212. ANNVS ALBERTI XV. CHRISTI MCCXII-MCCXIII.

1. *Abeuntis Alberti Episcopi vices cum laude obit Raceburgensis Episcopus Philippus.*
2. *Letthones Lettiam peruagantur.*
3. *Wissewaldi socer, a Fratribus Militiæ captus, in carcere Wendensi gladio se confodit.*
4. *Wlodomir abit in Russiam.*
5. *Letthones, Dunam superantes, repelluntur.*
6. *Wlodomir e Russia redit in Idumæam.*
7. *Letthonum dux, Steese, occiditur.*

1. ANNO consecrationis suæ decimo quinto reuersus est antistes Ecclesiæ Liuonien sis in Teutoniam, commissa vice sua venerabili præmemorato Raceburgensis Ecclesiæ Episcopo *Philippo*, qui deuotissimus erat in religione et omni conuersatione sua, et oculis ac manibus in cælum semper intentus, inuictum ab oratione spiritum vix vnquam relaxabat. Milites amando, clericos docendo, Liuones et Teutonicos magnæ pietatis charitate fouendo, nouam Ecclesiam in gentibus summopere verbis et exemplis illuminauit. Et respirauit Ecclesia diebus ipsius aliquantulum a bellorum incommodis, licet essent timores intus et foris quotidie de Liuonum et *Estonum* dolosis malarum cogitationum machinationibus, qui semper quærebant mala contra Teutonicos et *Rigensem* ciuitatem.

2. LETTHONES autem, pacem factam cum Teutonicis non curantes, venerunt ad *Dunam*, et vocatis quibusdam de castro *Kukenoys*, lanceam a) in *Dunam* miserunt, paci ac familiaritati Teutonicorum contradicentes. Et congregauerunt exercitum magnum, et transeuntes *Dunam*, venerunt in terram Letthorum, et despoliantes villulas, occiderunt multos, et peruenientes vsque ad *Tricatiam*, *Thalibaldum*, Seniorem illius prouinciæ, ceperunt, et *Waribulum* filium ipsius, et transeuntes *Goiwam* apud *Vmeram* homines in villis suis inuenerunt, et capientes et interficientes ex eis, subito reuersi sunt cum omni præda sua. Et videns *Rameko*, quod captiuus duceretur pater ipsius et frater, surrexit cum *Letthis* omnibus simulque cum eis *Bertholdus de Wenden* cum Fratribus Militiæ. Et sequebantur post eos. Et cum appropinquarent ad eos, timens *Rameko* patris sui interfectionem, si post tergum bellum eis inferret, circumduxit eos via alia. Sed intelligentes hoc *Letthones*, festinanter fugerunt, et euaserunt ab eis. Postquam autem transita *Duna* terræ suæ confinia adirent, effugit ab eis *Thalibaldus*, et decem diebus panem non comedens, lætus reuersus est in patriam suam.

3. EO tempore *Dangeruthe*, pater vxoris Regis *Vissewalde* b), cum muneribus multis ibat ad Regem Magnum *Nouogardiæ*, pacis cum eo fœdera componens. Qui in reuersione sua captus est a Fratribus Militiæ, et ductus est in *Wenden* et proiectus in vincula. Et tene-

a) V. *Gesta* BERTOLDI *n. 5.*

b) V. *ad annum* MCCVIII. *n. 4.*

tenebatur ibidem diebus multis, donec venirent de *Letthonia* quidam de amicis eius ad eum. Post hoc gladio se ipsum confodit. 1212.

4. INTERIM *Woldemarus*, Aduocatus *Ydumeorum* et *Letthorum*, multa metebat, quæ non seminauerat, iudicans iudicia et causas eorum, et, cùm non placerent Episcopo *Raceburgensi*, et etiam omnibus aliis sua iudicia, ipse tandem, desiderium implendo multorum, abiit in *Russiam*.

5. MILITES etiam de *Kukenoys* et Letthi, sæpius eodem tempore *Selones* et *Letthones* despoliantes, villas et confinia eorum vastaverunt, et alios interficientes, alios captiuos ducentes, et in via frequenter insidiantes, multa eis mala intulerunt. Vnde *Letthones* colligentes exercitum, venerunt trans *Dunam* in prouinciam *Lenewardensem*, et comprehenderunt Liuones in villis, et occiderunt ex eis, et mulieres et paruulos et pecora secum ferentes, spolia multa tulerunt, et Seniorem ipsius prouinciæ, *Vldewene*, captiuum deduxerunt. Superuenit autem *Volquinus*, Militiæ Christi Magister, cuius Fratres cum mercatoribus *Dunam* ascenderant. Persequebatur itaque prædictus Magister *Letthones* cum paucis, et inuasit eos post tergum, et pugnauit cum eis, et cecidit princeps ac Senior Letthonum et occisus est, et multi cum eo, et ceteri fugerunt et euaserunt, qui in prima fuerunt acie, et *Vldewene* secum deduxerunt. Pro cuius redemptione postea datum est caput eiusdem Letthonis occisi, vt saltem, capite recepto, debitas post eum cum potationibus celebrarent more paganorum exequias.

6. HIEME sequenti *Woldemarus* cum vxore et filiis et cum omni familia sua reuersus est in Liuoniam, et receperunt eum Letthi cum *Ydumeis*, licet non multum gaudentes, et miserunt ei sacerdotes *Alobrandus* et *Hinricus* annonam et munera, et sedit in castro *Metimne*, iudicans iudicia, et colligens de prouincia, quæ sibi fuerunt necessaria. Et venerunt iterum *Letthones* trans *Dunam* cum comitatu suo. Et erat cum eis Dux et princeps eorum *Stecse*: de cuius aduentu gaudebant Teutonici. Et conuenerunt omnes simul *Bertholdus* de *Wenden* cum Fratribus suis, vocantes secum *Woldemarum* regem, cum aliis Teutonicis et Letthis. Et occurrerunt eis, ponentes insidias in via, et irruerunt super eos, occidentes Ducem eorum *Stecse* prædictum, et alios quam plures, et ceteri fugerunt, vt verba domi nunciarent, et siluit hac ratione Ecclesia diebus paucis.

1213.

ANNVS ALBERTI XVI. CHRISTI MCCXIII-MCCXIV.

1. *Redux Epiſcopus rurſus diſcedit in Germaniam.*
2. *Wlodomirus abitum minatur in Ruſſiam.*
3. *Philippus, Raceburgenſis Epiſcopus, condit vrbem* Fredeland.
4. *Kokenhuſani milites per dolum inſcendunt ſpoliantque caſtrum Wiſſewaldi.*
5. *Chriſtiani exercitum ducunt in Rotaliam.*
6. *Incendio Rigenſi conflagrat Eccleſia Cathedralis, palatium Epiſcopale et Eccleſia Fratrum Militiæ.*
7. *Caſtrum Lealenſe capitur.*
8. *Martyrium* Friderici de Cella, *ordinis Ciſtercienſis monachi.*
9. *Kokenhuſani milites; Lettones laceſſentes, male plectuntur.*

1. ANNVS erat pontificis decimus ſextus, et rediit in Livoniam cum peregrinis multis, inueniens Eccleſiam pacis quodammodo quiete gaudentem, et Epiſcopum venerabilem, prædictum *Raceburgenſem*, eandem vice ſua regentem. Et diſpoſitis omnibus, quæ diſponenda erant, iterum feſtinauit in Teutoniam, vt facilius ad *Concilium Romanum* venire poſſet in ſequenti anno, quod erat iam duobus annis indictum, relinquens præfatum Epiſcopum in domo et in expenſa ſua in *Riga*. Et vxor *Woldemari* erat et omnis familia eius ibidem, cui miniſtrabant omnes in charitate.

2. IPSE autem *Woldemarus* in *Ydumea* et in Letthia collegit res et pecunias, iudicia iudicans ciuilia. Et occurrens ei Alobrandus Sacerdos *Ydumeorum* dixit ei: *Oportebat te*, inquit, *Rex, qui iudex hominum eſſe meruiſti, iudicia iuſta iudicare et vera, non opprimendo pauperes, nec res eorum auferendo, ne neophytos noſtros conturbando magis a fide Chriſti faceres deuiare.* Et indignatus eſt Rex, et comminatus *Alobrando*, ait: *Oportebit me, Alobrande, diuitias et abundantias domus tuæ imminuere.* Nam et exercitum magnum Regum *Ruthenorum* poſtea duxit in domum iſtius, et omnia vaſtauit, ſicut infra dicetur. Et poſt modicum tempus cum omni familia receſſit in *Ruſſiam*.

3. POST hoc Epiſcopus Raceburgenſis *Philippus* cum peregrinis, et *Gerardo* aduocato, tranſiuit in *Thoreidam*, et ædificauit caſtellum quoddam Epiſcopo, quod *Fredeland* appellauit, quaſi *terram pacificans*, ſperans, per idem caſtrum terram pacificari, et ſacerdotum et omnium virorum ſuorum ibi eſſe refugium. Et veneruntad eum ibidem filii *Thalibaldi* de *Tholowa*, *Rameko* cum fratribus ſuis, tradentes ſe in poteſtatem Epiſcopi, promittentes, ſe fidem Chriſtianam, a *Ruthenis* ſuſceptam, in *Latinorum* conſuetudinem commutare, et de duobus equis a) menſuram annonæ per ſingulos annos perſoluere, eo quod tam pacis quam belli tempore ſemper tuerentur ab Epiſcopo, et eſſent cum Teutonicis cor et anima vna, et contra *Eſtones* et *Letthones* eorum ſemper gauderent defenſione. Et recepit eos Epiſcopus cum gaudio, remittens cum eis Sacerdotem

a) V. *ad annum* MCCX. *not. 1)*

tem ſuum, qui erat prope *Ymeram*, qui eis fidei ſacramenta mini- 1213.
ſtrando, diſciplinæ Chriſtianæ daret initia.

4. MILITES interea de *Kukenoys*, *Meynardus*, *Iohannes* et *Iordanus* cum aliis incuſabant *Wiſſewaldum*, Regem de *Gercike*, eo quod non veniret ad Epiſcopi, patris ſui, præſentiam iam pluribus annis, poſtquam regnum ſuum ab eo recepit; ſed *Letthonibus* conſilium et auxilium omni tempore præberet. Et citantes eum, ad ſatisfactionem ſæpius inuitabant. Quod contemnens ille, non venit, neque *Reſponſalem* miſit. At illi, requiſito prius Epiſcopi conſenſu, ſimul cum ſeruis ſuis et Letthis conuenerunt, et aſcenderunt prope *Dunam* cum ſeruis omnibus. Et appropinquantes caſtro *Gercike*, quendam ex *Ruthenis* comprehenderunt: quem ligantes traxerunt ſecum nocte ad caſtrum. Qui conſcendens primus foſſatum, ſicut iuſſus fuerat, cum vigile loquebatur, ſequentibus aliis ſigillatim. Et putábat vigil, ſuos ciues, qui abſentes fuerant, aduenire. Et aſcenderunt ſinguli, donec tandem omnes arcem munitionis tenerent. Et congregantes ſe ſimul omnes, caſtrum in circuitu munitionis cuſtodiebant, et neminem *Ruthenorum* de caſtro exire permittebant, donec lucem diei viderent. Et facta luce deſcenderunt in caſtrum, et rapuerunt omnia, quæ erant ibidem, et ceperunt multos, et alios per fugam euadere permiſerunt. Et tollentes ſpolia multa, caſtroque derelicto, reuerſi ſunt ad propria, diuidentes inter ſe omnia, quæ attulerunt.

5. TERTIVS annus erat, et pax cum *Eſtonibus* facta finem accepit. Et conuocatis Epiſcopus ſacerdotibus omnibus, et habito capitulo et conſilio cum eis, ſimul et militibus et Senioribus Liuoniæ conuocatis, deliberauit de expeditione facienda in *Eſtoniam*, eo quod non venirent, nec pacis innouationem curarent, quin potius ſemper deſtructionem Liuonienſis Eccleſiæ deſiderarent. Et miſit Epiſcopus per omnia caſtra Letthorum atque Liuonum, et de omni confinio *Dunæ* et *Goiwe*, et congregauit exercitum magnum et fortem. Et erant in *Riga* peregrini et mercatores multi, qui omnes exiuerunt cum lætitia cum Magiſtro militiæ et Fratribus ſuis, ponentes collectionem exercitus in *Goiwemunde*. Et venit Epiſcopus cum eis ibidem, et volebant quidam de Liuonibus exercitum in *Curoniam* conuertere. Sed adhuc non venit tempus, quo Deus illius gentis vellet miſereri. Et facta benedictione Epiſcopus reuerſus eſt in *Rigam*. Exercitus vero proceſſit ad *Saletſam*, et venerunt in prouinciam, quæ *Sotagana* vocatur, et memores facti ſunt Teutonici verborum ſuorum, et pacis, quam antea dederant prouincialibus eiſdem, et pacifice tranſeuntes eandem prouinciam, nihil eis mali intulerunt, nec homines de domibus ſuis fugantes, ſed nec fugientes perſequentes, ſed cum omni manſuetudine euntes, donec ad alias prouincias peruenirent, quæ numquam pacem cum *Rigenſibus* facere curauerunt, putantes, *Rigenſes* ad ſuas partes tam remotas cum exercitu non poſſe peruenire. Et erant ex noſtris circiter tria millia Teutonicorum; et Liuonum et Letthorum alia to-

1213. tidem. Et ibant in glacie maris, prætereuntes *Saletſam*, donec venirent, quo deſiderabant, ſcilicet in *Rotaliam*. Vbi cum venirent, diuiſerunt exercitum ſuum per omnes vias et villas, et inuenerunt omnes viros et mulieres et paruulos et omnes homines, a magnis ad minores, in villis ſuis, nullis rumoribus de aduentu exercitus præmunitos, et percuſſerunt eos in ira ſua, et occiderunt viros omnes. Sed et Liuones et Letthi, qui ſunt crudeliores aliis gentibus, neſcientes, tamquam ſeruus Euangelicus, conſerui ſui miſereri, populum innumerabilem interfecerunt, et nonnullos ex mulieribus et paruulis trucidantes, per campos et villas nemini parcere voluerunt. Et omnes vias et omnia loca ſanguine paganorum colorantes, perſequuti ſunt eos ad omnes prouincias, circa latus maris ſitas, quæ *Rotalewia* et *Rotalia* vocantur b). Letthi quoque cum aliis, perſequentes quoſdam ex eis, in glacie maris fugientes, et comprehenſos ſtatim interfecerunt, et res omnes et ſubſtantiam abſtulerunt. Et rapuerunt filii *Thalibaldi* tria Liuonica talenta argenti, exceptis veſtibus et equis et ſpoliis multis: quæ omnia retulerunt in *Beuerin*. Similiter et omnis exercitus primo die et ſecundo et tertio fugientes *Eſtones* in omnibus locis inſequuti ſunt, et interfecerunt hac et illac, donec feſſi deficerent, tam ipſi, quam equi eorum. Tunc tandem quarto die conuenerunt ſimul omnes in vnum locum cum omni rapina ſua, et compellentes equos et pecora multa, et mulieres et paruulos et puellas ducentes ſecum, et ſpolia multa tollentes, cum gaudio magno reuerſi ſunt in Liuoniam, benedicentes dominum pro vindicta facta in nationibus. Et confuſæ ſunt gentes, et fecerunt ploratum et vlulatum magnum. *Eſtonia namque, plorans filios ſuos, conſolari non potuit, quia et hi perditi fuerunt et hic et in futura vita.* Et maxime præ multitudine interfectorum, quorum non erat numerus.

6. POST hac in quadrageſima factum eſt incendium magnum in ciuitate *Riga* intempeſtiuo noctis ſilentio, et ardebat prima pars ciuitatis, primo videlicet ædificata, et primo muro cincta; ab Eccleſia beatæ Mariæ, quæ combuſta eſt cum campanis maioribus, vſque ad domum Epiſcopi cum domibus adiacentibus vſque ad Eccleſiam *Fratrum militiæ*. Et contriſtatus eſt populus maxime de *campana belli* dulciſona, et de damno facto in ciuitate. Et fuſa eſt breui poſtea alia campana, maior priore.

7. POSTQVAM igitur feſſi de expeditione quieuerunt, et vires priſtinas tam ipſi quam equi eorum receperunt; aliam indicunt in Quadrageſima expeditionem. Et euntes *Rigenſes* cum Fratribus Militiæ, conuocant ſecum Liuones et Letthos, et procedunt in *Sacca-*

b) Rotaliam hanc Sueeis olim negotium faceſſiuiſſe, nonnullis eam in ipſa Suecia quærentibus, oſtendit Dn. ERICVS BENZELIVS *ad Vaſtouium p. 59.* præſertim ex quo in RVSSOVII *Chronico Liuonico p. 8.* pro *Rotal* typorum vitio *Rokel* ſcriptum deprehenderunt. Eſt autem *Rotalia* regiuncula in ora Eſtoniæ maritima, Oſiliæ inſulæ obiecta, quæ ora maritima Teutonice *die Strand-wyck*, Eſtonice *Löne-ma* vocatur: in qua parochia *Rotalienſis*, Eſtonice *Riddali-kirrik*, priſtinum nomen retinet.

c) *Laula!*

Saccalam, relinquentes post tergum castrum *Viliende*, et desp oli- 1213.
antes totam terram in circuitu, tandem apud castrum *Lembiti*, quod *Leale* vocatur, ex improuiso congregantur. *Estones* vero, qui in castro erant, primis venientibus audacter occurrunt, timorem incutiunt; sed illi colligentes se in vnum, suorum aduentum exspectant, et sequenti die ac tertio castrum impugnantes lignorum struem super vallum comportant, et ignem imponunt. Et vallum, quod erat ex lignis et terra compositum, incendunt, et ignis gradatim ascendendo munitioni desuper appropinquat. Videntes itaque, qui erant in castro, vallum igne consumi, et timentes castrum per hoc capi, pecuniam promittunt, vt a castro recedant. Teutonici vero, *nihil aliud ab eis se requirere, nisi vt baptizentur*, affirmant, *vt vero pacifico reconciliati, fiant eorum fratres tam in hoc seculo, quam in futuro.* Quod abhorrentes illi, tradi se in manus ipsorum formidant. Sed Liuones et Letthi cum omni exercitu ignem adaugentes, et combustionem et occisionem comminantur. Illi vero, vallo iam consumpto, timentes occidi, veniam supplicite postulant: de castro exeunt; baptizari se promittunt. Adsunt sacerdotes *Iohannes Strickius*, et *Otto*, Fratrum Militiæ sacerdos. Baptizatur *Lembitus* perfidissimus cum aliis omnibus, tam mulieribus quam paruulis et viris, qui in castro erant, promittentes, se christianitatis iura perpetua fidelitate custodire. Quam promissionem tamen postea perfidiæ suæ dolis violauerunt. Exercitus vero interim castrum subintrans, et bona cuncta diripiens, equos et boves cum omnibus pecoribus educens, et spolia multa tollens, et inter se diuidens, cum gaudio reuersus est in Liuoniam. Adducentes secum Seniores eiusdem castri, *Lembitum* cum aliis. Qui, positis pueris suis obsidibus, remissi sunt in terram propriam, et benedixerunt omnes Dominum, qui mirabiliter tradidit castrum in manus eorum absque balistarum siue machinarum impugnationibus, et peruenit nomen Christi etiam vsque ad alias prouincias.

8. ERAT in castello nuper extructo, *Fredeland*, sacerdos quidam Cistercienſis ordinis, *Fridericus de Cella*, quem Episcopus autoritate Papæ ad opus assumserat Euangelii, qui in dominica Palmarum Dominicæ passionis mysteria multis lachrimis celebrans, et exhortationis verbum de cruce Domini dulcibus et salubribus monitis astantibus ministrans. Et celebrata postea etiam Dominicæ Resurrectionis solennitate cum Scholare suo et quibusdam aliis nauigio *Rigam* descendere volebat. Et occurrentes ei in ore fluminis *Ozilienses* irruerunt super eum, et captum cum puero suo et Liuonibus quibusdam eum deduxerunt in piraticis suis, et in *Adya* flumine littus ascendentes, diuersis eum ibi tormentis cruciauerunt. Cum enim in cælum intentus, orationum suarum ad Dominum cum scholare suo funderet laudes, et gratiarum actiones ageret, ipsi caput et dorsum vtriusque clauis suis percutientes, irridebant, dicentes: *Laula! Laula! Pappi* c). Secundum quod scriptum est: *Supra*

c) *Laula! Laula! Pappi!* Verba sunt Estonica, per irrisionem dicentium: *Can-ta! Canta! sacrificule! Laulma* cantare est. *Malaulan:* ego canto. *Laula:* canta tu.

1213. *dorſum meum fabricauerunt peccatores;* ſed Dominus iuſtus concidet ceruices eorum, ſicut infra dicetur. Poſt hæc acuentes ligna ſicca et dura, incutientes ea inter vngues digitorum ſuorum et carnem, et membratim et punctatim lanientes, ignem appoſuerunt, et crudeliter cruciauerunt. Et tandem ſecuribus ſuis inter medium ſcapularum eos ſecantes interfecerunt, et in martyrum conſortium animas eorum abſque omni dubio in cælum tranſmiſerunt, *proiicientes* corpora eorum. Sicut ſcriptum eſt: *Carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ; effuderunt ſanguinem eorum tamquam aquam in circuitu Iheruſalem, et non erat, qui ſepeliret.* Liuones quoque quoſdam *Oziliani* ſecum captiuos deduxerunt in *Oziliam:* qui poſt reditum ſuum nobis omnia prædicta retulerunt.

9. MEINARDVS vero de *Kukenoys* cum commilitonibus ſuis collegit iterum exercitum contra regem *Wiſſewaldum* de *Gercike.* Et audiuit *Wiſſewaldus,* et miſit nuncios *Letthonibus,* qui venerunt et exſpectauerunt eos trans *Dunam,* et neſcientes eos, illi, qui erant cum *Meinardo,* venerunt et ceperunt *Gercike,* et tulerunt prædam magnam, et equos et pecora. Et apparuerunt *Letthones* ex altero littore *Dunæ,* rogantes, vt naues eis adducant, vt veniant ad eos pro pace renouanda. Quorum verbis fraudulentis nimium creduli ſimplices, naues eis tranſmittunt, et ſtatim tranſeuntes *Letthones,* et alii alios tranſducentes plures et plures ſubſequuntur. Tandem omnis exercitus in *Dunam* ſe proiiciens tranſnatare cœpit ad eos. Quorum multitudinem videntes milites, et eorum conflictum expectare verentes, nauigio quidam ex eis *Dunam* deſcendunt, et ſani in *Kukenoys* reuertuntur; alii cum Letthis per viam redeuntes a *Letthonibus* poſt tergum impugnantur, et videntes Letthi ſuorum paucitatem, in fugam conuertuntur. Et pugnantes milites *Meinardus, Iohannes* et *Iordanus,* et non valentes tanto exercitui reſiſtere, ceciderunt tandem interfecti ab eis. Et audiuit Epiſcopus et *Rigenſes* et lugebant eos, dicentes: *Quomodo ceciderunt fortes in bello et interierunt arma bellica!*

ANNVS ALBERTI XVII. CHRISTI MCCXIV-MCCXV.

1. *Eſtones omnes conſpirant contra Rigenſes.*
2. *Oſilienſes Rigam mari obſident.*
3. *Ceteri Lettos inuadunt, et ab auxilio Rigenſibus ferendo diſtrahunt.*
4. *Vicis tamen baptiſmum expetunt.*
5. *Raceburgenſis Epiſcopus, cum Eſtienſi in Germaniam rediturus, laborat inter Oſilienſes.*
6. *Liberatus, in Gotlandiam defertur, et paullo poſt moritur. Eius elogium.*
7. *Alberti Epiſcopi Acta in Concilio Romano.*
8. *Caſtrum Eſtiorum Sontagana expugnatur.*
9. *Rigenſes per glaciem excurſionem faciunt in Oſiliam.*
10. *Rex Wlodomirus de Ploſceke moritur.*
11. *Oſilienſes, denuo incurrentes, diſpelluntur.*

1214.

1. ANNVS erat Præſulis *Alberti* ſeptimus decimus, et innouatum eſt bellum in omnibus Liuoniæ confiniis. Nam poſt *Rotalienſem* expeditionem, et *Lembiti* de *Saccala* ſubiugationem, tota *Eſtonia* ſæuire cœpit contra Liuoniam, et conſi-

consiliati sunt, vt vna cum tribus exercitibus venientes destruant 1214.
Liuoniam, vtque *Ozilienses Rigam* obsideant, et portum in *Duna* obstruant, et *Rotalienses*, *Thoreidenses* Liuones impugnent; *Saccalanenses* vero et *Vngannenses* interim Letthorum terram deuastent, vt scilicet Liuones et Letthi, propriis bellis impediti, *Rigensibus* in auxilium venire nequeant.

2. ET venerunt *Ositienses* cum exercitu magno nauali in *Dunemunde*, ducentes secum piraticas et Liburnas, et impleuerunt eas lapidibus, et dimiserunt in profundum maris in introitu fluminis, et ædificantes structuras lignorum, et similiter implentes lapidibus, in ore *Dunæ* proiecerunt, vt viam et portum aduenientibus clauderent. Et quidam ex eis in Liburnis suis ascenderunt ad ciuitatem, et remigantes hac et illac, tandem litus et campum apprehendunt. Et Fratres Militiæ cum aliis de ciuitate stabant ad portam. Et quidam ex seruis Episcopi cum Liuonibus, hostes in campo videntes, irruerunt subito super eos, et occidentes ex eis, persequuti sunt eos vsque ad naues, et fugientibus eis, vna piraticarum suarum concussa et submersa est cum omnibus, qui erant in ea, et ceteri euaserunt, et redierunt ad suos in *Dunamunde*. Et surrexerunt *Rigenses* cum omnibus suis, quos habere potuerunt, et descenderunt post eos; alii nauigio; et alii per terram. Quos vt viderunt *Ositienses*, declinauerunt ab eis ad aliam partem *Dunæ*, non exspectantes bellum cum eis. Et subito *Rigenses*, aspicientes a longe, viderunt in mari duos *Coggones* venientes, in quibus erant *Burchardus Comes de Aldenborch*, et *fratres Episcopi*, *Rothmarus* et *Theodoricus*. Qui et appropinquauerunt ad *Dunam*, et viderunt hostes coram se in littore maris, et in alio littore Rigenses, et non cognouerunt, quinam Christiani erant. Sed signum dabant eis *Rigenses* vexillorum demonstratione. Et vt cognouerunt eos, simul et hostium intellexerunt multitudinem; conuerterunt naues suas ad hostes, et accelerauerunt ad eos, et erant quidam de *Rigenfibus* in nauibus suis, qui et sequebantur eos post tergum in *Duna*, et alii in littore rerum euentum exspectabant. Videntes itaque hostes, ab exercitibus Christianorum vndique se circumdari, fugerunt festinanter ad naues suas, et dispersi sunt in mari per medium eorum, et euanuerunt ab oculis eorum, et sequuti sunt *Rigenses*, et aliquas naues abstulerunt ab eis, et ceteri euaserunt. Et susceperunt *Rigenses* peregrinos cum lætitia, et benedixerunt Dominum, qui et in hac præsenti tribulatione consolatus est populum suum. Aqua vero fluminis *Dunæ*, meatum et transitum suum fortem et liberum habere volens, simul et mare, procellarum collisionibus opera eorum in profundum missa post modum comminuit, nec non et *Teutonici*, quicquid remansit, extrahentes destruxerunt, et viam ac cursum liberum omnibus *Dunam* intrare volentibus reddiderunt.

3. OSILIENSIBVS autem in *Duna* existentibus, *Rotalienses*, congregantes exercitum de suis maritimis prouinciis, intrauerunt Liuoniam, in *Metsepole* despoliantes villas et incendentes, et ne-

1214. minem inuenire potuerunt ex Liuonibus, quia omnes cum mulieribus et pueris ſuis ad caſtra confugerant. Et congregauerunt Liuones congregationem ſuorum, vt inimicis occurrerent. Et audientes *Rotalienſes* eorum voluntates, ſimul et fugam *Oſilienſium* ſuorum de *Duna*, fugerunt et ipſi, et reuerſi ſunt in terram ſuam. Venerunt quoque interim *Saccalanenſes* et *Vngannenſes* in terram Letthorum cum exercitu magno, et obſederunt caſtrum *Antine*, et exiuerunt Fratres Militiæ de *Wenden*, volentes bellare cum eis, et intellexerunt ipſi verbum hoc, et fugerunt etiam et ipſi. Et circa veſperam venientes in *Tricatiam*, inuenerunt *Thalibaldum*, Seniorem, de ſiluarum latibulis ad balnea rediiſſe, et comprehenderunt eum, et viuum crudeliter ad ignem cremauerunt, comminantes ei interitum, niſi pecuniam ſuam eis totam oſtendat. Et demonſtrauit eis *Oferingos* quinquaginta. Sed illi, accepta pecunia, non minus eum cremauerunt. At ille, *ſi demonſtrauero vobis*, inquit, *omnem pecuniam meam et filiorum meorum, non minus me cremabitis*, et noluit eis amplius indicare. Vnde iterum ponentes eum ad ignem, tamquam piſcem, aſſauerunt, donec animam redderet, et mortuus eſt. Et quia Chriſtianus fuit, et de fidelium Letthorum baptizatorum numero, ſperamus, animam ipſius læte pro tanto martyrio in æterna lætitia in ſanctorum martyrum ſocietate gaudere. Et reuerſi ſunt *Eſtones* in terram ſuam, et ad nihilum redegit Dominus conſilium eorum. Tunc filii Thalibaldi, *Rameko* et *Drunualde*, videntes, quod mortuus eſſet pater eorum *Thalibaldus*, irati ſunt contra *Eſtones* valde, et colligentes exercitum Letthorum cum amicis et cognatis ſuis, et ibant cum eis Fratres Militiæ de *Wenden* cum aliis Teutonicis, et intrauerunt *Vnganniam*, deſpoliantes villas eorum, flammis eas tradentes, et viros omnes, quos comprehendere potuerunt, viuos in vltionem *Thalibaldi* cremauerunt. Et caſtra omnia eorum incenderunt, vt nullum ex eis refugium haberent. Et quærebant eos in tenebroſis nemorum latibulis, et nuſquam ab eis ſe abſcondere potuerunt, et extractos de ſiluis interfecerunt, et mulieres et paruulos eorum captiuos ſecum deduxerunt, et equos et pecora rapientes, ſpolia multa tulerunt, et reuerſi ſunt in terram ſuam. Et redeuntibus in via Letthi iterum alii occurrerunt, et proceſſerunt in *Vnganniam*, et quod alii neglexerunt, iſti ſuppleuerunt. Nam ad villas et prouincias, ad quas alii non venerant, iſti peruenerunt, et quicunque ab aliis effugerant, ab iſtis euadere non potuerunt. Et comprehenderunt multos, et interfecerunt omnes viros, et mulieres et paruulos captiuos traxerunt, et pecora et ſpolia multa ſecum deduxerunt. Et reuertentes, in via Letthos iterum alios obuiam habent, paratos ad expeditionem in *Vnganniam*, qui et ipſi prædam rapere cupiunt, et in vltionem parentum et cognatorum ſuorum, ab *Eſtonibus* occiſorum, viros interficere quærunt. Et procedunt in *Vnganniam*, non minus ſpoliantes, quam priores: non minus captiuantes, quam primi. Nam venientes de ſiluis, ad agros et ad villas pro cibariis, comprehendunt, et alios igne cremantes,

mantes, alios gladiis iugulantes, diuersis tormentis adficiunt, do- 1214.
nec omnes pecunias suas eis aperiunt, donec ad omnia nemorum suorum latibula omnes deducunt, et mulieres et paruulos in manus eorum tradunt. Sed ne quidem sic mitigatur animus Lettorum. Sed ablata pecunia et omni substantia, mulieribus et paruulis ad vltimum caput, quod solum remansit, auferunt, et pertranseuntes omnes prouincias vsque ad *Matrem aquarum* in *Darbeten* a) nemini parcunt, sed quicquid sexus masculini est, interficiunt, mulieres et paruulos captiuos trahunt, et facta vindicta de inimicis suis, læti cum omni præda sua domum reuertuntur. Interim *Bertholdus* de *Wenden* cum suis, et *Theodoricus frater Episcopi* cum militibus ac seruis suis, et filii *Thalibaldi* cum Letthis suis, conuenerunt in vnum, et euntes cum exercitu in *Vnganniam* comprehenderunt multos de *Estonibus*, qui prius euaserant a Letthis, et interfecerunt eos, et villas, quæ remanserant, incenderunt, et quicquid a primis minus actum est, ab istis diligenter adimpletur, et circumiuerunt omnes prouincias, et transeuntes *Matrem aquarum* vsque ad *Waigam* peruenerunt, et non minus terram illam, quæ erat trans flumen, deprædantes et villas incendentes, et viros interficientes, mulieres et paruulos ceperunt, et peractis omnibus malis, quæ potuerunt perpetrare, reuersi sunt in Liuoniam. Et ordinauerunt iterum alios, qui redirent statim in *Vnganniam*, et similia mala inferrent eis, et redeuntibus illis, iterum alii missi sunt, vt non cessauerunt Letthi, neque requiem dabant *Estonibus* in *Vngannia*. Sed nec ipsi requiem cupiebant habere, donec eadem ætate nouem diuersis expeditionibus et exercitibus terram ipsam *Estensium* in *Vngannia* deuastantes desolatam et desertam ponerent, vt iam nec homines, nec cibaria inuenirentur amplius. Cogitabant enim eos tam diu debellare, donec aut pro pace perpetua et baptismate venirent, qui residui erant; aut omnino eos extirpare de terra. Et factum est, vt iam filii *Thalibaldi* numerum centenarium primorum excederent, quos in vltionem patris sui aut viuos cremauerant, aut aliis tormentis diuersis interfecerant, exceptis aliis innumerabilibus, quos vnusquisque Letthorum simul cum Teutonicis et Liuonibus interfecerant.

4. VIDENTES itaque, qui superstites adhuc remanserant in *Vngannia*, quod a furore b) Teutonicorum et Letthorum nusquam euadere possent, miserunt nuncios in *Rigam*, rogantes ea, quæ pacis essent. Et dictum est eis, *vt bona quondam mercatoribus ablata restituerent.* At illi, *raptores ipsorum bonorum a Letthis interfectos*, responderunt, et nequaquam se restituere posse affirmauerunt:

a) *Darbeten*, Ruthenis *Iuriowgrod* a conditore, *Iaroslao*, Castrum Georgianum: vulgo *Dorpatum* vocamus. CHRON. LIVENS. *ad annum* MXXX. *Collect. Rer. Russic. part. 3. p. 186.*

b) Furor Teutonicus apud Romanos quoque veluti in prouerbium abierat.

1214. omnibus cauſis ſopitis, baptizare ſe petunt, vt veram pacem, et perpetuam Teutonicorum atque Letthorum fraternam dilectionem conſequantur. Et gauiſi ſunt Teutonici, et confirmantes cum eis pacem, ſacerdotes ad baptizandam *Vnganniam* mittere pollicentur. Et audientes *Saccalanenſes* omnia mala *Vngannenſibus* illata, timentes, ne ſibi ſimilia contingerent, miſerunt et illi, poſtulantes, vt ſacerdotes ad eos mitterentur, vt, conſummato in prouincia ipſorum baptiſmate, Chriſtianorum etiam efficerentur amici. Et miſſi ſunt ſacerdotes *Petrus Kakewaldus de Vinlandia*, et *Otto*, Fratrum Militiæ ſacerdos, et perrexerunt in *Saccalam*, et conſummauerunt baptiſmum, vſque ad *Palam*, et in *Vnganniam* vſque ad *Matrem aquarum*. Quo facto reuerſi ſunt in Liuoniam, nondum valentes cohabitare cum eis, propter aliorum *Eſtonum* ferocitatem.

5. EPISCOPVS autem *Raceburgenſis*, cum Epiſcopo *Eſtenſi Theodorico*, feſtinans ad Concilium Romanum, cum peregrinis, euntibus in Teutoniam, mari ſe committens, *Gotlandiam* properat cum nouem *coggonibus*. Et nocte ſequente factus eſt ventus contrarius cum tonitru, et per totam diem paſſi tempeſtatem magnam, depulſi ſunt tandem in *portum nouum* in *Oſiliam*. Quos vt cognouerunt *Oſiliani* de *Riga* veniſſe, comminabantur eis bellum. Et mittentes per totam *Oſiliam*, congregauerunt exercitum magnum naualem. Et alii in equis venientes, in littore maris ſtructuras lignorum ædificabant, implentes eas lapidibus, portum, cuius aditus ſtrictus erat, obſtruere nitentes, vt concluſo portu caperent omnes et interficerent. *Teutonici* in cymbis ſuis ſeu minoribus nauibus exeuntes ad littus, ſegetes per agros gladiis ſuis metebant, neſcientes, exercitum in vicino littore; et in alio littore per ſingulos dies idem faciebant. Tandem *Oſilienſes*, poſitis inſidiis, octo ex eis comprehenderunt, et aliis occiſis, alios captiuos deduxerunt, et cymbam vnam abſtulerunt. Vnde nimium confortati, miſerunt ad omnes prouincias *Eſtoniæ*, dicentes, ſe *Epiſcopum Rigenſem* cum exercitu ſuo comprehendiſſe. Et venerunt omnes cum exercitu magno. Et facto diluculo in primo mane totum mare contra nos tenebroſum apparuit, piraticis ipſorum repletum, et pugnauerunt contra nos per totum diem. Et quidam ex eis ſtructuras lignorum et liburnas veteres adducentes, miſerunt in profundum, et lapidibus impleuerunt, et aditum portus nobis obſtruxerunt. Vnde timore magno perterriti, putabamus manus eorum non euadere. Alii quoque ex eis ducebant ignes maximos tres ex ſiccis lignis, et pinguedine animalium incenſos, et ſuper ſtructuras arborum magnarum compoſitos. Et primus ignis, qui erat ſuper alios magis ardens, pellebatur ſupra mare, et appropinquabat ad nos, et ventus auſtralis fortis vehementi impulſione pellebat eum ſuper nos. Et *Eſtones* in piraticis ſuis circumeuntes ignem, cuſtodiebant eum, et in directo ducebant eum ſuper medios coggones. Erantque omnes coggones

in

in vnum colligati, vt facilius nos ab inimicis defenderemus, tantoque magis ignem euadere non posse timebamus. Et cum iam ignis idem, altior coggonibus omnibus, flammas suas ad nos extenderet; euocauimus Episcopum de camerula sua, in qua erat orans die ac nocte. Et venit et vidit, quod non erat consilium et auxilium nobis, nisi diuinum. Et eleuans oculos suos et manus vtrasque ad cælum, orabat ab igne præsenti liberari. Et vidimus omnes, et ecce! subito ventus australis conuersus est in Orientalem, et ventus ab oriente conuertit ventilogium c), quod erat in velo, in contrarium, et remouit ignem a nobis, et cum omni mansuetudine depellebat eum circum coggones retro nos in mari. Et benediximus omnes Dominum, eo quod visibiliter liberauit nos ab incendio præsenti. Et pellebant secundum ignem, et tertium: contra quos diu pugnantes, et aquam fundentes, multum laborauimus: quos etiam tandem ventus remouit a nobis. Interim alii *Estones* erant remigantes circa nos, et lanceis et sagittis suis vulnerantes plures ex nostris, et alii redeuntes iterum eadem via circum nos lapides ex peterellis suis iactantes super nos. Et erant timores nobis tam de portu clauso, quam de bellorum incommodis. Et ait Albertus, Stucuanta d) noster: *Si*, inquit, *patienter obtemperare volueritis; liberabit nos Dominus a præsentibus periculis.* Cum, inquit, naues nostræ non sint onustæ, sed vacuæ, et modica sufficiat eis profunditas; alia via poterimus exire, si cymbas intraueritis fortes et armati viri, et anchoras deducentes proieceritis in profundum, per medium hostium reuertentes iterum ad nos, ceterique, funibus anchoris alligatis, coggones trahendo subsequantur, donec in profunditatem maris perueniamus. Et obediuimus omnes, et traximus, donec transitis difficultatibus in mare magnum et spacioſum peruenimus. Qui vero in cymbis anchoras deduxerunt milites et serui, sæuissimam impugnationem passi, lanceis et sagittis ipsorum, nec non et lapidum iactibus, grauiter sunt vulnerati. Qui tandem tollentes secum ferrum recuruum, vel vncum ferreum, quod in aliquam piraticarum proiicerent, et taliter apprehenderent. Et iactantes in vnam, iam attrahere putabant. Sed *Estones*, vehementi remigatione fugientes ab eis, alias piraticas obuias habuerunt. Et cum esset eadem 1214.

hora

c) *Ventilogium* vox barbara quidem; sed affabre ficta et haud inelegamter formata. Vt enim *horologium* dicimus machinam, horas indicantem; ita versatile illud signum, fastigiis ædium, turrium et malorum infixum, quia semper secundum ventum vndecumque flantem fertur, eiusque directionem ostendit, concinniori modo vix efferri potuit.

d) Monstrum vocabuli, cuius cum formatio, tum significatio me latet. Videtur tamen esse nomen officii, et denotare vel machinarum structorem, vel, si mauis, nauclerum, ad clauum sedentem. Immo, cum Noster non semper abstineat a vocabulis Teutonicis, vbi latina non succurrunt, loquaturque de *planéis* et de *erkeritz*; præfracte negare nolim, hic scriptum esse *Sturmann noster*: quod descriptor sibi inopinatum in aliud corrumpere, quam retinere, maluerit.

1214 hora hæc oratio Epiſcopi ad beatam Virginem: *Monſtra te eſſe Matrem: Monſtra te eſſe Matrem:* reuera monſtrauit ſe eſſe matrem. Nam illa piratica fugiens, quæ erat magna, et viris multis repleta, forti pulſu vecta ſuper aliam, ſciſſa eſt cum ſonitu magno per medium, et repleta eſt aquis, et viri ceciderunt in mare et ſubmerſi ſunt, et confuſi alii omnes. Et videntes, nos profunditatem maris iam comprehendiſſe, congregauerunt ſe in littore maris. Et erant ex eis multa millia, qui tam per equos quam pedes conuenerant, de tota Eſtonia, et in piraticis fere ducentis. Et irati ſunt valde in invicem clamore magno, ſimul et verberibus, eo quod duarum hebdomadarum laboribus nihil profecerunt, et multos ex ſuis in mari ſubmerſos, et plures a baliſtariis noſtris interfectos perdiderunt. Et ſuſtollentes vela ſua, diſperſi ſunt in mari, et abierunt vnuſquiſque in viam ſuam. Et ſequuti ſunt noſtri poſt eos in cymbis ſuis, et abſtulerunt eis piraticam vnam maiorem, quam in *Gotlandiam* ſecum deduxerunt. Et liberauit nos in illa die beata Virgo, ſicut et omnes Liuonienſes hactenus liberauit ab omnibus anguſtiis ſuis, vſque in hodiernum diem.

6. POSTQVAM liberauit nos Dominus ab *Oſilienſibus*, ſedimus in eodem portu, donec trium hebdomadarum tempus compleuimus, tempeſtates maris quotidianas et procellarum turbines et ventos contrarios habentes. Et erat fames magna et penuria ciborum. Et diſtribuit Epiſcopus omnia, quæ habuit, in charitate, et eramus quotidie vota vouentes et orantes, vt nos ab illo loco liberet Dominus. Et factum eſt in vigilia *Mariæ Magdalenæ*, cantantibus iam nobis, quaſi ſemiuiuis, reſponſorium; flauit Auſter, ceſſauerunt omnes venti contrarii, et dedit nobis Dominus ventum proſperum, et leuantes vela noſtra, ſequenti mane peruenimus in *Gotlandiam*. Et ſtans in lapide altaris Epiſcopus, gratias agebat Domino, dicens: *Tranſiuimus*, Domine, *per ignem et aquam, et eduxiſti nos in refrigerium. Quoniam probaſti nos, Deus; igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentum: induxiſti nos in laqueum; poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro: impoſuiſti homines ſuper capita noſtra. Liberaſti nos, Domine, de omnibus periculis noſtris, et reduxiſti nos ſuper hanc firmam petram.* Habebat enim magnum deſiderium, ad *petram*, qui Chriſtus eſt, veniendi, et multis gemitibus a Miſſarum ſolennitatibus in mari abſtinebat; licet tamen alternis diebus infra Dominicum officium communicaret. Et impleuit tandem Deus deſiderium ipſius, et miſit eum eodem itinere in *Neroniam*, vbi modica infirmitate correptus, Domino ſpiritum ſuum commendabat. Et ſepultum eſt corpus eius in marmoreo ſepulchro cuiuſdam quondam Cardinalis, in cœnobio, quod

eſt

est supra flumen, ordinis Augustinienſis e). Et vidit Neronienſis 1214.
qui-

e) Et hic mallem erudiri, quam erudire. Sed qui eruditi, non habeo. In tempore mortis conuenit ALBERTVS STADENSIS, *ad annum* MCCXV. obitum *Philippi, Raceburgenſis Epiſcopi*, trinis verbis annotans; ſed locum obitus et ſepulturæ reticet. Noſter nihil horum nos celaturus, Philippum in *Neronia* defunctum tradit, atque ſepultum in marmoreo ſepulcro cuiuſdam Cardinalis, in cœnobio Ordinis ſancti Auguſtini, quod eſt ſupra flumen. Sed Neroniam obiiciens, ſuppreſſo cum cœnobii, tum fluminis alluentis nomine, crucem nobis figit, Neroniam illam fruſtra indagantibus. In *Gotlandiam* appulerat animo et corpore æger Epiſcopus. Maritimo itinere atque inter hoſtiles turmas plus ſatis fatigatus, mare ſibi in iſta infirmitate non amplius tentandum, ſed in vicino quodam ſui Ordinis cœnobio quærendum hoſpitium duxerit. Equidem in Catalogo omnium regni *Suecici* monaſteriorum, IO. MESSENII *Scondiæ Illuſtratæ Tomo IX.* inſerto, quorum numerum IO. VASTOVIVS in *Vite Aquilonia* auxit perduxitque ad LXIV. ne vnum quidem deprehendimus Ordinis Auguſtiniani. Et licet inter LXIX. Regni *Danici* monaſteria VIII. fuerint huius Ordinis; nullum tamen occurrit, cuius nomen ad Neroniam alluderet At cum hi Duumuiri cœnobiorum *Gotlandiæ* nullam rationem habuerint, vſque adeo, VT VASTOVIVS, licet in dedicatione ad Sigiſmundum III. Poloniarum Regem laudet bibliothecam celeberrimam, quæ Wisby viſebatur in cœnobio Religioſorum Ordinis ſancti Benedicti, eius cœnobii tamen poſtea in Catalogo monaſteriorum Regni Suecici nullam mentionem faciat; mirum non eſt, *Neroniam*, ſi Gotlandiæ cœnobium ſit, nos latere. Caremus enim accurata huius inſulæ deſcriptione. Neque IOANNIS, NICOLAI filii, STRELOVII *Chronicon Gotlandiæ*, lingua Danica conſignatum, nunc eſt ad manus: et ceteri, quos conſulere datum, in ea deſcribenda ſunt nimis ieiuni. Cœnobia tamen nonnulla ibi floruiſſe, aliis idoneis auctoritatibus conſtat. Nam IACOBVS ZIEGLERVS diu ante Vaſtouium, Scondiam deſcribens, *Wisbyenſem* ciuitatem, et arce et *monaſteriis* tradit inſignem, celebratque in primis cœnobium illud Benedictinum, duum millium Codicum Manuſcriptorum refertum. FONTANVS *Chorograph. Danic. p. 734.* in iſta vrbe olim templa decem, *monaſteria* vero *quatuor*, exſtitiſſe ſcribit. ADAMVS OLEARIVS, qui anno MDCXXXIV. aliquot dies in hac inſula tranſegit, neque Wisbyenſem ciuitatem ſolum, ſed et totam oram maritimam ſuis oculis perluſtrauit, laudat præ ceteris portum Oſtrogardenſem, Slitöenſem, et *Narwigenſem*, tertioque a Slitö lapide *monaſterium* vetus ſe vidiſſe teſtatur. *Itiner. Perſ. lib. 2. c. 3. p. 69.* Quod vtinam pluribus deſcripſiſſet! Si enim *Narwigo* vicinum foret; Neroniæ noſtræ locum ſuſtinere poſſet. Sed quid tum facies de ſepulcro marmoreo cuiuſdam olim Cardinalis? Narrat NICOLAVS, Lundenſis Archiepiſcopus, *Chronico Lundenſium Epiſcoporum*, quod ante annum MCCCLXX. ſcriptum, et ſub nomine Twonis plagiarii circumlatum, primus Haffniæ anno MDCCIX. e membranis edidit Thomas Bartholinus, et nuper e Codice mutilo repetiit Dn. Cancellarius de LVDEWIG *Reliq. t. 9. p. 168. ſeq.* nec non PONTANVS *rer. Dan. l. 6. p. 290.* et IO. MESSENIVS *Scond. illuſtrat. T. 2. p. 17.* et *T. 15. p. 31.* FIDENTIVM Cardinalem, quem membranæ Lundenſes, vel male ſcriptæ, vel male lectæ, *Fiderarium* vocant, cum tamen CIACONII *Geſta Pontificum et Cardinalium p. 516.* non niſi *Fidantium* agnoſcant, anno MCLXXXXIII. Preſbyterum Cardinalem tituli ſancti Marcelli creatum, a Cæleſtino PP. III. liberandi Waldemari Epiſcopi cauſſa in Daniam miſſum, anno MCLXXXXVII. in Scania diem obiiſſe, et ſepulturæ locum inueniſſe *Lundis* in Eccleſia *Laurentiana*. Si itaque Philippus in huius Cardinalis ſepulcro conditus eſt: nam alium Sedis Apoſtolicæ Legatum in Dania vel Suecia ſepultum, non conſtat: numquid *Lundis Scanorum* eum defunctum et ſepultum ſtatuendum erit? Non puto. Primum enim Auguſtiniani Ordinis cœnobium nullum *Lundenſe* inuenio in Catalogo Meſſeniano. Tum, ſi vel maxime tale Lundis floruiſſet; Fidentius tamen non in cœnobio quodam, ſed in ipſa æde Cathedrali ſepultus dicitur. Præterea inde ab anno MCLXXXXVII. oſſa Fidentii vſque adeo in puluerem vertiac euaneſcere non potuere in ſepulcro marmoreo, vt poſt annos ſeptemdecim alii cadaueri locum facerent. Denique Lundinum, etiamſi *Lundoniam* ſcribas, nimis abludit a Neronia, quam vt hoc pro illo ſcriptum reputes. Veri ſpeciem habet, in *Gotlandia*, quippe marmorum diuite inſula, ſepulcrum marmoreum, pro funerando Fidentio Cardinali præparatum, ſed non aſportatum, nunc inſeruiſſe cadaueri huius Epiſcopi condendo. Habes coniecturam, Lector: quæ ſi diſpliceat; en! aliam. Animus erat Philippo Romam eundi ad Concilium Lateranenſe, a Pontifice indictum. Hoc itinere *Neroniam* delatus, ibique ante, quam Romam attingeret, mortuus eſt. Quid ſi per Neroniam *Narniam* intelligamus, Vmbriæ ciuitatem epiſcopalem? Adminiculatur coniecturæ viſio co-

1214. quidam visionem, Columnam f), tanquam fulgur splendentem, de trans Alpibus, venientem et ibidem se ad quiescendum deponentem. Et alii visiones similes angelicas ad sepulchrum eius se videre testati sunt. Nec mirum: quoniam erat vir stabilis et constans, vt nec in prosperis, nec in aduersis a Christi desiderio moueri posset; vt nec etiam ordinem silentii sui ante matutinantem cursum, et ante horam diei primam finitam, vnquam interrumpere vellet; siue incendio Rigensi, quando, incensis omnibus, fugatus est a domo sua; siue inter ipsos hostes in mari; siue tertia vice, quando a vigile graviter vulneratus est, cum esset in muro nocte in orationibus suis. Dedit ergo Deus ei locum, quem optauit, firmum et stabilem in *petra*. Cuius anima cum Christo, et memoria ipsius maneat in benedictione!

7. ANNO dominicæ incarnationis MCCXV. celebratum est concilium in Ecclesia Romana, præsidente Innocentio Papa eius nominis III. præsentibus Patriarchis et Cardinalibus et Episcopis quadringentis; Abbatibus octingentis. Inter quos erat Episcopus Liuoniensis *Albertus*, cum *Estiensi* Episcopo. Qui referebat tribulationes et bella et negotia Liuoniensis Ecclesiæ summo pontifici, simul et omnibus Episcopis. Et congaudebant omnes de conuersione gentium, simul et de bellis et triumphis multiplicibus Christianorum. Et ait Episcopus: *Sicut*, inquit, *pater sancte, terram Hierosolymitanam, quæ est terra filii, sanctitatis tuæ studio fouere non desinis; sic Liuoniam, quæ est terra matris, consolationum tuarum sollicitudinibus hactenus in gentibus dilatatam, etiam hac vice desolatam derelinquere non debes. Diligit enim filius matrem suam, qui, sicut non vult terram suam perdi, sic nec vult terram matris vtique periclitari.* Cui respondit Summus Pontifex, et ait: *Sicut terram filii, sic et terram matris paternæ sollicitudinis nostræ studiis semper promouere curabimus*, Et, finito consilio, remisit eos cum gaudio, reno-

lumbæ, *de trans Alpibus venientis*. Sed et hic cœnobium Ordinis sancti Augustini et sepulturæ locum designare arduum est, quia *Narniam* parum nouimus, et quæ LEANDER ALBERTI *descript. Ital. p. 153.* de hac ciuitate habet, te nihilo reddunt doctiorem. Raceburgum autem ipsum per *Neroniam* a Nostro designari, probitas hominis sine felle credere haud patitur; licet historia ecclesiæ Raceburgensis haud obscuris indiciis prodat, Raceburgum in illa stupenda rerum Nordalbingicarum conuersione quoddam Episcoporum, nouos Dominos auersantium, veluti ergastulum fuisse. Si tamen hæc omnia cuipiam parum veri similia videbuntur: siquidem nec mihimet faciunt satis: diem videre gestio, qui *Neroniæ* desideratum lumen affundat, eamque propius conspicien-

dam præbeat. Nam etiamsi Neroniam pro *Coronia* scriptam putes, quo nomine Pontano *Landesrona* Scaniæ nonnumquam venit; Landesronam tamen hoc tempore nondum in rerum natura fuisse, ipsa PONTANI *Chorographia* docet.

f) *Columbam* legendum esse, prædicata et exempla dubitare non sinunt. Sic post obitum Henrici, Lubecensis Episcopi, sanctimonialis quædam Zeuenensis per quietem vidit *columbam*, niue candidiorem, in sinum suum volantem, quacum sermones miscuit, ad vltimum dicente: Ego dicor Henricus, et fui antistes in Lubeca. ARNOLDUS LVBEC. *lib. 3. c. 3. n. 5.* Quamquam et *Columnarum* visiones haud inusitatæ. CAESAR. *Mirabil. l. 4. c. 96.*

g) Co-

renouata auctoritate prædicandi, et peregrinos in remissionem pec- 1214.
catorum signandi, qui Liuoniam secum proficiscentes nouellam Ecclesiam a paganorum tuerentur insultibus, *Roma* dictat iura: *Riga* vero *rigat* gentes. Nam *Petrus Kakewaldus* et *Otto*, sacerdos, a *Riga* missi, *Saccalam* et *Vnganniam* interim sacro fonte rigantes, ad vitam inuitant æternam.

8. ROTALENSES vero, adhuc rebelles, Christianorum leges adhuc recipere contradicunt. Contra quos expeditio destinatur. Festo itaque natiuitatis Dominicæ peracto, Liuonibus et Letthis indicitur, vt sint parati, vt congregentur iterum contra Christiani nominis inimicos. Quibus et occurrunt Teutonici cum Fratribus Militiæ. Adest etiam *Borchardus comes* g) cum peregrinis: qui simul omnes in glacie maris euntes, *Estoniæ* prouinciam primam attingunt. Et diuidentes exercitum per omnes villas, *Estones* fugientes persequuntur, comprehensos interficiunt, mulieres et paruulos et pecora rapiunt, ad castrum *Sontagana* congregantur, obsidentes Estones in eo, et pugnantes cum eis diebus nouem. Erigebant itaque propugnaculum ligneum, quod ad castrum vicinius appellitur. Super quod ascendunt Liuones et Letthi simul cum balistariis, et in arce munitionis multos ex *Estonibus* lanceis ac sagittis interficiunt, multos vulnerantes a defensione repellunt. Estones namque nimium audacter ad dimicandum prosilientes, et quasi magis dantes locum balistariis, plures vulneratos et plures interfectos recipiunt. Vnde tandem post multorum interfectionem, et propter aquæ cibariorumque defectum, tradentes se, pacem petunt. Teutonici vero: *Si perfidiæ vestræ*, inquiunt, *volueritis arma deponere, et veram pacem, quæ Christus est, in vestrum castrum recipere; libenter, vobis parcendo, vos in fraternitatis nostræ recipiemus amorem.* Quod vt audiunt, statim baptismi sacramentum cum omni iure Christianitatis se recipere cum gaudio pollicentur. Vnde die iam vicesimo missus est ad eos *Godefridus* sacerdos in castrum. Qui benedicens eos: *Si*, inquit, *abrenunciare volueritis idololatriæ, et in vnum Deum Christianorum credere?* Et respondentibus cunctis; *volumus;* ipse aquam fundens, ait: *Baptizamini ergo omnes in nomine Dei Patris et Filii et Spiritus sancti.* Quibus completis, data est pax, et, acceptis obsidibus Seniorum filiis, reuersus est exercitus cum omni præda et spoliis et captiuis in Liuoniam, deum pro gentium conuersione benedicens, qui est benedictus in secula.

9. POST dierum paucorum pausationem, recuperatis viribus, congregantur iterum *Rigenses* cum Liuonibus et Letthis, et euntes in glacie maris, quod erat continua frigoris asperitate congelatum firmis-

g) Comes de Altenburg seu Oldenburg: de quo supra *n.* 2.

1214. firmiſſime, verſus *Oſiliam* exercitum ſuum conuerterunt. Et inuenientes viam maris optimam, exercitum ſuum diuidunt, et per omnes vias et villas circumeuntes, multos comprehendunt, et viros omnes interficiunt, mulieres et paruulos et pecora ſecum abducunt. Apud vnum caſtrum conueniunt, et cum eis, qui in caſtro erant, dimicantes, nonnullos ex eis vulnerantes interficiunt, et præ nimia frigoris intenſione, caſtrum ipſum expugnare non attentantes, cum omni rapina et captiuis reuerſi ſunt per viam ſuam in glacie. Et clamantibus quibuſdam, quod *Malewa* h) ſequeretur, et aliis feſtinanter euntibus ad ignem; quidam ex eis deficientes et frigore congelati ceciderunt, et mortui ſunt, et alii ſani redierunt.

10. TRANSACTA vero Dominicæ Reſurrectionis ſolennitate, miſerunt *Eſtones* ad Regem *Woldemarum* de *Ploſceke*, vt cum exercitu numeroſo veniens obſideret Rigam. Ipſi quoque, Liuones et Letthos interim bellis deprimere, ſimul et portum in *Dunemunde* ſe claudere, pollicentur. Et placuit Regi conſilium perfidorum, qui ſemper Liuonienſem Eccleſiam quærebat diſturbare, mittenſque in Ruſſiam et Letthoniam, conuocauit exercitum magnum Ruthenorum atque Letthorum. Et poſtquam conuenerunt omnes et parati erant, et Rex intraturus erat nauem, iturus cum eis; et ecce! ſubito cecidit et exſpirauit, et mortuus eſt morte ſubitanea et improuiſa, et omnis exercitus ipſius diſperſus eſt, et reuerſus in terram ſuam.

11. ET audientes, qui erant in *Riga* de familia Epiſcopi et Fratres Militiæ conſilia *Eſtonum*, emerunt coggonem, munientes eum in circuitu tamquam caſtrum, et locantes in eo viros quinquaginta cum baliſtis et armis, ſtatuentes eum in ore fluminis *Dunæ* ad cuſtodiendum portas in introitu portus, ne venientes *Oſilienſes* obſtruerent, ſicut ante. Mortuo itaque Rege peruenit verbum in *Oſiliam*, ſimul et audientes, baliſtarios et viros armatos *Dunæ* portum cuſtodire, *Saletſam* intrauerunt, et aſcendentes circa ſtagnum *Aſtegerwe*, villas Letthorum deſpoliauerunt, et mulieres capientes, viros interfecerunt. Et congregati ſunt quidam ex Letthis, inſequentes eos, et comprehenſos quoſdam interfecerunt, et alios ad naues fugauerunt. Et ſiluit eccleſia diebus paucis, quæ erat expectans aduentum ſui Epiſcopi.

ANNVS

h) Si *Malina* vel *Malinea* ſcriptum eſſet; intelligerem ſubitum maris æſtum per glaciem diffuſum, quem effugere niterentur per glaciem ambulantes. Sed alia loca Auctoriso ſtendunt, *Malewam* ipſi eſſe magnam hoſtium cateruam. V. *ad annum* MCCXV, *n.* 2. et MCCXVIII. n. 7. Cuius originis vel gentis vocabulum ſit, me latet. Eſtonibus *Wanlane* hoſtis eſt. Num Noſter hoc in ſuum *Malewan* corruperit, nolim definire.

a) *Eſtonia*

ANNVS EPISCOPI ALBERTI XVIII.
CHRISTI MCCXV - MCCXVI.

1. *Albertus Epiſcopus cum Ep. Eſtienſi Roma redit.*
2. *Chriſtianorum prima impreſſio in Eſtiam Harrionenſem.*
3. *Rutheni, tributum petentes, occupant montem Odempe.*
4. *Eſtonia inter Epiſcopum Rigenſem et Eſtienſem et Volquinum Magiſtrum diuiditur aequis partibus.*
5. *Vngannenſes excurrunt verſus Nouogardiam.*
6. *Rigenſes penetrant in Wironiam.*
7. *Ruthenі caſtrum Odempe per compoſitionem capiunt.*
8. *Wlodomir generum ſuum Theodoricum, fratrem Epiſcopi, contra datam fidem, captivum* abducit *Pleſcouiam.*

ANNVS erat Antiſtitis XVIII. qui rediit a Curia Romana, 1215.
1. et in *Haganow* conſolatus a Rege Frederico, reuerſus eſt in *Liuoniam*, cum Epiſcopo *Theodorico Eſtienſi*, et cum aliis fidelibus, militibus et peregrinis, et inuenit in *Dunenmunda* viros ſuos portum cuſtodientes, et retulerunt ei de expeditionibus ſuis in *Eſtonia*, nec non de morte regis *Woldemari*, et qualiter conſolati ſunt in omnibus tribulationibus ſuis. Et factum eſt gaudium in Eccleſia, tam de aduentu pontificis, quam de liberatione ſua a *Ruthenis* et aliis gentibus.

2. POST hæc conuenerunt Epiſcopi cum Fratribus Militiæ, facientes diuiſionem quandam ſuper *Eſtonia*. Quæ ſicut poſtea fuit inſtabilis, ſic eam deſcribere inutile reputaui. Quin potius dicam, quod conuenerunt iterum *Rigenſes* cum Liuonibus et Letthis, et Magiſter *Volquinus* cum Fratribus ſuis et peregrinis, ſimul et *Theodoricus* cum viris Epiſcopi, et iuerunt cum exercitu, pacifice tamen, in *Saccalam* iam baptizatam, conuocantes ad ſe ſeniores eiuſdem prouinciæ, quorum conſilio procedebant ad alios *Eſtones*, et ipſi erant eis duces. In die vero aſſumtionis beatæ virginis intrauerunt prouinciam *Harrionenſem*, quæ eſt in media *Eſtonia*, vbi et omnes gentes circumiacentes quolibet anno ad placitandum in *Rugele* conuenire ſolebant. Quo cum peruenimus; exercitum noſtrum per omnes vias ac villas, nec non et prouincias illius terræ diuiſimus, incendentes omnia et vaſtantes, quicquid maſculini ſexus interficientes, mulieres et paruulos capientes, pecora multa, nec non et equos eorum auferentes. Tandem ad villam magnam *Lone* a), quæ eſt ſuper riuum in media terra, conuenimus, et ibidem triduo quieſcentes, totam terram in circuitu deuaſtauimus, et vſque ad *Reuelenſes* villas peruenimus. Quarto die ponentes inſidias prope villam, capti ſunt nouem ex eis, et quidam interfecti. Et reuerſus eſt exercitus cum præda magna, boueſque et oues innumerabi-

a) *Eſtonia* omnis in quinque diuiditur prouincias, ſcilicet *Alentakiam*, cuius caput Narua; *Wironiam*, vbi Borcholm; *Harriam*, in qua Reualia; *Ieruiam*, vbi Wittenſtein, et *Wykiam* ſeu *Maritimam*, in qua Leale. Maritima hodienum ab hoc loco Eſtonice *Löne-ma* h.e. *Lonenſis terra* vocatur.

1215. rabiles reduxerunt. Et ſequuti ſunt Eſtones in *Malewa* b) magna, volentes eos impugnare. Sed cecidit ſors Deorum ipſorum in partem contrariam. Et reuerſi ſunt *Rigenſes* cum gaudio magno in Liuoniam, diuidentes omnia, quæ retulerunt, in charitate.

3. POST hæc indignati *Rutheni* de *Pleſcekowe* contra *Vngannenſes*, eo quod baptiſmum *Latinorum* acceperunt, et ſuum, id eſt, Græcorum contemſerunt, bellumque eis comminantes, cenſum ac tributum ab eis exegerunt. *Vngannenſes* vero Liuonienſem Epiſcopum ſimul et Fratres Militiæ ſuper hæc conſulentes, auxilium ſuper hoc poſtulabant. Quod ipſi non negantes, ſimulque cum eis viuere ac mori promittentes, liberos ſe a *Ruthenis* eſſe, ſicut ſemper ante baptiſmum fuerunt, ſic et nunc eſſe, confirmabant. Mortuo itaque rege magno Waldemaro de Ploſceke c), reſuſcitatus eſt nouus aduerſarius Liuonienſis Eccleſiæ Woldemarus de Pleſcekowe d), et venit in Vnganniam, et ſedit in monte *Odempe*, et miſit exercitum ſuum per omnes villas ac prouincias in circuitu; qui incendentes et deprædantes totam terram, multos viros interfecerunt, mulieresque et paruulos captiuos deduxerunt. Et erat ibidem Teutonicorum quidam *Sigfridus* mercator, qui perditis omnibus ſuis Rigam fugit et nunciauit ibi.

4. TVNC conuenerunt Seniores Rigenſium cum Epiſcopis, *Alberto* et *Theodorico*, et Fratribus Militiæ, conſiderantesque, bellum *Ruthenorum* ſibi forte imminere, diuiſionem quandam fecerunt ſuper omnibus prouinciis *Eſtoniæ* per Liuonienſem Eccleſiam ſubiugatis ac baptizatis, deſcribentes Eccleſiæ Liuonienſi et Epiſcopo *Rigenſi* tertiam partem prouentuum omnium ac tributorum, de Eſtonia prouenientium, vt, ſicut laborum ac bellorum, ſic etiam conſolationum particeps exiſteret; Secundariam partem *Eſtienſi* Epiſcopo; Tertiam vero Fratribus Militiæ pro laboribus et expenſis ſuis adiudicabant.

5. VENERVNTQVE iterum *Vngannenſes* ad Epiſcopos, auxilium contra *Ruthenos* poſtulantes. Et miſerunt Epiſcopi viros ſuos cum Fratribus Militiæ in *Vngannam*. Qui congregauerunt *Eſtones* omnes de prouinciis illis, et ædificauerunt montem *Odempe* ſimul cum eis, et habitauerunt ibi, munientes caſtrum firmiſſime, tam contra *Ruthenos*, quam contra gentes alias, adhuc nondum baptizatas. Venerunt etiam *Rutheni* ſolito more in terram Letthorum de *Tholowa* pro cenſu ſuo colligendo: quo collecto, caſtrum *Beverin* incenderunt. Et videns *Bertholdus Magiſter Militiæ* de *Wenden*, quod ad bellum ſe præpararent, eo quod caſtra Letthorum incenderunt, miſit et comprehendit eos, et proiecit in carcerem eos: quos tamen, venientibus nunciis Regis *Nogardiæ*, ſoluit, et honorifice remiſit in *Ruſſiam*. *Vngannenſes* vero volentes ſe de *Ruthenis* vindicare, ſurrexerunt cum viris Epiſcopi, ſimul et cum Fratribus Militiæ, et abierunt in *Ruſſiam* verſus *Nogardiam*, et inuenientes terram nullis rumoribus præmunitam, in feſto Epiphaniæ

b) V. *ad annum* MCCXIV. *n.* 9.
c) V. *ad annum* MCCXIV. *n.* 10.
d) Pleſcouienſis, diſtinctus a Poloczenſi iam defuncto.
e) Alias

phaniæ cum conuiuiis et compotationibus ſuis magis ſolent eſſe occupati, diuiſerunt exercitum ſuum per omnes villas, et interfecerunt populum multum, et mulieres quam plurimas captiuas deduxerunt, et equos et pecora multa depellentes, ſpolia multa tulerunt, et igne et gladio ſuas iniurias vindicantes cum omni præda reuerſi ſunt in *Odempe* gaudentes. 1215.

6. POST feſtum Epiphaniæ miſerunt *Rigenſes* ad omnes Liuones et Letthos, et congregauerunt exercitum magnum, et iuerunt in *Saccalam* et acceperunt Seniores eiuſdem prouinciæ ſibi duces, veneruntque ad eos *Vngannenſes* cum Teutonicis ſuis, et proceſſerunt in *Gerwen*, diuidentes exercitum ſuum per omnes villas ac prouincias regionis illius, et percuſſerunt terram ipſam plaga magna, ſedentes in villa *Carethen* ſex diebus, incendentes et vaſtantes omnia circumquaque. Et proceſſerunt in *Wironiam*, qui habebant equos fortiores, et ſimiliter terram illam deprædantes, et viros interficientes, et mulieres et paruulos captiuantes, cum ſpoliis multis reuerſi ſunt in *Carethen*. Et venerant ad eos ibidem Seniores illius prouinciæ *Gerwanenſes*, pacem petentes, et vt de finibus ſuis exirent. Quibus dixerunt ipſi: *Si volueritis*, inquit, *veram pacem; oportebit vos veri pacifici, qui eſt Chriſtus, filios fieri, vt ipſius baptiſmate ſuſcepto noſtram poſſitis fraternitatem perpetuam adipiſci.* Quo audito, gauiſi ſunt *Gerwanenſes*, et vt pacem *Rigenſium* conſequi valerent, tam baptiſmum eorum promiſerunt ſe ſeruaturos, quam cenſum eis perpetuum daturos. Vnde et quoſdam baptizauimus ibidem, et, acceptis obſidibus pueris eorum, reuerſi ſumus in Liuoniam cum omni præda noſtra, Deum pro gentis etiam illius conuerſione collaudantes.

7. POSTQVAM reuerſus eſt exercitus Liuonienſis a *Gerwen;* ſtatim *Nogardenſes* in quadrageſima congregauerunt exercitum magnum *Ruthenorum*, ibatque cum eis Rex *Woldemarus de Pleſcekowe* cum ciuibus ſuis, et miſerunt nuncios per vniuerſam *Eſtoniam*, vt venirent ad obſidionem Teutonicorum et Vngannenſium in *Odempe*. Et venerunt non tam *Oſilienſes* quam *Harrionenſes* et *Saccalanenſes*, iam dudum baptizati, ſperantes iugum Teutonicorum, ſimul et baptiſmum eorum, taliter a ſe remouere. Et occurrunt *Ruthenii*, et obſederunt ſimul cum eis caſtrum *Odempe*, et pugnauerunt cum Teutonicis, et qui cum eis erant, XVII. diebus, et non poterant eis nocere, quia caſtrum erat firmiſſimum. Et viri ſagittarii Epiſcopi, qui erant in caſtro, et Fratres Militiæ, multos vulnerabant ex Ruthenis, et interficiebant baliſtis ſuis. Similiter *Rutheni* ſagittis arcuum et catapultorum ſuorum quoſdam de caſtro vulnerabant. Et circumiuerunt *Rutheni* per prouincias, et comprehenderunt multos, et interficientes eos, proiecerunt corpora eorum in aquam, quæ erat in pede montis, vt non haurirent ex ea, qui erant in caſtro. Et fecerunt omnia mala, quæ potuerunt, vaſtantes et incendentes omnem terram in circuitu. Et quandoque more ſuo montis munitionem cum omni multitudine ſua conſcendere conantes, a Teutonicis et *Eſtonibus* fortiter repulſi ſunt.

1215. Vnde multorum virorum ſuorum interfectionem ibidem experti ſunt. Et audientes Epiſcopi cum Fratribus Militiæ ſuorum obſidionem, miſerunt in auxilium eis circiter tria millia virorum. Et ibat *Volquinus* Magiſter Militiæ cum eis, et *Bertholdus* de *Wenden* et *Theodoricus*, frater Epiſcopi, cum eis, cum Liuonibus, et Letthis ac peregrinis quibuſdam. Et peruenerunt ad ſtagnum *Raſtegerwe* e), et obuiam habuerunt puerum, venientem de caſtro. Quem acceperunt viæ ducem et peruenerunt ad caſtrum mane facto, et relinquentes *Oſilienſes* ad dextram, perrexerunt ad *Ruthenos*, et pugnauerunt cum eis. Et videntes exercitum magnum et fortem, diuerterunt ad caſtrum. Erant enim *Ruthenorum* et *Oſilienſium* fere xx. millia: quorum videntes multitudinem, aſcenderunt in caſtrum, et ceciderunt quidam ex Fratribus Militiæ, viri fortes, *Conſtantinus*, *Bertholdus* f) et *Helias:* et ex familia Epiſcopi quidam. Et alii omnes ſani peruenerunt ad caſtrum, et præ multitudine virorum et equorum facta eſt fames et penuria ciborum et fœni in caſtro. Et comedebant equi caudas ſuas inuicem. Similiter et in exercitu *Ruthenorum* cum eſſet defectus omnium, tandem tertio die poſt conflictum colloquuti ſunt cum Teutonicis.

8. FECERVNT tandem pacem, poſt habitos tractatus cum eis, ita tamen, vt Teutonici omnes relicto caſtro in Liuoniam redirent. Et vocauit Rex *Woldemarus* generum ſuum, *Theodoricum*, vt pro pace confirmanda ſecum abiret in *Pleſcekowe*. Et credidit ei, deſcenditque ad eum. Quem ſtatim *Noyardenſes* rapuerunt de manibus ipſius, et captiuum ſecum deduxerunt. Teutonici vero facta pace cum Liuonibus et Letthis per medium *Ruthenorum* et *Oſilienſium* deſcenderunt de caſtro, et redierunt in Liuoniam. *Saccalanenſes* etiam interim terram Letthorum intrantes, et villas eorum deuaſtantes, et homines captiuos ducentes ab *Ymera*, reuerſi ſunt in Saccalam, immemores ſacramentorum omnium ante ſuſceptorum; pacemque cum Teutonicis quondam factam non curantes, interruperunt.

ANNVS ALBERTI EPISCOPI XIX.
CHRISTI MCCXVI - MCCXVII.

1216. 1. *Albertus Ep., fratris liberatione fruſtra tentata, abit in Germaniam; ſed inde venit Albertus Comes Lauenburgicus ſeu Nordalbingiæ.*
2. *Eſtonienſes Mieceſlaum, Regem Nouogardiæ, ad bellum excitant contra Rigenſes.*
3. *Quo bello perit Lembitus tyrannus et*
4. *Caupo, Lettorum dux, occiditur.*
5. *Saccalanenſes plane perdomantur*
6. *Cum Gerwanenſibus baptiſmum admittunt.*
7. *Oſilienſes prædones e continenti expelluntur.*

1. PRAESVLIS Alberti XIX fuit annus, et non a bellis ſiluit gens Liuonienſis a). Miſit enim venerabilis præfatus Antiſtes nuncios ſuos tam in *Nogardiam*, quam in *Sac-*

e) Alias vocatum *Aſtigerwe*.
f) Bertoldus de *Wenden* dictus, quod aliquamdiu fuiſſet fratrum Wendenſium Submagiſter. Eius enim in ſequentibus nulla amplius fit mentio.
a) Carminice pleroſque Alberti annos orditur Chronographus noſter.

b) Hic

Saccalam pro pace in *Odempe* facta confirmanda, ſupplicans etiam eis pro fratre ſuo *Theodorico*. Qui cum ſint homines elationis tumore repleti, ſimul et in ſuperbia ſua nimium arrogantes; nec preces Epiſcopi, nec pacem Teutonicorum curantes. Sed conſpirabant cum *Eſtonibus* et cogitabant conſilia, qualiter Teutonicos opprimerent, et Liuonienſem Eccleſiam deſtruerent. Quo cognito, prædictus Antiſtes cum peregrinis redeuntibus abiit in Teutoniam, Domino Iheſu Chriſto, matrique ſuæ glorioſæ, Liuoniam committens etiam hac vice cuſtodiendam, et incommoda bellorum damnumque ſuorum cunctis ſignificans, vt ſe murum pro domo Domini ponerent viri fortes et nobiles, et ſumpta cruce peregrinarentur in Liuoniam, in remiſſionem peccatorum cum militibus ſuis, admonuit. Et audiuit *Comes Albertus* de *Louenborch* b) omnia 1216.

Quis ſit Albertus Comes?

Falſa Cranzii narratio.

Alberti pater Sifridus Comes Orlamundanus.

b) Hic eſt famoſus ille Comes Albertus, qui ineunte hoc ſeculo, veluti nouum ſidus, in cœlo tranſalbino exortus, vix parte eius quarta exacta, ſubito diſparuit, in hiſtoria ſine parente, ſine matre, ſine vxore, donec CRANZIVS *Saxoniæ lib.* 7. *c.* 22. promitteret, ſe ſuo tempore oſtenſurum, *quis et vnde fuerit*, fidemque liberaret *c.* 27. vbi, cum narraſſet Albertum Comitem de Orlemunde ab Waldemaro Daniæ Rege omni illi ditioni, quam olim Adolphus Comes Schauenburgicus poſſederat, præfectum fuiſſe, addit: *Erat is filius Henrici de Orlemunde, qui relictam fecundi Adolphi accepit vxorem, ex qua ſuſtulit, vt præſumitur, hunc Albertum. — Hic eſt ille Albertus, cuius nomen in faſtis legitur, ſed ridicule origo ſiletur: vtezimus frater tertii Adolphi, cuius mater, vt diximus, Henrico, paruuli ſui tutori nupſit.* Auctoritas viri, hæc tanta aſſeuerantia proponentis, et ſubinde *c.* 36. inculcantis, vt alis ante ſe in mentem non veniſſe miraretur, et prope ridiculum duceret, ceteros omnes, qui de eadem re commentati ſunt, eamdem tibiam inflare coëgit, credo, ne *ridiculi* viderentur. Eaque ſententia, licet vox naturæ Waldemarum Regem ſuo potius ſanguini, quam alieno et hoſtili, fauere voluiſſe loquatur, ab eo præſertim tempore, quo Cranzius doctiſſimum et oculatiſſimum virum, HENRICVM BANGERTVM *notis ad Helmold. lib.* 2. *c.* 7. adſtipulatorem nactus eſt, in omnes Annales atque genealogias iuit, donec fucum Cranzii detergeret deceſſor noſter, Dn. ECCARDVS *genealog. Saxon. p.* 511. oſtenderet-que ad oculum, Alberti Comitis patrem *Sifridum* fuiſſe Comitem Orlamundenſem; *matrem* autem *Waldemari* II. Danorum Regis *ſororem*: cuius tamen *nomen*, tacentibus ſcilicet non noſtris ſolum, ſed et Danorum annalibus, quos maxime diſertos eſſe decebat in re domeſtica, ille æque ac Alberti *coniugem*, ignorauit. Nos, prætermiſſis, quæ iam demonſtrata ſunt, cetera perſequemur, vt Alberti origines et neceſſarii poſteros non amplius lateant. Sifridus, Alberti parens, auum habuit Albertum anno MCLXX. et *patrem* Hermannum anno MCLXXVI. defunctos. CHRON. ERFORD. *ap.* Dn. MENCKE *Scriptor. t.* 3. *p.* 224. Hic eſt ille Hermannus Comes de Orlamunde, qui anno MCLXXIII. Friderico I. Imp. Goſlariæ teſtis adfuit in diplomate Cellenſi: quod ex origine habetur in DIVRNIS THEOLOGORVM SAXON. *anni* MDCCXXII. *p.* 517. et cuius literas ſe vidiſſe teſtatur MEIBOM. *t.* 1. *p.* 529. facientes mentionem patris Adelberti Marchionis, Coniugis Adelheidis, filii Sigefridi. Quale quid etiam eſt apud HOEN *hiſtor. Coburg. part.* 1. *p.* 110. Sifridus, Hermanni filius vnicus, anno MCLXXIX. a Friderico I. Imp. accepit bona, in pago *Orla* ſita. Diploma habetur apud Dn. Cancellarium de LVDEWIG *reliq. t.* 10. *p.* 148. Idem anno MCLXXX. Geilenhuſæ inter teſtes, adſcriptus eſt aureæ bullæ Colonienſi apud GELENIVM *p.* 74. et anno MCLXXXI. Comitiis interfuit Erfordienſibus apud MEIBOM. *t.* 1. *p.* 529. nec non conuentui Trauemundenſi, vbi quamdam ex filiabus Waldemari I. Daniæ Regis *Coniugem* nactus, nuptias celebrauit Sleſwici. Vetus *Chronologia Sueo-Danica* ap. Dn. BENZEL. *Monument. Sueo-Gothic. part.* 3. *p.* 83. CHRONICON SIALANDICVM ab ARNA MAGNÆO editum *p.* 48. ERICI *hiſtor. gent. Dan.* ap. LINDENBROG. *p.* 271. SAXO GRAMMAT. *lib.* 15. *p.* 371. Sciendum tamen, ab his teſtibus ſolum *Comitem Sifridum* nominari, ſuppreſſo familiæ Orlamundanæ et Sponſæ nomine. Sifridum Comitem de Orlamunde porro teſtem reperio in chartis anni MCLXXXIII. apud Dn. MENCKE *Scriptor. t.* 1. *p.* 772. anni MCXC. ap. BECMAN. *Notit. Vniuerſitat. Francofurt. mſct. p.* 30. anni MCXCII. ap. LANG. *Chron. Citicenſ. p.* 1160. anni MCXCIII. ap. SAGITTAR *hiſtor. Magdeburg. Mſct.* et anni MCXCIIII. *diplom. Mſct*, de quo mox.

1216. omnia mala, quæ *Rutheni* simul et *Estones* inferebant Ecclesiæ Liuonienſi, et ſumpta cruce in remiſſionem peccatorum cum militibus

Ipſe anno MCXCII in monaſterium Heuſdorff prope Icnam beneficus fuit. Diploma habet THVRINGIA SACRA *p.* 332. cuius tituli menſuram vtinam! liber impleret. Anno MCXCVIII. cum *Ichterſhuſæ* prope Erfordiam, in terra huius Sifridi, nonnulli Principes et Comites Philippum Regem deſignarent; Comitum eligentium is primipilus fuiſſe legitur *Chron. Erford.* MENCK. *t. 3. p.* 233. Denique *anno* MCCVI. *Sifridus Comes de Orlamunde obiit*, teſtibus ANNAL. REINERSBORN. *Mſct. ad b. a.* Nunc ad Coniugem Sifridi pergendum eſt, Alberti matrem, Waldemari II. Daniæ Regis ſororem, filiam autem Waldemari I. Waldemarus I. ipſe ex matre *Holmgardica* natus, Haraldi ſcilicet filia, Ingeburgi, nepte Waldemari II. quod nominis inde in Daniam et e Dania in Germaniam migrauit, in matrimonio habuit Sophiam, Waldemari III. Holmgardiæ Regis vltimi, filiam, conſobrinam. At qua orbis parte ſitum regnum *Holmgardicum*, et cuius nationis *Holmgardiæ* Reges? Dicam paucis, quæ dicenda habeo. In tabula Sueciæ antiquæ *Holmgardiæ regnum* inſcriptus eſt ille terrarum tractus, qui *Careliam* et *Ingriam* cum *inſulis* circumiacentibus continet, cuius centrum hodie eſt *Petroburgum*, oculus mundi. *Holmgard* nomen regiæ ſedis fuit, in inſula quippe conſtructæ. Regnum autem ipſum, quod *gardis* ſeu burgis abunderet, licet Ruſſi *gard* vbique deinceps in *grod* mutauerint, GARDARIKE; ratione ſitus autem OSTRAGARDIA vel AVSTAN; immo a Careliæ fluuio *Kymen*, *Kymenelff* ap. WEXION. *deſcript. Suec. lib. I. c. 28.* vel a *Chyeina* inſula in ſinu Fennico ap. IO. MESSEN. *Scond. Illuſtrat. t. 10. præfat.* KIAENVGARD fuit appellatum. Tria hæc nomina occurrunt in hiſtoria Gothrici et Roluonis, ab OLAO VERELIO *Gothice* et *Suecice* edita Vpſaliæ anno MDCLXIIII. Duo poſteriora habet quoque HELMOLDVS *lib. I. c. 1. n. 4.* vbi ait: *Ruſſia vocatur a Danis* OSTROGARD, *eo quod in Oriente poſita* (ADAMVS BREMENSIS vocat *Oſtrogard Ruſſiæ*, vt diſtinguat ab *Oſtrogardia Gothica* in inſula Gothlandia). *Hæc etiam* CHVNIGARD *dicitur, eo quod ibi ſedes Hunnorum primo fuerit.* Quæ ratio parum veri ſimilis. *Chronicon Magiſtrorum Ord. Teuton.* ap. MATTHAEI *Anal. t. 5. p. 699. ſeq. edit. nouiſſ.* cuius narrationem de rebus Liuonicis appendici documentorum inſerimus *n. II.* ipſos habitatores terræ Ruſſicæ, Dunæ vicinæ, *Keenen* tum appellatos fuiſſe ait. Quod ſi antiquiorum teſtimoniis probari poſſet; non longe arceſſenda foret *Kiænugardiæ* etymologia. Suecici

Mater Alberti Sophia, Woldemari I. Regis Daniæ filia.

Holmgardia quid?

ſanguinis Reges *Holmgardicos* fuiſſe, facile diuinatu eſt, non defore e Suecis, qui aſſerant. Ante alios id negotii datum ſibi credidit regius Hiſtoriographus, CLAVDIVS ARRHENIVS OERNHIAELM, vt ſtemma horum Regum Succico nomini vindicaret *hiſtor. Suec. lib. 4. c. 8.* vbi hæc habet: „Ericus vi„ctoriоſus, et Olaus Skattkonung, eius filius, „non tantum Curlandiam, ſed Eſtoniam „quoque, Liuoniam et plures his vicinas „terras ſuo continuerunt dominio. Quas „vt quietiores a ferarum in proximo gen„tium incurſu tuerentur; in intimo receſſu „huius maris conſtitutos opibuſque ſuis fir„matos habuerunt *fiduciarios quoſdam Re„gulos ſui ſanguinis:* quorum quia ſedes in „proximis litori inſulis erat, prolatumque „regnum in vicinas inſulis terras, occupa„tas poſtmodum a Moſchis ſeu Ruthenis; „*Holmgardici* vocantur in *antiquis noſtri „orbis hiſtoriis.*„ Mallem, vir doctiſſimus alio probandi medio vſus eſſet, quam patriis *Hervarar ſagis* et *Sturlonidum*, *Scaldorum* que cantu fabuliſque, non niſi ad fallendas Regum Principumque noctes, quas ibi longiſſimas eſſe conſtat, comparatis. Reges ſane in medios fluctus ſemet immittentes, atque in fundo maris cum hoſtibus prælia miſcentes, et huius generis mirabilia ſexcenta alia, non facile concoquet hominis Germani ſtomachus. Aequior VERELIVS. Nam licet et ipſe *l. c. not. p. 3. et 4.* phonaſcorum patriorum cantilenas non aſpernandas putet, quia linguæ propriętatem etindolem, hominum mores, ritus, inſtituta et priſci ævi conſuetudines non fabula minus quam hiſtoria exhibeat; rem tamen omnem in medio relinquit, dum *p. 96.* ait, per *Gardarike* intelligi eam *Ruſſiæ* partem, *quæ regno noſtro* (Suecico) *ſit vicinior, ſuis quondam Regibus gubernatam.* Et quantam ſtragem ederent ita ſentientes in genealogiis eorum, qui ex hoc fonte ſanguinem Rutenicum in nonnullarum Germaniæ illuſtrium familiarum venas derivant? Quomodo Dn. ECCARDVS ex his tricis ſemet expedierit; opuſculum, *genealog. Saxon. p. 631.* inſertum, oſtendit: quam laciniam purpuræ aſſuiſſe virum doctum, demiror. Sed ad rem. Waldemaro igitur, primo huius nominis Daniæ Regi, Sophia Holmgardica, Ruſſici vel Suecici ſanguinis Regina, peperit duos filios, Canutum et Waldemarum, qui ambo, at ſuo quiſque tempore, a morte patris regnarunt, et filias quinque aut ſex. In quibus eruendis et nominandis mire ſe torquet HENRICVS ERNSTIVS, qui in commentario ad veterem Regum aliquot Daniæ genealogiam, a Dn. de LVDEWIG *relig. t. 9.* nuper recuſo, in conciliandis diuerſa opinan-

Waldemari I. filiæ quot et quæ?

bus ſuis ac viris ſtrenuis et nobilibus, profectus eſt in Liuoniam, venitque cum eo Abbas *Bernhardus* de *Dunenmunda* et peregrini, licet 1216.

nantium ſententiis, quam in fontibus conſulendis deſudare maluit. *Prima* filiarum, quas, quia ex ordine natalium non poſſumus, ſecundum tempora nuptiarum collocamus, SOPHIA eſt; *altera* Anonyma: ambæ in conuentu Trauemundenſi, illa quidem Sifrido, de quo agimus; hæc filio Friderici I. Imp. deſponſatæ. Illa iam tum nubilis; hæc non item. Siquidem Sophiæ nuptias Sleſwici ſtatim celebratas tradit Saxo; hæc in aulam Cæſaris miſſa, dum adoleſceret, poſtea repudii opprobrium paſſa eſt. ARNOLD. *lib. 3. c. 20.* SOPHIAE nomen innoteſcit ex charta inedita, et appendici noſtræ reſeruata, quam Sifrido, Orlamundenſi Comiti, anno MCXCIIII. Conradus Moguntinenſis Archiepiſcopus dedit conſecratæ a ſe teſtem eccleſiæ ſancti Pancratii in caſtro Orlamunda. *Tertia* filiarum INGEBVRGIS fuit, anno MCXCIII. a Philippo Auguſto Francorum Rege domum ducta, ſtatimque repudiata, ſed ob minas Pontificis in torum recepta. Cuius rei teſtes ſunt præter Annales Francorum Cæleſtini PP. III. epiſtolæ a Dn. MARTENE *t. 3. Collect. ampliſſ.* nec non documenta a Dn. BALVZIO *Miſcell. t. 7. p. 245. ſeq.* edita. Equibus dotalitii conſtitutionem huc tranſſcribere iuuat, quia breuiſſima eſt, et plenam fidem dictis facit: *Philippus* etc. *Notum* etc. *quod Nos* EGEMEVRGI, *nobiliſſimæ cariſſimi noſtri regis Dacie ſorori, quam per Dei gratiam ducimus in vxorem, donamus in dotalicium, quicquid pertinet ad præpoſituram Aureliacenſem, et Checiacum et Caſtrum Nouum et Nouillam. Quod vt perpetuam obtineat firmitatem* etc. *Actum Ambianis Anno Domini* MCXCIII. Huic cum diuortii ſententia per interpretem eſſet explicata, cum appelliare non poſſet, linguæ Francicæ prorſus ignara; in hæc verba erupit: *Mala Francia! Mala Francia!* et adiecit: *Roma. Roma.* GESTA INNOCENT. III §. *49.* Quæ VOX pro appellatione ad ſedem Apoſtolicam accepta eſt. *Quarta* fuit HELENA, Guilielmo, Henrici Leonis filio natu minimo, Hamburgi nupta anno MCCII. ARNOLD. *lib. 6. c. 15.* ALBERTVS STADENSIS *ad h. a. Rex Otto Duci Danorum* (Waldemaro) *filiam fratris ſui, Henrici, in Hamburg deſponſavit, et ſororem Ducis Helenam fratri ſuo Willebelmo.* Vbi fruſtra ſunt, qui pro *filiam fratris ſui* legendum putant *patris ſui*, et ex hoc capite Waldemaro II. Henrici Leonis filiam coniugem dant, quam in toro habuit frater Canutus Rex. Et quis ſanæ mentis *patris ſui filiam* vocat *ſororem germanam?* Intelligitur ergo filia Henrici Palatini, fratris Ottonis Regis; licet ob ſuperuenientes diſſenſiones ſponſalia hæc exitu caruerint. Ex matrimonio Guilielmi et Helenæ natus eſt Otto puer, primus Brunſuicenſium et Luneburgenſium terrarum Dux: quem Albertus Orlamundanus, ex Sophia, Helenæ ſorore natus, propterea *conſanguineum ſuum* vocat in diplomate LAMBEC. *Orig. Hamburg. lib. I. n. 118. Quinta* REGISSA ſeu RICHVENZA fuit, anno MCCX. in matrimonium collocata Erico, Regi Sueciæ. *Chron. Dan.* ap. Dn. de LVDEWIG *reliq. t. 9. p. 153.* qui Canuti filius fuit, et Erici ſancti nepos. Addit ERNSTIVS ſextam *Walpurgin*, Bogiſlai I. Pomeraniæ Ducis coniugem: quam MICRAEL. *Chron. Pomeran. lib. 2. n. 82.* mutat in *Hildegardim*, Rugiæ Principi, Iaromaro, iunctam. Sed vt Iuriſconſulti ſine lege; ita Hiſtorici ſine idoneis teſtibus et documentis loqui erubeſcimus. SIFRIDO ex SOPHIA nati ſunt filii duo, HERMANNVS et ALBERTVS: quorum illi *patris;* huic *aui* nomen inditum. Maior natu patri ſucceſſit, ita tamen vt minor quoque auitarum terrarum partem aliquam acciperet: vt mox videbimus. Fortuna tamen hunc vocauit in aulam Danicam ad Regem auunculum: cuius auſpiciis *miles* creatus eſt anno MCCII. vt accurate annotant Chronographi Danici apud Dn. de LVDEWIG *reliq. t. 9. p. 152.* et ERICVS *hiſtor. gent. Dan. ad h. a.* Quæ res duo nos docet. *Primum*, quod fratrum natales inciderint in primos a contractis parentum nuptiis annos, quia Hermannus anno MCCVI. iam ea ætatis maturitate fuit, vt paternarum regionum habenas ipſe capeſſere poſſet. *Alterum*, quod Albertus inde a teneris ſpiritus aluerit militares, in hoſtium quaquauerſus capita effundendos: vt eius geſta oſtendunt. Neque tamen ciuili prudentia iam iſta ætas caruit, cum non dubitauerit Rex iuueni committere terras omnes, inter Albim, Eidoram et mare interiectas, quæ paullo ante plures vno Comites et Rectores habuerunt. Contigit enim, vt eo ipſo anno, quo Canutus mortuus et Waldemarus II. in regnum aſſumtus eſt, poſſeſſor maioris partis huius prouinciæ, Comes Adolphus, caperetur, et Albertus a nouo Rege vniuerſæ præficeretur *Nordalbingiæ*. Neque ſolum rei alienæ adminiſtrator fuit; ſed bonam regionis partem, et nominatim quidem *Hamburgum* et *Lauenburgum*, vel ſuo ære emtum, vel ex dono Regis auunculi iure proprietatis poſſedit. *Vicariæ*, licet ampliſſimæ, poteſtatis argumentum eſt, quod, vacante anno MCCVI. ſede Raceburgenſi, diſſidentibus inter ſe ſacris Collegis *Philippum* Epiſcopum dedit. *Quod ideo factum*, ait Hiſtoricus, *quia* DOMINVS *Waldemarus*

Alberti frater Hermannus.

Albertus venit in Aulam Danicam.

Præficitur Nordalbingiæ.

1216. licet pauci. Et ſuſceptus eſt cum lætitia magna. Quem dominus hactenus poſuerat in pharetra ſua, tamquam ſagittam electam, vt tem-

demarus Rex in Suecia bellis occupatus erat. ARNOLD. *lib. 7. c. 11.* Idem ex Regis et Alberti titulis patet. Ille Danorum Slauorumque Rex, Dux Iutiæ et DOMINVS *Nordalbingiæ* in huius temporis diplomatibus appellatur apud TERPAGER. *Rip. Cimbr. p. 685. p. 777. p. 778.* et apud RAYNALDVM *ad annum* MCCVI. *n. 19.* Hic, præter natiuos Orlamundæ honores, ſolo *Nordalbingiæ* vel *Holſatiæ* COMITIS titulo contentus egit: vt oſtendit diplomatum ſeges cum in LAMBEC. *Orig. Hamburg.* tum in MOLLERI *hiſtor. Cimbr* tum vero *Domini* vocabulum ſupremæ et abſolutæ; *Comitis* autem reſtrictæ et ex alieno lubitu pendentis poteſtatis index eſt. De *Hamburgo* Albertique in eam vrbem iure Lambecius.

Fit Dominus Lauenburgi.

De *Louenburgo* autem teſtantur omnes huius æui Hiſtorici, quotquot eum *Comitem* de *Louenburg*, nonnumquam per errorem ſcribentium etiam de *Lunenborg*, vocant. Intelligitur autem *Lauenburgum* ad Albim fluuium cum circumiecta regione Sadelbende, quod anno MCCIIII. Adolpho Holſato eretum Rex Alberto dedit, qui viciſſim eius redditione anno MCCXXVII. e vinculis ſemet liberauit. Qua de re conqueritur data ad Pontificem epiſtola apud SCHANNAT. *Vindem. t. p. 196.* — *captus fui et diutiſſime detentus in vinculis ferreis, a quibus eripi non potui, nec abſolui, donec caſtrum quoddam munitiſſimum, ad meſpectans hereditario* (i. e. proprietatis) *iure, oportuit me dimittere* etc. Quale illud *caſtrum* et *cui dimiſſum* fuerit, ALBERTVS STADENSIS explicat *ad annum* MCCXXVII. *Caſtrum* LOVENBVRG *pro Comitis Alberti liberatione Alberto Duci* (Saxoniæ) *redditur.* Qui, cum ei eodem tempore *Raceburgum* dederetur, hæc duo caſtra veluti ſtamina condendi *noui* Ducatus Saxonici habuit, cum telam, quam paret BERNARDVS, *Angariæ* et *Weſtphaliæ partis Dux* creatus, in his oris tranſalbinis præter fas orſus erat, non Henricus Leo ſolum, cinſque filii, ſed etiam Adolphus Schauenburgenſis, et Canutus Waldemaruſque Daniæ Reges, perrupiſſent. Lauenburgum enim Angariæ vel Weſtphaliæ pars numquam fuit. Quæ ſi vera ſunt, vti ſunt; non video, quid Lauenburgum ad Agnatos, ab Alberto noui principatus conditore non deſcendentes, et ſemetipſos non Alberti, ſed fratris eius Henrici, prolem iactantes.

Alberti Coniux Hedewigis, Hermanni Thuringiæ landgrauii filia prioris uori.

Splendida iuuenis Orlamundani fortuna, quæ ex gratia auunculi Regis affulſit, totiuſque *Nordalbingiæ* dominium ſperare iuſſit, mouit HERMANNVM, *Thuringiæ Landgrauium*, vt ei *filiam prioris uori*, IVTTAE illius, quæ Thuringiæ Landgrauiatum denique in domum Miſnicam intulit, *ſororem* germanam vnicam, HEDEWIGIM nomine, coniugem daret. Filiam huius nominis *Hermanno* Landgrauio ex priori matrimonio natam, et *Alberto cuidam Comiti* copulatam fuiſſe, extra dubii aleam eſt. Ita enim ANNALES LANDGRAVIORVM *p. 350. edit. Eccard. Hermannus de Sophia habuit duas filias*, IVTTAM *et* HEDWIGEN. HISTORIA DE LANDGRAVIIS *p. 406. Hermannus Sophiam, filiam Comitis Palatini vnigenitam, duxit in vxorem, et generauit ex ea duas filias: quarum vna duxit* COMITEM ELSATIAE; *alia*, IVTTA *nomine, fuit Theodorico — deſponſata.* ANNALES BREVES *p. 345. Hermannus, acceptа coniuge Sophia Palatina, ſuſcepit ab ea duas filias: quarum prima fuit coniunctа Marchioni Miſnenſi Dytherico; ſecunda* HEDDEWIGES, *quæ fuit coniunctа* COMITI ALBERTO *de* ALSATIA. ANNALES REINERSBORNENSES MSCti: *Secunda filia Principis Hermanni, ſcilicet* HEDWIGIS, *coniunctа eſt* COMITI ALBERTO *de* ALSATIA. Ita quoque Rothius, Vrſinus et reliqua turba veterum et recentiorum hiſtoriæ Thuringicæ ſcriptorum. Quorum conſenſus vnanimis Dn. ECCARDVM impulit, vt inter *Alſatiæ* Landgrauios quæreret, cui *Hedewigin* vxorem daret, ac tandem Albertum, Rudolphi Regis patrem, eligeret, *Genealog. Saxon. p. 335.* licet *Genealog. Habſburg. p. 83.* applaudente Dn. HERGOTTO ſplendidiſſimi operis genealogici *Tom. I. p. 130.* et aliorum Mileſias fabulas explodente, matrimonium illius Alberti cum Hedewige Thuringica ignorauerit. Vbi ſicut Dn. *Eccardi*, ex quolibet quidlibet facere parati, ingenium admiror; ita Viro, per conſenſum omnium, quotquot habemus, Thuringiæ ſcriptorum, in præcipitium acto, ignoſco, labentemque lubens ac volens ſubleuo et reduco in viam.

Error circa nuptias Hedewigis.

Fons omnis Thuringicæ hiſtoriæ mediiæui, qua quidem ſana eſt, ſunt ANNALES REINERSBORNENSES, a monachis huius monaſterii inde ab eius incunabulis vſque ad tempora Caroli IV. deducti. Ex his quippe ceteros omnes ſcriptores, pro ſuo quemque guſtu paſſim quædam omittendo, quædam addendo, alia immurando, haud ſecus, in aprico eſt, prout vniuſcuiuſque inſtitutum vel genius poſtulare videbatur. Sive igitur, loco ex his modo excitato, in origine prima litera vocabuli *Alſatiæ* per *a* expreſſa; ſiue tam obſcure picta fuerit, vt a deſcriptoribus, plerumque feſtinantibus, pro *a* habita ſit, cum tamen proprie o ſcriptum eſſet: quorum alterutrum vtique fuerit, neceſſe eſt: fons erroris ſimul, et quam nihili ſit Codicum omnium conſenſus faciendus, paret. Erratum autem eſſe, et pro *Alſatiæ* omnino

Fons erroris.

tempore opportuno mitteret eum in Liuoniam ad liberandam Eccle- 1216.
ſiam ſuam ab inimicis.

2. QVI poſtquam venit in *Rigam*, miſerunt *Eſtones* in *Ruſſiam* ad *Ruthenos* munera plurima, rogantes, vt cum exercitu venirent, Eccleſiam Liuonienſem deſtructuri. Sed *Rex* magnus *Nogardiæ*, *Miſceſlaus*, eodem tempore abierat profectionem longinquam, con-

---

omnino *Olſatiæ Comitem* legendum, probat VETVS NARRATIO ALTHAHENSIS *Scriptor. Brunſuic. t. 2. p. 21.* quem locum in his rebus verſatiſſimi Dn. ECCARDI aciem et memoriam effugiſſe ſtupeſco. Licet enim circa matrem *Hedewigis* eiuſque liberos ille ipſe *narrator* aliquid humani paſſus eſſe videatur; in *Hedewigis* tamen nuptiis certe non errauit. *Otto dux Bauariæ*, inquit, *genuit quinque filias:* vulgo non niſi duas norunt: *Harum vnam, videlicet Sophiam, duxit Hermannus Landgrauius Thuringiæ, et genuit ex ea Ludouicum, maritum ſanctæ Eliſabeth, et Henricum — et — VXOREM ALBERTI Comitis de* HOLTSEZZEN, *qui fuit* FRATER HERMANNI COMITIS *de* ORLAMVNDE. Quid clarius? Cui hæc nondum faciunt ſatis, iungat, quæ ANNALES REINERSBORNENSES Mſcti habent *ad annum* MCCXIV. *Interea bella bellis, cædes cædibus ingeminantur, et fraterna latera non cauent fraudibus. Nam Comes* HERMANNVS *de Orlamunde, abſente* SVO GERMANO, *dolo et vi et conatibus, quibus voluit, rebus et caſtris fraternis imminebat, ſuam partem reputans, fratrem quacumque arte exhereditaret.* Porro PRINCEPS PROVINCIAE, *Comitis* ALBERTI SOCER, GENERI SVI *non ferens iniurias, aſſolita magnanimitate accingitur armis, bellicus apparatus inſtruitur, atque ſufficienti militia caſtrum* WYMAR *vndique vallatur* etc. Habes hic Hedewigim, Hermanni Thuringiæ Landgrauii filiam, nuptam cuidam Alberto, Comiti *Holſatiæ*. Habes huius Comitis *fratrem* Hermannum, *Comitem Orlamundenſem*, abſentis fratris Alberti caſtris in Thuringia inſidiantem et inhiantem. Habes denique Hermannum Landgrauium, Comitis illius Alberti, qui frater Comitis Orlamundenſis Hermanni eſt, *ſocerum*, terras generi defendentem. Quibus poſitis, manifeſtum eſt, Albertum hunc, qui modo *Orlamundæ*, modo *Holſatiæ*, modo *Nordalbingiæ*, ab hiſtoricis autem plerumque *Comes* de *Louenburg* appellatur, fratrem Hermanni Comitis Orlamundenſis iuniorem, in toro habuiſſe *Hedewigim*, Hermanni Thuringiæ Landgrauii filiam, atque eamdem *Hedewigim* cuidam *Alſatiæ* Comiti nuptam non fuiſſe. Id quod erat demonſtrandum. Nec Waldemari Daniæ Regis gratia ſolum floruit Albertus, quam diu Regis fortuna floruit; ſed etiam Aulæ Romanæ, quæ

Albertus aulæ Romanæ notus.

tum fuit potentiſſima, blanditiis adrepſit. Huius enim gratiæ captandæ, cum hoc tempore per Saxoniam tranſalbinam omnia pacata et ſatis in turo poſita viderentur, bello ſacro in Liuonia perſequendo nomen dedit. Cuius conſilii cum Honorium PP. III. certiorem feciſſet; ille animum eius literis Apoſtolicis, quæ in *Regeſto* literarum huius Pontificis *lib. I. ep. 197.* habentur, ad exſequendum propoſitum vehementius accendit, notante RAYNALDO *ad annum* MCCXVII. *n. 45.* Quæ ſcienti mirum non erit, Albertum, poſtquam terris ſuis tranſalbinis exutus eſſet, ad Aulam Romanam confugiſſe, ab eaque impetraſſe, cum auunculo, liberationem a religione ſacramenti, hoſtibus in carcere præſtiti. Teſtes autem ſuſcepti ſacri itineris habemus et alios. ALBERTVS enim STADENSIS *ad annum* MCCXVII. ſcribit: *Comes Albertus Liuoniam intrat.* Quem CRANZIVS *Saxon. l. 7. c. 37.* exſcribens, addit nonnulla, quibus Noſtro pollicem premit: *Albertus Comes Nordalbingiæ nauigat in Liuoniam, pugnaturus aduerſus infideles. Quæ tum peregrinatio per ſingulos annos renouata multum fructum adferebat in conuerſione gentium* (gentis) *quæ pro duritia nationis non niſi armis potuit ad iuſtitiam* (fidei) *flecti, procurante Alberto Liuonienſi Epiſcopo, qui per annos triginta continuata nauigatione peregrinos portat atque reportat Duces, Comites, Pontifices, Prælatos, Milites, Militares, equites peditesque, Ciues, Mercatores: qui Zelo deuotionis accenſi, fatigari non poterant, quamdiu ſupereſſet, quod ageretur.* Cetera non perſequor, quia Comitis Alberti fata reliqua, de quibus ALBERTVS STADENSIS, GODEFRIDVS COLONIENSIS, aliique coæui ſcriptores ſunt conſulendi, et *Orlamundenſium Comitum* proſapiam poſteriorem, in conſpectum dare huius loci non eſt. Vnum taciti prætereire non poſſumus, Thuringiæ Landgrauios Miſnicæ ſtirpis, langueſcente paullatim horum Comitum familia, non *feuda* ſolum *Orlamundenſia* variis acquirendi modis impetraſſe; ſed et *allodium* feciſſe ſuum: quod vltimi huius gentis anno MCCCXCV. BALTHASARI Landgrauio *ex veteri formula iuris Saxonici* ita obtulerunt, vt, poſtquam Balthaſar *per annum et diem in poſſeſſione habuiſſet*, Orlamundanis id redderet, tamquam feudum, a morte ipſorum ad Dominum reuerſurum.

Teſtes expeditionis Liuonicæ.

Orlamundenſes terræ Thuringiæ acceuerunt:

adhibito ritu iuris Saxonici.

1216. contra Regem *Vngariæ* pugnaturus pro Regno *Galatiæ* c), relicto Rege nouo in ſede ſua in *Nogardia*. Qui miſſis nunciis ſuis in *Eſtoniam* promiſit, ſe cum exercitu magno venturum, ſimul cum rege *Woldemaro*, et Regibus aliis quam plurimis. Et gauiſi ſunt *Eſtones*, et miſerunt per vniuerſam *Eſtoniam*, et congregauerunt exercitum magnum nimis et fortem. Et reſederunt apud *Palam* in *Saccala*. Quorum princeps ac ſenior perfidus *Lembitus* conuocauit omnes de omnibus prouinciis, veneruntque ad eos tam *Rotalienſes* quam *Harrionenſes*, *Wironenſes* quam *Reualenſes*, *Gerwanenſes* et *Saccalanenſes*. Et erant ex eis *ſex millia* paganorum: qui omnes expectabant aduentum Regum *Ruthenorum* diebus V. in *Saccala*. Quorum collectionem et propoſitum audientes *Rigenſes*, ſurrexerunt et propere feſtinauerunt ad eos, *Ruthenos* præuenire cupientes. Et ibat *Comes Albertus* cum eis, cum militibus ac ſeruis ſuis: *Volquinus* Magiſter Militiæ cum Fratribus ſuis: *Bernardus* Abbas de *Dunemunda* d): Præpoſitus *Iohannes:* Liuones et Letthi: *Caupo* etiam fideliſſimus, qui prælia Domini ſimul et expeditiones numquam neglexit. Iſti ibant vna ad bellum. Omnes itaque prædicti venerunt prope *Saccalam*, vbi locus eſt orationis et colloquiorum exercitus. Et erant ex eis fere *tria millia* virorum electorum. Et ordinauerunt Teutonicos via media; Liuones poſuerunt ad dextram; Letthis vero viam ad ſiniſtram dederunt. Et miſerunt alios ad villas, qui, comprehenſis hominibus quibuſdam, intellexerunt ab eis multitudinem exercitus, ſimul et ipſum iam obuiam venientem ac paratum ad præliandum. Quo audito, proceſſerunt caute et ordinate, et veſpere facto peruenerunt apud caſtrum *Viliende* e), vbi quieſcentes nocte, Miſſarumque ſolemniis ibidem celebratis, in die Matthæi Apoſtoli proceſſerunt obuiam inimicis. Et inuenerunt omnes ad locum alium diuertiſſe: quos ſtatim inſequentes, eoſque ad præliandum paratos ſubito de ſiluis ex aduerſo procedere videntes, acceſſerunt ad eos, et pugnauerunt Teutonici via media, vbi maior ac fortior eorum turba fuit. Quorum alii in equis et alii pedites

c) Regnum *Galatiæ* pars ea Ruſſiæ eſt, quæ hodie Polonis paret, metropolimque habet Leopolin; olim *Haliczium* ſeu *Galiciam*, a qua regno nomen. Cauſa belli, quod Ruſſi illic habitantes, reiectis Ruſſici ſanguinis Principibus, Regem poſtularunt *Colomannum*, Andreæ Hungariæ Regis filium ſecundogenitum, ſanctæ Eliſabethæ Landgrauiæ fratrem: quem *Haliczienſem* Regem coronauit Strigonienſis Archiepiſcopus et Vincentius Kadlubko, Cracouienſis Epiſcopus, is, qui primus inter Polonos aliquid in patria auſus eſt hiſtoria, quod quidem ad nos peruenerit; licet ab otioſo homine et nugatore ineptis commentis deformatum prodierit in lucem. Bellum *Galaticum* illud fuſe proſequitur KADLVBKONIS in hiſtoria ſcribenda longe dignior ſucceſſor DLVGOSSVS *l. 6. p. 604. ſeq.* ciuſque *Epitomator* MECHOVIVS *lib. 3. c. 31. p. 118. ſeq. edit. Cracou.* cui non infrequens *Galaciæ* pro *Halicia* vſurpatio. V. *ad annum* MCCXXI. not. c). Pertinet ad idem negotium ſcripta ad Andream Hungariæ Regem Honorii PP. III. epiſtola apud RAYNALDVM *ad annum* MCCXXII. *n. 42.* Mieceſlaum autem, Nouogardiæ Regem, nouimus iam ex anno MCCX. *n. 8.*

d) Scilicet vetus bellator ille Bernardus de Lippia; nunc in aliis caſtris, aliis armis, dimicans: de quo *ad annum* MCCX. *n. 2. et 4.*

e) *Viliende* eſt caſtrum, quod hodie *Fellin* vocatur.

f) Cum

tes in ordine suo paulatim procedentes per medium eorum ibant, et infringentes aciem ipsorum, in fugam eos conuerterunt. 1216.

3. LETTHI quoque, in sinistro cornu dimicantes, audacter vna cum Teutonicis suos aduersarios inuadebant, contra quos ordinati erant *Saccalanenses* simul cum *Lembito* et ceteris Senioribus suis. Qui multos de Letthis vulnerantes et quosdam interficientes, fortiter pugnantes diu restiterunt. Sed videntes turbam mediam a Teutonicis in fugam conuersam, terga verterunt et ipsi. Et persequuti sunt eos Letthi, et multos occiderunt ex eis, et ceteri fugerunt. Et cognouit *Veko*, frater *Roboami*, *Lembitum*, et persequutus est eum, et occidit eum, tollens vestimenta eius, et ceteri caput eius amputantes, detulerunt secum in Liuoniam. Et ceciderunt ibidem etiam alii Seniores de *Saccala; Wottele*, *Maniwalde*, cum aliis quam plurimis. Liuones vero, qui ad dexteram erant ordinati, videntes lanceas *Estonum* crudeliter super se volantes, declinauerunt ad Teutonicos, et cum eis persequebantur fugientes. Sed *Estones*, qui venerant contra eos, irruerunt super quosdam ex nostris post tergum sequentibus. Sed illi viriliter repellentes eos, conuerterunt etiam eos in fugam. Et postquam omnes *Estones* conuersi sunt in fugam; Liuones et Letthi et *Saxones* persequebantur eos, et occiderunt ex eis per siluas, vt fere implerent numerum millenarium, imo innumerabiles, qui per siluas et paludes computari non poterant, et equorum fere duo millia eis abstulerunt, et arma et spolia omnia eorum tulerunt, et sequenti die rapta omnia inter se æqualiter diuiserunt.

4. CAVPO vero, lancea perforatus per latus vtrumque, fideliter passionem Domini commemorans, sumptisque Dominici corporis sacramentis, in sincera confessione Christianæ religionis emisit spiritum: diuisis primo bonis suis omnibus Ecclesiis, per Liuoniam constitutis. Et luctum habuerunt super eum tam *Comes Albertus*, quam *Abbas*, et omnes, qui erant cum eis. Et combustum est corpus eius f), et ossa delata in Liuoniam et sepulta in *Cubbesele* g).

POST

f) Cum Christianis, speciatim Saxonibus, humanorum cadauerum combustio sub pœna capitis interdicta, et eius loco humatio præcepta sit; mira res videri posset, et a Christianorum lege abhorrens, ista corporis Cauponis combustio. Ast cum ossa cum carne simul non in puluerem redacta dicantur, quod Lex prohibet: sed a carne separata, in patriam relata, ac humi mandata sint; nulla legis Christianæ subest violatio. Solebant enim *pro æuæ illius consuetudine*, vt verba GELENII *ad vitam Engelberti p. 158.* mea faciam, *carnes ab ossibus sartagine diuellere*, quoties defuncti homines alio transportandi essent. Sic ipsius Engelberti ossa anno MCCXXV. Colonia Noribergam translata leguntur, ad *corpus delicti* probandum Henrico Regi, pro tribunali sedenti. Sic excocta et carnibus nudata Ludouici Landgrauii, qui sanctæ Elisabethæ maritus fuit, et aliorum, qui in itinere sacro perierè, ossa in patriam relata, et in monasteriis depositæ legimus.

g) *Cubbesele* itaque huius viri propria sedes et castrum fuit. Alius me audacior, quia a Caupone nomen habere videtur, a Caupone primum constructum argutaret. *Cubbesele* enim, vel leui inflexu *Cobbesale*, quid aliud, quam *Cobbonis Sala*: palatium Cauponis? Egò vti hæc in speciem vera non abnuerim; ita in affirmando subtimidior sum, ex quo chartæ cuiusdam Alberti Ducis Saxoniæ ex anno MCCXXXXII. subscriptorem vidi *Nicolaum de Cubesol*; innumerisque exemplis didici, quam fallax sit omnis etymologiarum lusus in linguis præsertim, quæ ab vsu recesserunt, vel parum cognitæ sunt. Bona diuisit Caupo per

1216. 5. POST bellum autem processit exercitus ad *Palam*, in villam *Lembiti*, sedensque tribus diebus ibidem, miserunt Liuones et Letthos ad deprædandas omnes prouincias in circuitu, et incendendas. Et venit ad eos frater *Lembiti*, *Vnepewe*, cum aliis, qui remanserant, supplicantes pro pace pristina renouanda. Et dixerunt eis Teutonici: *Quia sacri baptismatis sacramenta suscepta contempsistis, et paganorum atque Ruthenorum consiliis fidem Christi contaminastis; ideo percussit vos Dominus. Nunc ergo reuertimini fideliter ad Christum, et adhuc recipiemus vos in fraternæ dilectionis nostræ consortium.* Et placuit eis. Et acceptis obsidibus iam secundo data est eis pax, vt omnia Christianitatis iura fideliter obseruent. Quo facto reuersus est exercitus cum omnibus spoliis suis in Liuoniam, et pro tam glorioſa victoria sibi a Deo collata benedixerunt dominum, qui est benedictus in secula. Postquam rediit *Comes Albertus* a pugna *Saccalanensium*, desiderabat ipse in *Osiliam* aliam promouere expeditionem, machinamque maiorem fieri iussit, et omnes ad iter ipsum confortauit. Sed indicta sæpius eadem hyeme collectione exercitus, pluuiarum fluebant imbres, et resoluta glacie maris, in *Osiliam*, cum sit insula maris, peruenire non poterat. Vnde tandem in Quadragesima *Rigenses* exeuntes cum Liuonibus et Letthis, ad *Estones* alios ire disposuerant, et venientes ad *Salettam* suosque exploratores præmittentes, *Osilienses* obuiam habuerunt. Et statim postquam *Osilienses* cognouerunt exercitum *Rigensium*, conuersi sunt in fugam. Et sequebantur eos *Rigenses* cum omni exercitu suo per totum diem illum, et sequenti die prouincias intrantes maritimas, circa *Osiliam* sitas, et diuiso exercitu suo per omnes vias, terramque despoliantes, viros omnes comprehensos interfecerunt, mulieres et paruulos captiuos deduxerunt, iumenta multa secum comportantes, spolia multa tulerunt, flammis villas ac domos tradiderunt. Et conuenientes cum exercitu suo sederunt quiescentes diebus aliquot in media terra. Et venerunt ad eos *Seniores* de *Hamale* et *Cozzo* et omnibus prouinciis, a *Rotalia* vsque *Reuelam* et *Harriam* constitutis, rogantes ea, quæ pacis sunt, et vt de finibus suis recederent. Et dixerunt *Rigenses: Si volueritis*, inquiunt, *sacro fonte rigari, et nobiscum veri pacifici, qui est Christus, filii fieri; tunc veram pacem vobiscum firmabimus, et vos in nostram fraternitatem accipiemus.* Quod audientes *Estones*, gauisi sunt, et positis obsidibus Ecclesiæ Liuonienſi se subdiderunt, et vt baptismi sacramenta reciperent, et censum annuatim persoluerent. Et data est pax, et reuersi sunt *Rigenses* cum præda multa, ex gentis illius etiam subiugatione Deum collaudantes.

6. POST secundam reuersionem *Saccalanensium* ad fidem christianam, venerunt quoque *Gerwanenses*, etiam iam secundo, et tradiderunt se *Rigensi* Ecclesiæ coram Comite *Alberto*, et vniuersis Senio-

ecclesias, forte quod, præter filium Bertoldum, eodem fato ante patrem e rebus humanis sublatum, liberos alios non haberet; ceteros autem consanguineos, a doctrina Christiana adhuc alienos, hereditate indignos iudicaret.

h) Dn.

Senioribus *Rigenſium*, ponentes obſides pueros ſuos, vt et ipſi baptiſmi myſterium acciperent, et Eccleſiæ Liuonienſi cenſum miniſtrarent perpetuum, vel annonæ menſuram pro decima inſtitutam. Et reuerſi ſunt ipſi in terram ſuam, de pacis tranquillitate gaudentes. 1216.

7. HOC ipſo tempore ſurrexerunt *Oſilienſes* et venerunt in *Metſepole* cum exercitu, et erant ex eis fere mille de melioribus ſuis, et ſpoliauerunt totam prouinciam illam in *Metſepole*. Et poſt hæc intrauerunt parochiam aliam in *Ledegore*, et ſpoliantes terram in circuitu, viros quoſdam interfecerunt, mulieres ac paruulos ſecum deduxerunt. Et vt appropinquauerunt ad domum ſacerdotis; vidit eos *Gotfridus* ſacerdos venientes. Et ſubito conſcendens equum ſuum, fugit ab eis, et circumiuit parochiam ſuam, conuocans viros omnes ad pugnandum cum paganis, et miſit ad vicinas parochias per totam noctem, vt ſequenti die venirent ad bellum. Et venit *Veſike* cum ſuis Liuonibus, nec non et quidam ex ſeruis Epiſcopi de caſtro *Fredeland*, et conuenerunt in vnum, et perſequuti ſunt *Oziliienſes*. Et erant ſeptem tantum ex ſeruis Epiſcopi Teutonici, et octauus erat Sacerdos *Gotfridus:* qui ſuccinxit ſe armis bellicis ſuis, et induit ſe lorica ſua, tamquam gigas h); oues ſuas luporum faucibus eripere cupiens. Et irruerunt poſt tergum ſuper eos, occiden-

h) Dn. ECCARDVS *rer. Wirzeburg. t. 1. p. 728.* dum Arnonem Epiſcopum a Slauis cæſum inter Cælites referre nititur, præfracte negat, „Epiſcopos vmquam ipſos pugnaſſe et arma „geſtaſſe: licet enim in bellum eis eundum „eſſet; arma eorum tamen *ſpiritualia* fuiſſe, „adhortationes nempe et preces ad Deum „fuſas: facere non auſos rem canonibus ad„verſam.„ Vbi mihi in mentem ante ceteros venit *Gerwilio*, ille Moguntinenſis Epiſcopus, qui ſancto Bonifacio locum fecit. Tum alius eiuſdem Sedis Archiepiſcopus, *Chriſtianus*, quem Fridericus I. Imperator primarium in Italia habuit belli ducem: qui, *in equo reſidens, indutus thorace et deſuper tunica hyacinthina, habens in capite Galeam deauratam et in manibus clauam trinodem, vno pralio nouem homines ſtrauit manu propria.* ALBERTVS STADENSIS *ad ann.* MCLXXII. vbi et, quæ ſequuntur, lectu digna ſunt. Denique cum *Rhetorica* vinceret *Logicam* in agro Hildenſemenſi; non precibus ſane, ſed armis pugnatum eſt, et quidem vtrimque primipilo Epiſcopo; hinc Halberſtadienſi; illinc Hildenſemenſi. *Scriptor. Brunſuic. t. 2. p. 800.* Quid? quod ne monachi quidem et religioſorum Ordinum homines a ſanguine fundendo abſtinuerunt? Ermoldus Nigellus per ſe *miles* dimicauit in caſtris Ludouici Pii Imperatoris; licet Ordini adſcriptus eſſet Benedictinorum. Quod cum 10. MABILLO concoquere non poſſet; duos Ermoldos potius, quam vnum ſui Ordinis militem admiſſurus; doctiſſimus GENTILOTTI non probat ſolum, eumdem Ermoldum et poëtam, et monachum Benedictinum, et militem fuiſſe; ſed etiam eo tempore *tam Monachos quam Abbates militaſſe* pro re habet tralaticia. Scriptor. MENCK. *t. 1. p. 877.* Hic habemus ſacerdotem armis ſuccinctum et loricatum, inſtar gigantis, non prece, ſed claua, oues ſuas e luporum faucibus erepturum. Equidem canonum rigor damnat ſacerdotes arma ferentes, ipſeque INNOCENTIVS III. *lib. 1. ep. 381.* ſtatuit, enormiter peccare eos omnes, qui vel ipſi *perſonaliter* exercent pugnæ conflictum, vel alios incitant ad pugnandum. *c. 5. X. de pœnis.* Sed cauſa Dei, vel belli ſanctitas et imminens neceſſitas legem non habere videbatur, aut parcere exceptionem. Quin *ſi eccleſiæ iuribus conſulentes, iniuriam vi et armis, cum opus ſit, prohibeant; veram laudem promeveri et colligere omnino fatendum eſt. Id enim prudentiſſimos æque ac ſanctiſſimos Præſules præſtitiſſe, cuilibet vel leuiter in verum eccleſiaſticarum monumentis verſato luce clarius apertum et conſpicuum eſt.* Ita Auentino, in Epiſcopos bellatores inuecto, reſpondet RAYNALDVS *ad annum* MCC. *n. 42.* Monachus e Porta ad Numburgum, paullo poſt cœnobii Prior, denique poſt pugnas innumeras pugnatas Lealenſis Epiſcopus factus eſt miles Godefridus; niſi duo huius nominis militauerint in Liuonia. V. infra *ad annum* MCCXVIII. *not. x).*

1216. cidentes ex eis fortiſſime. Sed et illi conuerſi ad iſtos, diutiſſime reſiſtentes, quam plures ex eis vulnerauerunt. Tandem poſt pugnam longam conuerſi ſunt *Oſilienſes* in fugam, et ceciderunt ex eis fere centum, et ceteri fugerunt. Et perſequuti ſunt ſerui Epiſcopi cum Liuonibus eos trans *Saletſam* via plana iuxta mare, abſtuleruntque eis equos fere quadringentos ex melioribus: quos inter ſe poſtea cum rapina diuiſerunt, benedicentes dominum, qui per paucos operatus eſt victoriam de inimicis.

ALBERTI ANNVS XX. CHRISTI MCCXVII-MCCXVIII.

1. *Rex Daniæ promittit auxilium Epiſcopo.*
2. *Expeditio in Reualiam et Harriam conuertitur in Ruthenos, duce Henrico Burewino, Nobili Domino Venedorum.*
3. *Pugnatum dubio Marte.*
4. *Rutheni Ropam veniunt.*
5. *Caſtrum Wenden fruſtra obſident.*
6. *Lettones Pleſcouiam tentant.*
7. *Leti per Ruſſiam vagantur.*
8. *Oſilienſes Eremitam in inſula Dunæ occidunt.*
9. *Rigenſes in Reualienſem prouinciam impreſſionem faciunt.*

1217. 1. ANNVS biſdenus Antiſtitis adueniebat, et non a bellis Liuonum terra ſilebat. Eodem anno præfatus Epiſcopus *Rigenſis*, ſimul et *Eſtienſis* a), et *Bernardus* Abbas, qui eodem anno conſecratus eſt in Epiſcopum in *Semigallia* b), cum Comite *Alberto*, redeunte de *Liuonia*, venerunt ad Regem *Daciæ*, ſuppliciter rogantes, quatenus exercitum ſuum naualem anno ſequenti

a) Theodoricus, nomine magis, quam re, Eſtienſis Epiſcopus, inde a conſecratione ſua plurimum verſatus eſt in Saxonia; maxime autem in diœceſi Colonienſi: vbi *Suffragatei* vicem obiiſſe deprehendo. Teſtis eſt vetus inſcriptio apud SCHATEN. *Annal. Paderborn. t. 1. p. 963. Anno* MCCXIII. VIII. *Kal. Septembris conſecratum eſt altare noui chori Sanctienſis ab Epiſcopo Eſtienſi in honorem beatæ Mariæ Virginis.* Ad eum quoque pertinet, quod refert GODEFRIDVS COLON. *ad annum* MCCXVI. *Eodem anno a venerabili* TIDERICO, *Heiſtorum* (Eſtonum) *Epiſcopo, conſecrata eſt eccleſia ſancti Pantaleonis V. Kal. Maii.* Sancti Pantaleonis monaſterium Colonienſe id ipſum eſt, in quo Godefridus hæc ſcribens vixit. Hæc et forte plura alia teſtimonia præ oculis habuit GELENIVS, *ad vitam ſancti Engelberti p. 158.* affirmans Engelbertum, *demandata licet Theodorico Heiſtorum et Waltbero Carliolenſium Epiſcopis vice ſua pontificali, a Pontificii per ſe exſecutione neque per Imperii curas, neque per Montenſis Comitatus adminiſtrationem abſtrahi* ſe paſſum eſſe.

b) Nota annum, quo Comes Bernardus de Lippia, Abbas adhuc Dunamundenſis, *Semigalliæ* creatus et conſecratus eſt Epiſcopus; faſtis adhuc incognitum. *Semigallenſis*, inquam, Epiſcopus; non *Lealenſis*: quod plures volunt a CRANZIO *Metropol. lib. 7. c. 4.* ſeducti, et in his SCHATEN. *Annal. Paderborn. t. 1. p. 903.* *Lealenſis* enim neque nunc creatus eſt, nec vmquam fuit. Sedi deſtinabatur caſtrum *Meſotben*, paullo ſupra Mitauiam hodiernam ad Muſſam fluvium in vmbilico Semigalliæ ſitum. V. *ad annum* MCCXVIII. *n. 4.* Sed quia hæc deſtinata Mars intercepit, mutato conſilio, *Selonum caſtrum* ad Dunam Semigalliæ Epiſcopis inhabitandum dedere, qui propterea *Selonienſes* et *Semigallenſes* promiſcue audiunt. Atque ita demum intelligetur ALBERTVS STADENSIS, dum *ad annum* MCCXXVIII. Bernardum hunc *Selonienſibus* populis Epiſcopum datum ait. De caſtro autem *Selonum* a Chriſtianis occupato dictum *ad annum* MCCVI. *n. 6.* Ceterum Præſulatus iſte ſimilis fere conditionis fuit atque Eſtienſis. Bernardus enim vel *Rigæ* ad latus Alberti Liuonienſis Epiſcopi reſedit, vel Weſtphaliam oberrauit, Colonienſiaque in primis perreptauit monaſteria. Dabimus eius rei teſtem *ad annum* DCCXXII, quo mortuus eſt.

c) Bure-

quenti conuerteret in *Eſtoniam*, vt magis humiliati *Eſtones* Liuo- 1217.
nienſem Eccleſiam cum *Ruthenis* impugnare ceſſarent. Et vt intellexit Rex grandem guerram *Ruthenorum* atque *Eſtonum* contra Livonienſes; promiſit, ſe anno ſequenti cum exercitu ſuo in *Eſtoniam* venturum, tam ad beatæ Virginis honorem, quam in peccatorum ſuorum remiſſionem. Et gauiſi ſunt Epiſcopi. Et abiit iterum venerabilis Liuonienſis Eccleſiæ Epiſcopus *Albertus*, colligens peregrinos et prædicans eis remiſſionem peccatorum, et mittens eos in Liuoniam, vt ſtarent pro domo domini in die prœlii, vt defenderent Eccleſiam nouellam ab impetu paganorum. Ipſe vero diſtulit iter ſuum in Liuoniam hoc anno, vt in futurum annum fortior et cum pluribus veniret. Et ſtatuit in vice ſua *Decanum Halberſtadenſem*, qui cum *Heinrico Burewino*, nobili viro de *Wendlande* c), et quibuſdam aliis peregrinis abiit in Liuoniam, annum peregrinationis ſuæ completurus ibidem.

2. POST feſtum autem aſſumptionis beatæ Virginis Mariæ, calore iam æſtiuo prætereunte, indicta eſt expeditio contra *Reualienſes* et *Harrionenſes*, qui ſemper adhuc fuerant rebelles et aliis crudeliores. Et conuenerunt Rigenſes cum Liuonibus et Letthis, et ibat cum eis *Heinricus Burewinus* et *Magiſter Volquinus* cum Fratribus ſuis, et venerunt prope *Saccalam*, vbi *locus orationis et colloquiorum exercitus* d) eſſe ſolet, vbi etiam Comes *Albertus* pontem fieri iuſſit, et *Reualenſem* prouinciam ſe deſpoliaturos ibidem decreuerunt. Et ſequenti die pertranſeuntes Saccalam, venerunt prope caſtrum *Viliende*, et redierunt ad eos ibidem exploratores ſui, quos ad conuocandum Seniores eiuſdem prouinciæ miſerant, vt eſſent eis more ſolito viæ duces. Et reduxerunt ſecum *Ruthenorum* nuncios et *Ozilienſium*, quos in villis comprehenderant, qui venerant miſſi a *Ruthenis*, vt colligerent exercitum per vniuerſam *Eſtoniam*, et collectum eum ducerent ad exercitum *Ruthenorum*, vt ſimul venirent in Liuoniam. Et ſtatuerunt eos in medio populi, perquirentes ab eis verba Legationis ſuæ. At illi exercitum magnum Regum Ruthenorum in craſtino de *Vngannia* venientem, et in Liuoniam euntem, retulerunt. Et ſe ad hoc miſſos, vt exercitum Eſtonum ſimul ad *Ruthenos* adducerent. Quo audito, ſtatim reuerſus eſt exercitus Liuonienſis eadem via, qua venerat, et ſequenti die via preuidiſſe e) verſus *Vngannam* in occurſum *Ruthe-*

c) Burewinus ille auum habuit Niclotum, *Maiorem terræ Obotritorum.* HELMOLD. *lib. I. c. 49. n. 9. c. 92. n. 8.* patrem Pribiſlaum II. vltimum Obotritorum Regem. ARNOLD. *lib. 3. c. 4. n. 5.* Licet enim ALBERTVS STADENSIS *ad annum* MCLXIV. filium faciat Wertiſlai, Pribiſlai fratris; Arnoldi tamen, non tantum viris hiſce propioris, ſed et res eorum *l. c.* fuſius enarrantis, potior eſt auctoritas. Coniugem habuit *Mechtildam, filiam Henrici Leonis*, Bauariæ et Saxoniæ Ducis, *naturalem-* ARNOLDVS et ALBERTVS *ll. c. c.* Cuius conditionis femina fuerit, ex qua illa Mechtildis Henrico Leoni nata eſt, diu multumque inquirens, voti tandem compos factus eſſe mihi videor; alio loco lectorem quoque eius comporem facturus. Hoc nunc quidem dico, ex antiqua etiam pridem extincta Comitum familia fuiſſe.

d) *Maiam* ſubinde vocat: de quo ſupra.

e) Si ſcriptor verba e dictantis ore excepit; pro *breuiſſima* exaudire et ſcribere potuit *preuidiſſe*. Alia eius excuſandi ratio non ſuccurrit.

1217. *nis* abierunt. Et tranſeuntes Rutheni per totam diem flumen, quod dicitur *Mater aquarum*, venerunt et ipſi in obuiam Liuonienſibus, et ſubito redierunt ad nos exploratores noſtri, dicentes, exercitum *Ruthenorum* iam appropinquare. Et ſurreximus feſtinanter, et ordinauimus exercitum noſtrum, ita vt Liuones ac Letthi pedibus, Teutonici vero in equis ſuis pugnarent. Et ordinato exercitu, perreximus recto tramite ad eos. Et cum peruenisſemus ad eos; confeſtim, qui primi erant ex noſtris, acceleraverunt ad eos, et pugnantes cum eis, verterunt eos in fugam, et perſequentes eos fortiſſime, ceperunt vexillum *Regis Magni Nogardiæ*, nec non et alia duo vexilla Regum aliorum, et viros portantes interficiebant. Et cadebant ex eis per viam hac et illac, et ſequebantur poſt eos totus exercitus noſter, donec tandem Liuones et Letthi, qui pedibus currebant, deficerent. Et aſcendit vnuſquiſque equum ſuum, et inſequuti ſunt *Ruthenos*.

3. RVTHENI vero fugientes fere duo milliaria, peruenerunt ad fluuium paruulum, quem tranſeuntes ſteterunt. Et congregauerunt in vnum vniuerſum exercitum ſuum, et percuſſerunt tympanum et fiſtulas ſuas, et rex *Woldemarus* de *Pleſcekowe* cum Rege *Nogardiæ* circumeuntes exercitum, confortabant eos ad pugnam. Teutonici vero, poſtquam percuſſerunt eos vſque ad flumen, ſteterunt etiam et ipſi, non valentes etiam et ipſi præ multitudine *Ruthenorum* fluuium ad eos tranſire. Et congregauerunt ſe in colliculo fluuii et ipſi, ſuorum, qui ſequebantur, exſpectantes aduentum. Et ordinauerunt exercitum ſecundo, vt alii pedibus, et alii equis ex aduerſo *Ruthenorum* ſtarent, et quicunque Liuonum ac Letthorum in colliculum fluuii, vbi acies erant ordinatæ, peruenit, viſa multitudine exercitus *Ruthenorum*, ſtatim, quaſi claua percuſſus in facie, retrorſum abiit, et dorſa vertens reuerſus eſt in fugam. Et fugit vnuſquiſque eorum poſt alium, videntes ſagittas *Ruthenorum* ſuper ſe venientes; tandem fugam ſimul omnes inierunt. Et ſteterunt *Teutonici* ſoli, quorum erant tantum ducenti. Sed et ipſi quidam ſubtraxerunt ſe, vt vix centum remanerent, et totum pondus prœlii verſum eſt in eos. *Rutheni* vero riuum tranſire cœperunt, et permiſerunt eos Teutonici, donec aliquot tranſirent, et ſtatim percuſſerunt eos iterum ad fluuium, et aliquos ex eis interfecerunt. Et iterum alii riuum tranſeuntes ad Teutonicos, iterum repulſi ſunt ab eis. Quidam autem præpotens de *Nogardia*, tranſito riuo, ad explorandum, Liuones de longinquo circuibat, et occurrens ei *Theodoricus de Kukenoys*, dextram, qua gladium tenebat, amputauit, et fugientem inſequutus percuſſit, et ceteri ceteros interfecerunt, et quicunque fluuium ad eos tranſuerunt, ita percuſſerunt. Et taliter ab hora diei nona vſque fere ad occaſum Solis cum eis circa fluuium pugnauerunt. Et videns *Nogardiæ* Rex ſuorum circiter quinquaginta interfectionem, prohibuit exercitui ſuo, ne deinceps ad eos tranſirent. Et diſceſſit exercitus *Ruthenorum* ad ignes ſuos. Teutonici vero omnes ſani et incolumes

per

per viam cantantes redierunt, præter vnum militem *Heinrici Burewini*, qui ſagitta vulneratus cecidit, et alter Letthus quidam, *Veko*, qui cum nouem Ruthenis ſolus, ad arborem verſus, diutiſſime pugnauit, et tandem poſt tergum vulneratus, cecidit ipſe et mortuus eſt. Alii omnes vero Liuones et Letthi ſine læſione aliqua redierunt: quorum multi de ſiluis, ad quas fugerant, iterum ad Teutonicos per viam redeuntes venerunt, congaudentes eis, eo quod tam pauci de tanta multitudine *Ruthenorum* euaſerunt. Et laudauerunt omnes ſaluatoris clementiam, qui reduxit eos, et liberauit de manibus inimicorum: immo in tanta paucitate ſuorum fere quinquaginta de *Ruthenis* interfecerunt, et arma et ſpolia et equos eorum tulerunt. Erant autem *Ruthenorum* ſedecim millia armatorum, quos Rex Magnus *Nogardiæ* conuocauerat per vniverſam *Ruſſiam* iam per biennium, cum armis melioribus, quæ fuerant in *Ruſſia;* qui poſt triduum ſequebantur in Liuoniam. 1217.

4. ET primo quidem Letthorum villas apud *Vmeram* deſpoliantes et incendentes et Eccleſiam eorum. Et poſthæc apud caſtrum *Vrele* ſe congregantes, et ibi diebus reſidentes duobus, tertio die venerunt in curiam *Alobrandi* ſacerdotis ſuper *Raupam* f), ſicut *Woldemarus* aliquando ei prædixerat, ibique diebus tribus quieſcentes, Eccleſias omnes in circuitu tam Liuonum, quam Ydumæorum, incenderunt, et prouincias et villas omnes deprædantes, mulieres et paruulos captiuos deduxerunt, et viros comprehenſos interfecerunt, et frumenta per agros vndique congregata cremauerunt. Et venit *Gerceſlaws* g), filius *Woldemari*, cum alio exercitu, et obſedit Fratres Militiæ in *Wenden*, et pugnauit cum eis per diem illum. Et ſequenti die tranſita *Goiwa* proceſſit ad Regem *Nogardiæ*, nec non ad patrem ſuum in *Ydumæam*, et terram Letthorum et Ydumæorum et Liuonum ſimul cum aliis deprædando vaſtauit, inferendo mala, quæ potuit. Et audientes *Rigenſes* omnia mala, quæ *Rutheni* faciebant in *Ydumæa*, ſurrexerunt cum *Volquino* Magiſtro Militiæ iterum, et *Heinrico Burewino* et cum peregrinis et cum Liuonibus ſuis, et venerunt in *Thoreidam*, et conuocauerunt ad ſe viros de circumiacentibus prouinciis, volentes iterum pugnare cum *Ruthenis*. Et miſerunt exploratores ad eos, qui ſtatim turbam inuenerunt *Ruthenorum* in *Ymme* villa, et perſequebantur eos vſque ad *Raupam*.

5. ILLI vero ad ſuos reuerſi, Teutonicorum exercitum venientem indicabant. quo audito, ſtatim *Rutheni* recedentes de loco illo, et tranſeuntes *Goywam*, *Wendorum* caſtrum obſederunt, et per totum diem cum *Wendis* pugnabant. Tranſcendebant quoque ſagittarii Fratrum Militiæ de caſtro ſuo, et intrabant ad *Wendos*, et baliſtis ſuis multos *Ruthenorum* interficiebant, et quam plurimos vul-

f) *Ropa* hodie caſtrum et prædium Nobilium de *Aluendiel*.

g) Perinde eſt, *Gerceſlaus* legas, ac *Wereeslaus*. Vtrumque nomen Slauicum eſt. Quem enim ADAMVS BREMENSIS *lib.* 2. *c.* 28. Regem *Gertzleff de Ruzzia* vocat, is in *Hiſtoria de Regibus Norwagicis c.* 16. Rex *Wirtzlaus* appellatur: vti nos promiſcue *Wilhelmus* et *Guilielmus; Guelphus* et *Welfus* ſcribimus: licet alterum alteri præferamus.

1217. nerabant. Vnde multi Nobiles grauiter vulnerati, inter duos equos in lectulis ſuis ſemiuiui deferebantur. Magiſter autem Militiæ de *Wenden* cum Fratribus ſuis pridie ad congregationem Teutonicorum abierat. Interim *Ruthenorum* totus exercitus caſtrum ipſorum obſedit. Vnde ipſi nocte per medios hoſtes caute tranſeuntes, in caſtrum ſuum redierunt. Mane quoque facto, Rex *Nogardiæ*, videns multorum meliorum ſuorum læſionem, et aliorum interfectionem, caſtrumque ipſorum *Wendorum* ſe capere non poſſe conſiderans, cum ſit tamen minus caſtellum, quod tunc habuit Livonia; pacifice locutus eſt Fratribus Militiæ: qui pacem talem non curantes, baliſtis eos a ſe repulerunt. Vnde *Rutheni*, ſequentium Teutonicorum impetum verentes, diuerterunt a caſtro, et per totum diem euntes, vſque in *Tricatiam* peruenerunt, feſtinanter de terra exeundo.

6. ET venientes in *Vnganniam*, exercitum *Letthonum* in *Ruſſia* audierunt, et redeuntes in *Pleſcekowe*, partem aliquam ciuitatis ipſius a *Letthonibus* deſpoliatam inuenerunt.

7. TVNC *Letthorum* quidam ſurgentes cum paucis intrauerunt *Ruſſiam*, et deſpoliantes villas, et homines interficientes, et alios capientes, et ſpolia tollentes, in vindictam ſuorum, fecerunt omnia mala, quæ potuerunt. Et illis redeuntibus, iterum alii abierunt, nihil omnium malorum, quæ facere potuerunt, omittentes.

8. FVERAT etiam conſilium *Ozilienſium*, vt ſimul cum *Ruthenis* in Liuoniam veniſſent cum aliis *Eſtonibus* ad deſtruendam Eccleſiam. Sed propter conflictum Teutonicorum cum *Ruthenis* diſſipatum eſt conſilium eorum, vt non venirent *Saccalanenſes*, neque *Oſilienſes*. Sed tantum *Harrionenſes* cum quibuſdam aliis ſequebantur *Ruthenos*, et peruenerunt ad eos apud *Wenden*, et ſimul iterum cum eis abierunt. *Oſilienſes* vero nauigio *Dunam* intrauerunt, et in inſulis, captis quibuſdam, pecora multa rapuerunt, et *Heremitam* quendam interfecerunt, qui de *Dunenmunda* fuerat egreſſus, et in inſula vicina vitam heremiticam elegerat, et ibidem martyrii ſui agonem exſpectabat. Quo conſummato, feliciter et indubitanter in Sanctorum communionem et conſortium tranſmigrauit. Et miſerunt *Rutheni* de *Pleſcekowe* nuncios in Liuoniam, dicentes, ſe pacem cum Teutonicis facturos. Sed erant conſilia eorum ſemper mala cum Eſtonibus, et omni dolo plena.

9. QVOD intelligentes *Rigenſes*, miſerunt ad Liuones et Lethos, et congregauerunt exercitum, vt irent contra Eſtones. Et circa Quadrageſimæ initium conuenerunt ad *Saletſam*, et erat ibi *Volquinus* Magiſter Militiæ cum *Heinrico Burewino* et peregrinis, et Liuones et Letthi, et ibant in glacie maris, donec *Sontaganam* peruenirent. Et accipientes ibidem de caſtro viæ duces, proceſſerunt per totam noctem ad *Reuelenſem* prouinciam. Et occurrit eis ventus ab Aquilone frigidiſſimus. Erat enim frigoris tanta aſperitas, vt extremitates membrorum ipſorum in frigiditate multis perirent, et aliis naſus, aliis manus, aliis pedes congelarentur, et omni-

omnibus nobis domum poſtea redeuntibus noua cutis in facie ſuper- 1217.
creſceret, vetere proiecta. Quidam etiam poſtea mortui ſunt. Diviſerunt autem exercitum ſuum in tres acies, et accepit *Veſeke* cum Liuonibus ſuis vnam aciem, et viam ad ſiniſtram; Letthi vero ad dexteram; Teutonicis vero viam mediam more ſolito dimiſerunt. Et relinquens *Veſeke* viam ſuam, Teutonicos via media præceſſit cum Liuonibus ſuis, qui primo mane ante lucem villam, quam inuenerunt primam, incendebant, vt ſe calefacerent. Et videntes ignem *Eſtones* de tota prouincia, ſtatim exercitum Liuonienſem intellexerunt, et fugerunt vnuſquiſque ad latibula ſua. Teutonici vero ſequentes, villam ante lucem incenſam inuenientes, et viæ ductorem aberraſſe putantes, interfecerunt eum ibidem. Mane autem facto, circumiuerunt per omnes villas, incendentes eas, et homines interficientes, et alios capientes, et pecora multa et ſpolia rapientes, ad Veſperam peruenerunt ad villam, quæ *Ladyſſe* h) vocatur, et ibi nocte quieſcentes, ad aliam villam vicinam, quæ *Culdale* vocatur, ſequenti die perrexerunt, et rapinam multam acceperunt. Poſt triduum ſuper glaciem maris, quod vicinum erat, abierunt, pellentes ſecum prædam vniuerſam et captiuos, vbi nunc *Dani* caſtrum ſuum in Vicino ædificarunt. Et reuertentes paulatim in glacie, decem diebus, propter captiuos et prædam, moram facientes, exſpectantes etiam *Oſilienſes*, aut alios Eſtones, ſi forte ad bellandum contra nos ſequerentur. Cumque ad *Saletſam* veniremus, diuiſis ſpoliis cunctis inter nos, cum gaudio reuerſi ſumus in Liuoniam, ſicut exultant victores, quando diuidunt ſpolia.

ANNVS ALBERTI XXI. CHRISTI MCCXVIII-MCCXIX.

1. *Albertus, Dux Saxoniæ, cum Epiſcopo venit in Liuoniam.*
2. *Danorum appulſus in Eſtoniam, vbi Reualiam condunt, et Theodoricus Epiſcopus Eſtienſis occiditur: cui Dani ſubſtituunt Weſſelinum.*
3. *Semigalli tentantur, exſtructo caſtro Meſothen.*
4. *Semigalli rebellantes caſtrum occupant.*
5. *Lettorum concertatio cum Ruthenis.*
6. *Gerwanenſes fidem renouant.*
7. *Wironia ad obſequium reducitur.*
8. *Caſtrum Meſothen Semigallorum expugnatur et incenditur.*
9. *Harrienenſes et Oſiliani male plectuntur.*
10. *Dani repoſcunt Eſtoniam totam.*
11. *Occiſo Eſtienſi Epiſcopo, Theodorico, Albertus ſubſtituit fratrem, Hermannum, ſancti Pauli Abbatem apud Bremenſes, invito Daniæ Rege, Epiſcopum Lealenſem.*

1. BISDENVS primus Antiſtitis inſtitit annus, et nona bel- 1218.
lis Liuonum terra quieuit. Nam eodem anno factæ ſunt expeditiones multæ, bellumque innouatum eſt. Redeunte itaque Præſule præfato de Teutonia, venerunt cum eo peregrini multi et nobiles. Quorum primus erat *Dux Saxoniæ de Anhalt, Albertus* a): *Rodolphus de Stotle: Burggravius:* Iuue-

h) *Padyſſe* in margine ſcriptum eſt, vt intelligatur hodiernum *Padies*. Sed quia hoc a Danis demum conditum legere memini; in *Ladyſſe* ſubſiſtendum, et *Lais* intelligendum erit.

a) En! alium *Albertum, Orlamundenſi* illi

1218. Iuuenis *Comes* quidam b), et alii quam plures, qui omnes parati erant Eccleſiam defendere, et ſtare pro domo Domini in die prælii.

2. SVRREXIT etiam Rex Daciæ *Woldemarus ſecundus* cum exercitu magno eodem tempore, et venit cum eo *Lundenſis* Eccleſiæ venerabilis *Archiepiſcopus Andreas*, et *Nicolaus Epiſcopus*, et tertius *Epiſcopus Cancellarius Regis* c): eratque cum eis *Eſtienſis* Epiſcopus *Theodoricus*, in *Riga* quondam conſecratus: qui, relicta ob immanem paganorum ſæuitiam Liuonienſi Eccleſia, Regi adhæſit: et *Wenzeſlaus*, *Sclauorum princeps* d) cum ſuis. Qui omnes applicuerunt

neutiquam inferiorem. Iuuenem fortem, magnanimum, prudentem, fortunatum: ſpes ingentes a prima ætate animo complexum; indolis excelſæ; vtriuſque fortunæ capacem; infractum laboribus; in turbidis plenum conſilii, et occaſionibus callide ventrem; vt verbo dicam, talem, quales eſſe decet, qui ſibi *regnum virtute parant*. Hic ex paterna hereditate, licet natu minor filius, *Ducatum* adeptus eſt. ALBERTVS STADENSIS *ad annum* MCCXI. *Nam Henricus ſenior maluit Comitatum quiete poſſidere, quam maiorem dignitatem cum labore. Quam diu enim ſupererant Henrici Leonis filii, ſemper in oculis eorum fuit, quod paternum bonorem, paterna et auita prædia, poſſideret extraneus. Non poterant æquis oculis intueri æmulos de ſuo patrimonio glorificatos. Sed Henricus tum vſus modeſtia, fratri iuniori ducatum permiſit, plenum laboris.* Ita CRANZ. *Metropol. lib. 7. c. 32.* Plenum *laboris* ducatum vocat Cranzius, quippe nondum *acquiſitum*; ſed *acquirendum*. Henricus enim Palatinus, Leonis filius, annotante *Chronographo Verdenſi Mſcto*, a morte fratris Ottonis, redditione Inſignium Imperii tantam apud Fridericum II. gratiam Goſlariæ promeruit, vt vice Regis per Saxoniam fungi iuberetur, totoque vitæ ſuæ tempore Saxoniæ maiorem partem regeret, datis diplomatibus, quibus *Legati Imperii* nomen præſcriptum eſt. Quæ cum ita ſint; cœlum Saxonicum Alberto Duci parum arridebat: quod cum Liuonico mutandum cenſuit. Ex ephebis vix exceſſerat, cum huic bello accingeretur, quo egregium poſuit tirocinium, et magnam in primis in machinis bellicis feliciter vtendis ſolertiam oſtendit: vt videbimus. Adhuc enim de eius expeditione Liuonica non niſi tenuis quædam fama ad nos manauit, ſine commemoratione temporis et rerum, quas ſciri maxime intererat.

b) Rodolphus de *Scotle* ſcriptum; ſed dubium non eſt, de *Stotle* eſſe legendum, et intelligendum Dominum eius prouinciæ, quæ in dextra Viſurgis ripa infra Bremam ſita eſt. In MVSHARDI *Theatro Nobilitatis Bremenſis* ea pars, quæ de his Comitibus agit, omnium eſt elaboratiſſima, ac proinde nobis hic otia facit. Per *Burgrauium* pronum foret *Magdeburgenſem* intelligere, quia Albertus Epiſcopus, Magdeburgi nonnunquam verſatus, Magdeburgenſis prouinciæ Nobiles plures in Liuoniam deduxit. Sed quia *Vlricum Burggrauium de Witin* plurium Alberti Ducis diplomatum ſubſcriptorem conſpicio; hunc potius, quam quemcunque alium hic deſignari exiſtimo. *Iuuenis Comitis* nomen vtinam! non reticuiſſet Noſter. Infra *n. 7.* de *familia Epiſcopi* fuiſſe dicitur, et *n. 9.* obitus refertur.

c) Huius expeditionis pleni ſunt Annales. Ita enim *Continuator Saxonis Grammatici* ap. Dn. BENZEL. *Monument. Sueo-Goth. part. 3. p. 146. Anno* MCCXVIII. *Waldemarus Rex cum mille quingentis longis nauibus intrauit Eſtoniam, et poſt multa bella eam victam ad Chriſtum conuertit; Damſque ſubditi vſque ad præſentem diem.* ERICVS VPSAL. *lib. 3. p. 105. Hoc tempore Rex Daciæ Waldemarus cum MD. longis nauibus venit in Eſtoniam, et eam ſubiugauit, et ad fidem conuertit.* CHRONICON SIALANDICVM *p. 14. Anno* MCCXIX. *Waldemarus iuit cum exercitu contra paganos in Eſtland.* NICOLAI *Chronicon Lundenſ. Epiſcop. p. 8. Andreæ tempore Waldemarus Rex, primus Eſtoniam, multis intervenientibus bellis et laboribus, a paganis obtinuit anno Domini* MCCXIX. Andream, Lundenſem Archiepiſcopum, et Nicolaum, Sleſuicenſem, quem *Annales Sleſvicenſes* anno MCCXV. oppetiiſſe falſo tradunt, ex dictis *ad annum* MCCV. nouimus. *Tertius* autem Epiſcopus, Cancellarius Regis, *Petrus* fuit, Andreæ frater, Rotſchildenſis Epiſcopus. ARNOLDVS *lib. 6. c. 17. n. 2. et 3.* quamquam hunc anno MCCXIV. iam obiiſſe velit *Chronicon* LVDEWIG. *Reliq. t. 9. p. 28.*

d) At inter Slauorum Principes nullus *Wenzeſlaus?* Etiamſi *Wertiſlaus* vel *Wiceſlaus* legas, difficile ſit, Principem indicare, his verbis deſignatum, quia in Pomerania vlteriore plures *Wertiſlai*, in citeriore tum floruit *Wizlaus*. Doctiſſimus hiſtoriæ Pomeranicæ illuſtrator Dn. SCHWARTZIVS *de finib. Principatus Rugiæ p. 99.* Witzlao I. Rugiæ Principi, hanc laudem vindicat, ſecutus forte, cum alias non haberet, auctoritatem MICRAELII, qui *Chron. Pomeran. lib. 3. c. 8.* idem facit. In CRANZIO nullum præſidium.

cuerunt exercitum ſuum ad *Reuelenſem prouinciam*, et reſederunt 1218.
in *Lyndaniſſe*, quod fuerat quondam caſtrum *Reuelenſium*. Et deſtruentes caſtrum antiquum, aliud nouum ædificare cœperunt e). Et congregauerunt *Reuelenſes* et *Harrionenſes* exercitum magnum contra eos, et miſerunt Seniores ſuos ad Regem verbis pacificis in dolo, et credidit eis Rex, ignorans dolum ipſorum. Et dedit eis munera, et baptizauerunt eos Epiſcopi, remittentes eos cum gaudio. Qui reuerſi ad ſuos, cum omni exercitu ſuo poſt triduum venerunt ad veſperam cœna facta, et irruerunt ſuper *Danos* in quinque locis, et pugnauerunt ex improuiſo cum eis, et quidam ex eis, putantes, Regem eſſe in tentorio, quod erat venerabilis *Eſtienſis Epiſcopi*, *Theodorici*, intrauerunt ad eum, et occiderunt eum f), et alii alios inſequentes, interfecerunt plures ex eis. Dominus vero

---

fidium. Is enim *Vandal. lib. 7. c. 17.* ſarcaſtice, an ex vero? ſcribit: *Præclara Principum* (Pomeraniæ) *facinora ad me non pervenerunt, requirentem ea non minima diligentia.* Nunc Noſter in ſcenam producit Pomeraniæ Principem, qui *Danorum* in prælio cedentium *reſtituit rem.*

e) ALBERTVS STADENSIS *ad annum* MCCXIX. *Rex Daciæ contra paganos Reualiam obtinuit et poſſedit.* Anonymus MENCK. *ſcript. t. 3. p. 121. Circa hæc tempora Rex Daciæ caſtrum Reualiæ in Eſtonia conſtruxit.* Quæ in ſpeciem diſſonantia teſtimonia ex Noſtro facile conciliantur.

f) Hic eſt exitus Viri, meliore ſorte digni, et primi inter eos, qui doctrinam Chriſti in Liuoniam primi intulerunt; ſocii quippe Meinardi, primi Epiſcopi; in Aula Romana et in Curiis ac monaſteriis Epiſcoporum Saxoniæ notiſſimi. *Occiſum a paganis* non ſolum ALBERTVS STADENSIS annotat; ſed et ALBERICVS *ad annum* MCCXXI. *p. 310.* ſcribit: *Theodoricus, Eſtoniæ Epiſcopus, martyrizatur in Liuonia pro Chriſto.* Vt appareat, famam Viri Rhenum quoque tranſuolaſſe. Cuius gentis aut familiæ fuerit, dicere nequeo. Fata eius enarrauit Noſter diligenter. Et quia de eo amplius dicturi non ſumus; ſubiungemus quædam notabilia, animi eius indolem prodentia. CAESARIVS HEISTERBACENSIS *Mirabil. l. 8. c. 13.* de *Petro* quodam iuuene e monaſterio Hemmenrodenſi, cum mirabilia multa narraſſet, hæc addit: *Ita ſeruebat Petrus in Chriſti paſſione, vt ſpe martyrii* THEODORICVM, *Epiſcopum Liuoniæ, ſequeretur ſine Abbatis ſui permiſſione. Acceperat ille auctoritatem a Domino Papa Innocentio, ſecum ducere omnes, qui ire vellent ad propagandam vineam Domini Sabaoth populo barbaro. Adhuc, vt dicunt, viuit* (Petrus) *et ex præcepto Abbatis ſui præciam in Liuonia regit, vbi prædicat et baptizat, multoſque tam verbo, quam exemplo ædificat, et in fide confirmat.* Petrum Kakewaldum, quem Noſter tantopere laudat, hic intelligi puto. Sed obſtat Kakewaldi vita ambulatoria, et huius Petri religio, qui e monaſterio Ciſtercienſis Ordinis migrauit in aliud eiuſdem Ordinis in Liuonia, ſcilicet Dunamundenſe, vbi Abbati ſubfuit, et ex Abbatis præcepto, vicinam haud dubie, parochiam rexit. Idem *lib. 8. c. 80.* narrat viſionem, quæ contigerit, cum aliquando *Venerabilis* THEODERICVS, *Epiſcopus de Liuonia, ſanctimoniales conſeceraret.* Viſionem adiicere ſuperſedeo, quia non Theoderico; ſed adſtanti cuidam monachō contigiſſe dicitur. Confirmat autem hic locus Gelenii ſententiam, Theodoricum inter *Suffraganeos* Colonienſis Archiepiſcopi Engelberti referentis. A viſionibus tamen alienum Theodoricum haud fuiſſe, narrat Idem *lib. 9. c. 3.* Audi hiſtoriam: *Venerabilis Liuoniæ Epiſcopus, et Magiſter Lambertus, Decanus ſanctorum Apoſtolorum in Colonia, cum ante annos paucos ſimul ad Curiam pergerent Imperialem, et in via deſcripturis ſermocinarentur; etiam mentio habita eſt de corpore Chriſti. Decano in hoc ſacramento offerente, fidem Chriſtianam, Epiſcopus reſpondit:* Ego noui ſacerdotem, qui nuper oculis corporalibus Chriſtum in altari vidit. *A quo cum Decanus perſonam tantæ viſionis dignam extorquere tunc non potuiſſet; vltima die, quando ſeparandi erant ab inuicem, Epiſcopus ei confeſſus eſt, quia ipſe eſſet. Hæc idem Decanus retulit Præpoſito Pleiſenſi, et ipſe mihi.* Rem multo mirabiliorem de ſe narrat CANTIPRATENS. *Apl. lib. 2. c. 40. Si de viſis loquimur, plurima ſæpe iactantur, quæ mendacii ex pluribus arguantur. Senſus interdum hallucinatur: mens ſibi inania fingit ludibria, ac ſæpe diuinis viſis vel hominum incuria, vel leuitate, vel malitia nonnunquam plura addunt.* Ita RAYNALDVS *ad annum* MCCXVI. *n. 12.* diſputans contra eumdem Cantipratenſem, qui Vitæ S. Lutgardis inſeruit viſionem memoriæ Innocentii PP. III. admodum grauem.

g) Atque

1218. vero *Wenzeslaus* ſtabat in valle, quæ eſt in deſcenſu montis ad mare, cum *Sclauis* ſuis. Et videns eos appropinquare, confeſtim occurrit eis. Et pugnans cum eis, conuertit eos in fugam, et perſequebatur eos, percutiens et interficiens eos per viam. Videntes autem *Eſtones* alii, qui *Danos* inſequebantur, fugam illorum, qui cum *Sclauis* pugnauerunt, ſteterunt etiam et ipſi, ceſſantes a perſequutione *Danorum*. Et conuenerunt omnes *Dani* ſimul cum Rege, et Teutonici quidam, qui erant cum eis, occurrerunt *Eſtonibus*, dimicantes fortiter cum eis. Et fugerunt *Eſtones* coram eis, eſt poſtquam omnis multitudo eorum conuerſa eſt in fugam, ſequebantur poſt eos *Dani* cum *Teutonicis* et *Sclauis*, et interfecerunt ex eis plus quam mille viros: et ceteri fugerunt. Et referebat Rex et Epiſcopi gratias Deo pro victoria ſibi de paganis a Domino collata g). Et in locum Epiſcopi prædicti *Theodorici* capellanum ſuum

g) Atque hæc eſt illa ad omnem poſteritatem memorabilis pugna, quam fama fecit maiorem, didito per populos prodigio delapſi e cælo vexilli, in quo vicerit Danicus ille Conſtantinus, equeſtris Ordinis inſtitutor, qui ab illo ſigno *Danebrogicus* ad perpetuam *vexilli Danici* memoriam adpellatus ſit. *In primo conflictu cum collatis ſignis de ſumma quaſi rerum decerneretur; Aquila, quam ſequebantur noſtri, amiſſa, neſcio quo errore geſtantis, vel Dei conſilio, vt manifeſtius eluceret Maieſtatis diuinæ potentia, ad fugam compelluntur. Cum indecorum ſit attrectare, quod non obtineas; reſtaurat pugnam, et fugientes retrahit Rex* WALDEMARVS; *aleam belli, inuocato Numine, cui arma auſpicio Regio conſecrauerat, fauentiorem ſibi ſperans. Quos pii ſtrenuique Regis conatus cælum miraculo diuino promouit. Nouum enim vexillum cælitus delapſum, operis textorii, in cuius rubea planitie Crux Alba nitebat, fugientibus prælatum, ad pugnam acerrimam Danos reuocauit, hoſteſque in triumphum non tam Regis inuicti, quam Chriſti, cælorum Domini, duxit.* Ita THOMAS BARTHOLINVS *de equeſtris Ordinis Danebrogici origine p.* 7. et 8. ſine teſte, ſine auctoritate, ſine vllius monumenti veteris indicio; idque tam aſſeueranter, vt ne *veniam* quidem *p.* 6. ſibi *petendam* exiſtimet, *quod miſcendo humanis diuina, primordia* Militiæ *auguſtiora faciat*. Sequuntur inuectiuæ in ſecus ſentientes, et plauſtra exemplorum ex omni ætate Militum: vbi iucundum in primis, quod *p.* 33. Albertus Comes Orlamundenſis anno MCCI. eadem Militiæ equeſtris inſignia recepiſſe dicitur, *obres magnifice in Liuonia pagana confectas*. Callidior Saxo, qui, ne caſſibus ſimilibus implicaretur et caperetur, chaos ſuum maluit eſſe omni lumine orbum. Sed Bartholino quidem, ad ſenſus Aulæ, atque ad hominem nouum, equeſtri ea dignitate nuper ornatum, talia ſcribenti, venia eſto; vtut haud petita. PONTANVS *rer. Dan. lib. 6. p. 306. 307.* licet ipſe quoque in multis fallat, et locum pugnæ ad oppidum *Volmar* tranſferat, vt vrbi nomen a *Waldemaro* Rege indere poſſit; ſubiungit tamen, Huitfeldium ſecutus, iſta: *An vero vexillum idem cælo dimiſſum ſit? an vero a Pontifice Romano, vt Regis ſtudium excituret, loco Cruciatæ, quemadmodum id temporis vocabant, ſubmiſſum? diſputare hoc loco non eſt animus.* Nobis neutrum placet; ſilente Noſtro et Coæuis, quos excitauimus *not. c.)* Equidem Waldemarus iam anno MCCX. ex quo hanc expeditionem meditabatur, *Cruce* ſignatus fuit, quia Pontifex Innocentius III. eum laudat, quod „ orthodoxæ fi„dei Zelo ſuccenſus ad laudem diuini Numi„nis et Chriſtianæ religionis honorem, ſigno „Crucis aſſumto, ad reprimendam feritatem „incredulæ nationis, Regalis exercere decre„viſſet gladium poteſtatis, piumque deuo„tionis propoſitum in Domino commendans, „et fauoris Apoſtolici gratia proſequens, per„ſonam Regis et Regnum ipſum, cum omni„bus bonis, ſub beati Petri ac ſua protectio„ne ſuſcipit, ſtatuens, vt, quamdiu vacaue„rit operibus huiuſmodi pietatis, integra ma„neant era cuiuſlibet temeritatis incurſu qui„eta conſiſtant„. RAYNALDVS *ad annum* MCCX. *p. 178.* Immo Honorius PP. III. *anno* MCCXVII. vt hoc opus promoueret, *initæ inter Fridericum II. Imp. et Waldemarum* noſtrum *concordiæ* (de Nordalbingiæ ad Regnum Daniæ adiectione) *rogatu Waldemari auctoritatem ſuam adiunxit:* referente eodem RAYNALDO *ad h. a. p.* 242. Vexillum tamen Waldemaro eo fini ex Vrbe ſubmiſſum non legimus; licet id inſolens non fuerit. Tale enim, et quidem Vexillum *ſancti Petri*, Leoni Armeniæ Regi miſit Innocentius PP. III. quo in hoſtes Crucis dumtaxat vtatur, et eorum ſuperbiam, ſuffragantibus Apoſtolorum Principis meritis, Domino concedente, conculcet. *Lib. 2. Ep. 254.*

Vexillum

ſuum *Weſſelinum* h) ſubſtituerunt, perfectoque caſtro, locatiſque 1218.
in eo preſidiis rediit *Rex* in *Daniam*. Et remanſerunt ibidem Epiſcopi cum viris Regis, qui per totum annum illum pugnauerunt cum *Reuelenſibus*, donec tandem baptiſmi ſacramentum acceperunt.

3. POST reditum Antiſtitis in Liuoniam cum peregrinis ſuis, venerunt ad eum *Semigalli* de *Meſoyten* i); petentes auxilium contra *Letthones*. Et ait Epiſcopus: *Si baptizari volueritis et leges accipere chriſtianas; tunc vobis auxilium præbebimus, et in fraternitatis noſtræ conſorcium recipiemus.* Et reſponderunt illi: *baptizari quidem propter aliorum Semigallorum et Letthonum ferocitatem non audemus, niſi miſſis viris tuis ad nos in caſtrum noſtrum ab illorum impugnatione nos tuearis, qui nobiſcum commanentes et baptiſmi nobis poterunt miniſtrare ſacramentum, et leges docere Chriſtianorum.* Et placuit Epiſcopo ſimulque *Rigenſibus* conſilium eorum, et remiſit cum eis ſuos, requirere conſenſum etiam eorum, qui domi fuerunt. Et venerunt iterum atque ſæpius, poſtulantes id ipſum. Tunc tandem ſurrexit Epiſcopus cum *Duce Saxoniæ* et cum quibuſdam aliis peregrinis, et cum præpoſito beatæ Virginis Mariæ k), et cum viris ſuis et abiit in *Semigalliam*, et reſidens pacifice iuxta caſtrum *Meſoythen*, conuocauit ad ſe *Semigallos* eiuſdem prouinciæ. Qui, ſicut promiſerant, fideliter obedientes, conuenerunt omnes, et recipientes doctrinam Euangelicam baptizati ſunt, virorum ferme trecenti, exceptis mulieribus et paruulis eorum, et factum eſt gaudium de conuerſione eorum. Poſt hæc ad petitionem ipſorum locauit Epiſcopus viros ſuos cum ipſis in caſtro *Meſothen* cum peregrinis quibuſdam, et aliis, et alios de *Riga* miſit adducere, quæ neceſſaria erant, nauigio. Ipſe vero cum *Duce* et aliis reuerſus eſt in *Rigam*.

4. PORRO *Weſthardus*, Senior aliorum *Semigallorum* de vicina prouincia, quæ *Thernetene* vocatur, audiens conuerſionem illorum de *Meſothen*, collegit exercitum de omnibus finibus ſuis, pace interrupta, et venit ad caſtrum, et pugnauit cum Teutonicis per totum diem, et lignorum ſtruem comportantes et ignem apponentes, nec tamen caſtrum comprehendere valentes, dimicabant fortiſſime. Et interfectus eſt ſagitta filius ſororis *Weſthardi*. Quo viſo, con-

Vexillum ſancti Petri dicebatur, cui facies Apoſtolorum Principis adpicta eſſet. Vexillo, cui Dani ſalutem acceptam referunt, figura Crucis erat inſcripta. Tale Teutonicorum fuit *n. 8.* A quibus cum haud ſperatum auxilium obuenerit; viſo Teutonicorum vexillo cruciato, cælitus h. e. non ſine ſingulari diuini Numinis prouidentia id ad ſe allatum perſuaderi poterant, veluti Deum ex machina. Neque tamen refragabor, ſi quis malit originem et cauſam offenti ad vexillum Principis Slauorum referre. Eius enim præſtiti auxilii primariæ partes fuere. Aut ſi cui alia æque ſimplex huius rei explicandæ ratio ſuppetat, quæ non poſtuler, vt Deus interſit, aut id, quod eſt in principio.

h) De *Weſſelino*, ſubſtituto Eſtienſi Epiſcopo, elegans locus eſt apud ALBERICVM *p. 456.* quem dabimus infra *not. x*).

i) *Meſoyten* ſeu *Meſoten* hodie villa eſt ad Muſſam fluuium paullo ſupra Mitauiam, Semigalliæ Metropolim.

k) Ioanne, Præpoſito Cathedralis Eccleſiæ Rigenſis, quæ beatæ Mariæ fuerat dedicata.

1218. contriſtatus et ipſe, diuertitque ſtatim de caſtro cum exercitu ſuo. Et audiuit alios de Teutonicis nauigio venientes in flumine *Muſſa*: quibus feſtinanter occurrit, et in loco ſtricto conueniens eos, vbi modica fuit in flumine profunditas, comprehendit ex eis triginta viros, vel paulo plures, et interfecit eos, et alii fugientes in *Rigam* redierunt. Inter quos erat *Segehardus*, ſacerdos Ciſtercienſis ordinis, miſſus ad caſtrum ipſum a *Dunenmunda* in obſequium Epiſcopi *Bernardi*: ad cuius Epiſcopatum præoccupatus erat locus idem l). Qui ſedens in littore, videnſque paganos venientes, ponebat manicam cucullæ ſuper caput ſuum, feritatem paganorum exſpectans. Et in manus Domini ſpiritum ſuum commendans, percuſſus eſt ipſe cum aliis, quorum animæ in martyrum ſocietate ſine dubio cum Chriſto gaudebunt, quorum negotium ſanctum erat, eo quod vocati venerunt ad baptizandum paganos, vineamque Domini plantandam, quam ſanguine ſuo plantauerunt. Ideoque ſunt animæ eorum Sanctorum in cælis cocequales. Audientes itaque Teutonici, qui in caſtro fuerunt, ſuorum interfectionem, et non habentes, quæ neceſſaria fuerunt in annum, ſimulque conſiderantes *Semigallorum* et *Letthonum*, nec non *Curonum* ferocitatem contra nomen Chriſtianum, ſurrexerunt cum omnibus ſuis, et relicto caſtro abierunt in *Rigam*. *Semigalli* vero iam baptizati recidiuantes, ſacramentorum ſuſceptorum immemores, aliis *Semigallis* ſe coniunxerunt, et cum eis ex Letthonibus conſpirantes et ſe confœderantes contra *Rigenſes* et Liuones et omnes Chriſtianos. Et congreuauerunt ſe ſimul omnes, tam adhuc pagani, quam baptizati, in ipſum caſtrum, fodientes illud et ædificantes munitionem ipſius firmiſſime, et euntes in expeditionem contra Liuones *Holmenſes*, cœperunt occidere, et ſpoliare eos. Liuones quoque intrantes terminos eorum, ſimilia eis mala intulerunt. Et audiuit Epiſcopus et Dux Saxoniæ *Albertus* ſuorum interfectionem, et omnia mala, quæ faciebant *Semigalli*, miſit ad omnes Liuones et Letthos, mandans eis, vt eſſent parati, ſi quando Dominus proſperum concederet iter ad faciendam vindictam in nationibus.

5. INTEREA Letthi de *Kukenoys* et alii quidam Letthi Fratrum Militiæ, *Meluke* et *Wargribbe*, non immemores omnium malorum, quæ *Rutheni de Pleſcekowe* et *Nogardenſes* anno præterito in Liuonia perpetrauerant, abierunt in *Ruſſiam*, et deprædantes villas, et viros interficientes, et mulieres captiuantes, omnem terram circa *Pleſcekowe* deſertam fecerunt, et prædam multam omni tempore retulerunt. Et relinquentes aratra ſua, terram *Ruthenorum* incolebant, inſidiantes eis in campis, et in ſiluis et in villis, ceperunt et interfecerunt eos, et nullam requiem dantes eis, equos et pecora et mulieres eis abſtulerunt. *Rutheni* vero de *Pleſcekowe* circa autumnum collegerunt exercitum, et venerunt in terram Letthorum, et deſpoliauerunt villas eorum, et ſederunt in finibus *Meluke* et *Wari-*

l) Vide, quæ diximus *ad annum* MCCXVII. *not.* *b*).

m) V.

Warigribbe, deuaſtantes omnia, quæ habebant, et frumenta cre- 1218.
mantes, nihil eorum malorum, quæ facere poterant, obmiſerunt. Et miſit Magiſter Militiæ in *Wenden* ad Letthos omnes, vt venirent ad expellendum *Ruthenos* de terra. Sed abeuntibus *Ruthenis*, viſum eſt Letthis, de perſequutione *Ruthenorum* modicum ſe lucrum reportare.

6. VNDE conuerterunt exercitum ſuum in *Saccalam*, et accipientes ſecum *Saccalanenſes*, tranſiuerunt *Palam*, et intrantes *Gerwam*, percuſſerunt terram illam plaga magna, viros interficientes, mulieres capientes, equos et pecora et ſpolia multa tollentes, dicentes, eos contra *Danos* in auxilium veniſſe *Reuelenſibus*. Et venerunt ibidem ad *Rodolphum Magiſtrum Militiæ* Seniores eiuſdem prouinciæ *Gerwanenſis*, dicentes, ſe pacem Rigenſium iam dudum recepiſſe coram comite *Alberto*, ſimulque baptiſmum eorum ſuſcepturos, rogantes eum, vt cum exercitu ſuo de finibus ipſorum exiret. Et accepit *Rodolphus* pueros eorum obſides, renouando cum eis pacem. Vnde iam cuncta quondam ab eis accepta, et fidem et leges promiſerunt ſe deinceps ſeruare Chriſtianas. Et ſuggerebant Fratribus Militiæ, vt citius redirent, ad eundum cum eis in *Wironiam* cum exercitu, vt iugum illud Chriſtianitatis etiam ad illas deferrent prouincias, et promiſerunt eis, et reuerſi ſunt cum omni præda ſua in Liuoniam.

7. POST expeditionem *Gerwanenſem* Fratres Militiæ de *Wenden* ad ſe conuocauerunt viros Epiſcopi, *Gerhardum* aduocatum, cum omnibus Liuonibus et Letthis, et *Comitem iuuenem* de familia Epiſcopi m), cum ceteris *Rigenſibus*, et profecti ſunt in *Saccalam*, accipientes ſecum *Saccalanenſes* et etiam *Vngannenſes*, et progreſſi ſunt in *Gerwam*, et eligentes ſibi de *Gerwanenſibus* viæ Duces, per totam noctem intrauerunt *Wironiam*, quæ eſt terra fertilis et pulcherrima et camporum planitie ſpacioſa. Et ſequebantur eos *Gerwanenſes* tam equites, quam pedites, et non audiuerant *Wironenſes* exercitum Liuonienſem venientem, et erant omnes in villis et domibus ſuis, et mane facto diuiſerunt exercitum ad omnes prouincias, et dederunt alias *Gerwanenſibus*, alias *Vngannenſibus*, et alias dederunt Liuonibus et Letthis deſpoliandas. Et inuenerunt omnem populum per vniuerſam *Wironiam* in villis, et percuſſerunt eos a magno vſque ad minorem, et non pepercerunt eis, quicquid maſculini ſexus inuenerunt, et mulieres et paruulos capientes, et equos et pecora multa compellentes, ſpolia multa tulerunt. Et poſuerunt Teutonici ſuam congregationem in villa magna, quæ *Tuwine* vocatur. Liuones et Letthi ſuam *Maiam* elegerunt in *Aniſpe*. *Saccalanenſes* in *Reuelenſi* prouincia reſederunt, *Gerwanenſes* in ſuis prouinciis quieuerunt. *Vngannenſes* prouinciam ſibi conterminam, quæ *Pudurn* vocatur, deprædantes, ibidem conſederunt. Et poſtquam grauiter nimis diebus quinque totam terram illam percuſſerunt

m) V. *not. t).*

1218. runt, et millia multa populorum interfecerunt; venerunt tandem ad nos Seniores prouinciarum, qui per fugam euaſerant, ſupplici-ter pro pace petentes. Et ait *Rodolphus* Fratrum Militiæ Magiſter: *Numquid iam pacem deſideratis adhuc, qui pacem noſtram bellis veſtris ſæpe turbaſtis? Sed pax non dabitur vobis, niſi pax illius veri pacifici, qui fecit vtraque vnum, coniungens et pacificans terrena cæleſtibus; qui de cælo deſideratus gentibus Rex deſcendit, expectatio et ſaluator eorum; qui præcepit diſcipulis ſuis, dicens: Ite in omnem terram: docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Si ergo volueritis baptizari, et eundem Deum omnium Chriſtianorum nobiſcum colere; pacem illam, quam nobis dedit, quamque abſcedens cultoribus ſuis reliquit, vobis dabimus, et in perpetuæ fraternitatis noſtræ conſortium recipiemus.* Et placuit eis verbum, et ſtatim promiſerunt omnia Chriſtianitatis iura cum baptiſmo *Rigenſium* ſe fideliter accepturos. Erat autem inter eos *Tabelinus*, quondam a noſtris in *Gotlandia* baptizatus, et *Kyriawanus* alter, qui petebat a nobis bonum Deum ſibi dari, dicens, ſe malum Deum hactenus habuiſſe. Fuerat enim homo idem infeliciſſimus vſque ad illud tempus in omni negotio ſuo. Sed poſtquam baptizatus eſt a nobis, factus eſt homo feliciſſimus; prout poſtmodum confeſſus eſt nobis, et omnia proſpera venerunt ei pariter cum baptiſmo. Ad petitionem itaque ipſius importunam, ibidem Deum promiſimus ſibi propitium, et temporalia ſibi ſufficienter eum in hac vita daturum, et in futuro vitam æternam. Et credidit nobis, et ſtatim *caterizauimus* n) eum, et aſtabat ei *Rodolphus* Magiſter Militiæ *ſponſor et compater*. Dumque iam eum ſacro linire deberemus oleo, factus eſt clamor magnus et concurſus exercitus noſtri per omnes vias, et currebant omnes ad arma, clamantes, magnam paganorum *Malewam* contra nos venientem. Vnde nos confeſtim, proiecto ſacroſancto criſmate, ceteriſque ſacramentis, ad clypeorum gladiorumque miniſteria cucurrimus, et feſtinauimus in campum, ordinantes acies noſtras contra aduerſarios noſtros, et ſtabant nobiſcum Seniores *Wironenſium*. Et appropinquabant ad nos in magna multitudine, quos putabamus hoſtes. Et erant *Saccalanenſes*, confratres noſtri, qui redierunt ad nos cum omni præda ſua. Vnde redeuntes conſummauimus baptiſmum, differentes ceteros tempore ſuo baptizandos. Et data eſt pax, et acceptis obſidibus de quinque prouinciis *Wironiæ*, reuerſi ſumus in Liuoniam cum captiuis et ſpoliis vniuerſis, de gentium conuerſione laudes Deo deferentes. Et ſequuti ſunt quinque Seniores de quinque prouinciis *Wironiæ* in *Rigam* cum muneribus ſuis, et accipientes ſacri baptiſmatis myſterium, tradiderunt ſe totamque *Wironiam* beatæ Mariæ et Liuonienſi Eccleſiæ, pacemque firmantes redierunt gaudentes in *Wironiam*.

POST

n) *Caterizauimus* pro *catechizauimus*.

o) *Ericius*

POST festum natiuitatis Dominicæ conueniunt Seniores Livoniensis Ecclesiæ, expeditionem indicentes contra gentem apostatricem, in *Mesothen* congregatam. Sed a ventis australibus et pluviosis impediuntur. Vnde celebrata purificationis beatæ virginis solennitate, secundo congregantur, conuocantes exercitum magnum de Liuonia et Letthia, cum quibus adest primus venerabilis Antistes Liuoniensis, cum Duce *Saxoniæ Alberto*, et peregrinis omnibus, Magister Militiæ cum Fratribus suis. Et habentes quatuor millia Teutonicorum, et alia quatuor Liuonum et Letthorum, procedunt in *Holme*, ducentes secum machinam magnam, et alias minores, ceteraque instrumenta ad castri impugnationem. Et iuerunt per totam noctem, apud *Mussam* exercitum ordinantes, et progrediuntur ad castrum, villamque, quæ erat in circuitu, capientes spoliaque tollentes, castrum obsidentes bellum inferunt eis sex diebus. Quorum alii propugnaculum ædificant; alii patherellos erigunt; alii balistas exercent; alii ædificant ericios o), deque subtus vallum fodere incipiunt; alii lignorum comportationibus fossatum implent, et propugnaculum desuper impellitur, sub quo ab aliis foditur. Multi *Semigallorum* in castro lapidum iactibus læduntur; multi sagittis vulnerantur, et multi lanceis Liuonum ac Letthorum de propugnaculo interficiuntur. Adhuc tamen rebellis turba repugnare non cessat. Erigitur tandem machina maior; iactantur in castrum lapides magni; quorum magnitudinem intuentes in castro, terrorem magnum concipiunt. Fit ipse *Dux* rector machinæ; proiicit lapidem primum, et *Erkerium* p) ipsorum et viros in eo comminuit. Proiicit secundum, et plancas q) cum lignis munitionis in terram deiicit. Proiicit tertium, et columnas tres magnas munitionis perforando constringit, hominesque lædendo concutit. Quo viso, castrenses de munitione fugiunt, loca tutiora adire quærunt. Sed refugium non habentes, veniam petunt: vt ad Episcopum descendant, supplicant. Datur pax: conceditur via: descendunt *Made* et *Gayde* cum ceteris. Quibus, vt castrum tradant, dicitur, et omnia, quæ in eo sunt, vt ipsi vitam habeant. Displicet paganis hæc forma: reuertuntur rursus in castrum: fit pugna maior priore. Cuncta bellorum innouantur machinamenta; milites armis se tegunt: vna cum *Duce* vallum conscendunt: castri summitatem capere cupiunt; sed repelluntur adhuc a semiuiuis illis, qui in castro fuerunt. Post hæc lignorum multorum aridorum strues fiunt, ignes apponuntur, et affliguntur perfidi modis omnibus, donec tandem deficientes sequenti mane se tradunt, et a munitione sigillatim descendentes exercitui nostro se tradunt, et colla subiiciunt. Circa meridiem, postquam iam numerum implent

1218.

o) *Ericius* hoc loco est instrumentum bellicum, ita dictum, quod veluti, animal huius nominis, spiculis et aculeis vndequaque horreret. Vocabulum, hoc sensu Romanis iam vsitatum, recurrit *ad annum* MCCXXIII. *n.* 5.

p) Vox Germanica, significans contabulatum e domo vel muro prominens, instar propugnaculi.

q) Nec magis latinus est vsus huius vocabuli; nobis tamen cum Francis communis, pro asserum erectorum compagine designanda.

 r) *Signum*

1218. plent fere ducentorum descendendo, ecce! subito *Westhardus* cum suis *Semigallis* et aliquot Letthonibus, turba magna prospiciens de siluis, venit, bellum nobis inferre cupientes. Et statim ordinauimus acies nostras contra ipsos, et pedites circa castrum locauimus. Et veniunt stulti quidam ex nobis, quorum infinitus est numerus, et rapientes Seniores eosdem, qui de castro descenderant, occidunt ex eis centum et plures, ignorantibus Dominis, qui ad pugnandum contra paganos in campum abierant. *Viewaldus* autem Senior *de Aschrate* vicinius ad hostes accedit: vt cum Teutonicis pugnaturi veniant in campum, eos vocat. At illi: *mercedem*, inquiunt, *a Semigallis accepimus, vt ad videndum exercitum vestrum veniremus. Nunc ergo viso exercitu vestro, redimus in terram nostram, pacem vobiscum factam infringere nolentes.* Et abeuntibus *Letthonibus*, Teutonici redeunt ad castrum: Seniores occisos inueniunt. Qui in castro ex *Semigallis* remanserunt, videntes suos Seniores ante castrum occisos, exire non audent; sed similia timent. Fit ergo noua pugna: sagittæ volant; lanceæ Liuonum ac Letthorum de propugnaculo multos illorum interficiunt; ignes accenduntur: vallum subfossatum cum tota munitione iam ad terram delabitur. Quod videntes illi, nulliusque defensionis amplius solatium habentes, per totam noctem suppliciter exorant, quatenus eis pacis securitas firmetur, vt de castro descendentes vitam obtineant. Quorum misertus Episcopus cum *Duce* et omni multitudine, misit eis *signum Crucis sanctæ* r) in castrum, et crediderunt eis, et promiserunt, se deinceps sacri baptismi numquam violare sacramentum. Et descenderunt de castro cum mulieribus et paruulis suis, et abierunt vnusquisque cum suis in villas suas. Exercitus vero castrum ascendens, diripuit pecunias et substantiam omnem et equos et pecora. Et Liuones et Letthi nihil ibi relinquentes, omnia tulerunt, et incenso castro cum omni rapina reuersi sunt in Liuoniam, Deo gratias referentes de vindicta facta in gente illa præuaricatrice, quæ verborum suorum oblita, fidem Christi respuit, baptismi gratiam irrisit, paganorum diabolicis ritibus iterum contaminari non timuit.

9. REVERSI Rigenses cum Episcopo et *Duce Saxoniæ* de *Semigallia*, reduxerunt ad memoriam omnia mala, quæ *Harrionenses* et *Osilienses* Liuonienſi sæpius intulerant Ecclesiæ, et quiescentes duabus hebdomadis, tam ipsi, quam equi eorum, iterum congregauerunt exercitum magnum Liuonum atque Letthorum et Teutonicorum, et erat cum eis *Dux Saxoniæ Albertus*, supremus eorum, et Magister *Volquinus* cum *Fratribus* suis *gladiferis* s), et *Theodoricus* frater *Episcopi*, cum ceteris viris Ecclesiæ. Et conuenerunt prope *Saccalam* vbi locus colloquiorum exercitus et orationum fuerat, celebratisque

r) *Signum sanctæ Crucis* vexillum fuit, cui figura Crucis inscripta.

s) Hoc vno loco Fratres Militiæ Christi, *Gladiferi* vocantur; *Enſiferi* nuspiam. De SCHVRZFLEISCHII libello, quem inscripsit *Historiam Enſiferorum*, diximus alio loco. Caput ei amputandum est, vt plerisque libris historicis, si corpore vti velis. Origines enim vbique fere lutulentæ sunt et cœno infectæ.

que ibi Miſſarum ſolenniis, proceſſerunt ad Palam, conuocantes 1218.
ibidem ad ſe *Saccalanenſes* et *Vngannenſes*, nec non et *Gerwanenſes*, et elegerunt ſibi viæ duces ex eis, et diuiſerunt omnem exercitum ſuum in tres turmas, et miſſis ſortibus obtinuerunt Liuones viam ad ſiniſtram; *Eſtones* vero viam ad dextram ſorte perceperunt. Teutonici vero cum Letthis ſolito more ſibi viam mediam vſurparunt. Surgentes itaque mane ante lucem, proceſſimus in *Nurmegunde* via media, et, orto iam ſole, oriuntur ante faciem noſtram ignes et fumi multiplices in terra *Gerwanenſium*. Fuerunt autem *Gerwanenſes* ab Eccleſia Liuonienſi iam ſæpius expugnati, et erant filii eorum obſides in Liuonia, et tam cenſum ſuum annuatim ſoluere, quam baptiſmum recipere fuerant parati. Vnde *Oſilienſes* congregato exercitu magno, ſorte deorum ſuorum requirebant voluntatem: An ſcilicet cum *Danis* in *Reualia* pugnaturi; an vero *Gerwanenſem* eſſent prouinciam intraturi? Et cecidit ſors ſuper *Gerwanenſes*. Et miſit eos Deus eodem die, quo nos venimus. Qui diuiſerunt exercitum ſuum eodem mane per omnes villas, deſpoliantes et incendentes eas: quorum ignes et fumos videntes quidam ex noſtris, Dux videlicet *Albertus* cum militibus ſuis, et Magiſter *Volquinus* cum Fratribus ſuis, et induebant arma ſua, et proceſſerunt in *Gerwam* obuiam inimicis. Et inuenientes villas omnes incenſas ac deſpoliatas, magis feſtinauerunt poſt eos, et habuerunt quoſdam obuios de *Gerwanenſibus*, qui per fugam ab hoſtibus euaſerant. Et retulit eis vnuſquiſque eorum verbum, dicens: *percuſſerunt Oſilienſes terram noſtram plaga magna nimis, et effugi ego ſolus, vt nunciarem vobis.* Auditis itaque nominis Chriſti inimicis, accelerauimus ad eos, et poſt horam nonam quatuor ex hoſtibus villam quandam incendentes comprehendimus, quibus occiſis, equiſque ablatis, poſt alios properauimus, et cum Letthis, qui leuiores erant ad perſequendum eos, proceſſimus ad villam, quæ *Caretben* vocatur, vbi *Maia*, id eſt, congregatio eorum fuerat, ad quam cum veniremus, vidimus omnem illorum multitudinem aduerſum nos repræſente venientem ad præliandum in campum. Et clamantes voce magna, clypeoſque tangentes, acceſſerunt ad nos, et qui remanſerant in villa, ſubſequebantur ad ſuos. Videnteſque paucitatem noſtrorum, currebant, mittentes lanceas ſuas ſuper nos. Exclamauerunt etiam et Letthi, et hi, qui nobiſcum erant, qui primo venerant, et adhuc erant pauciſſimi, et ſimiliter currebant ad eos, mittentes in eos lanceas ſuas. Erat autem arcta via noſtra præ congelatione niuis, et vnuſquiſque poſt alium ſequebatur. Et ideo Teutonici de longe poſt tergum ſequentes adhuc nondum venerant, et erat nobis primis eorum mora grauis. Confidentes itaque in Domino, Letthos ad ſiniſtram ordinauimus. Teutonici vero ſinguli per viam venerunt, et ad dextram ſe ſtatuerunt. Et vt vidimus Fratrum Militiæ vexillum appropinquare, ſimul et Ducem *Albertum* cum magno ſuo ſubſequi vexillo; quam plurimum lætificati ſumus. Et videns Dux noſtrorum paucitatem eorumque

1218. multitudinem, ait: *Numquid nam ipſi ſunt hoſtes Chriſti?* Et ait quiſpiam: *Ipſi ſunt.* Et dixit Dux: *Nunc ergo in nomine Domini accedamus ad eos.* Et ſtatim cum Fratribus Militiæ, ſimulque cum aliis Teutonicis et Letthis, properauimus ad eos, et irruentes per medium eorum, interfecerunt a dextris et ſiniſtris, et cadebant ab eis ex omni parte tamquam fœnum, quod coram metente cadit in terram. Et percuſſerunt eos vſque ad villam, et fugientes perſequuti ſunt per plateas et domos, et extrahentes eos interfecerunt, et ſupra domos aſcendentes, et ſuper congeries lignorum ſe defendentes rapuerunt eos, et in ore gladii cunctos perimentes, nemini eorum parcere voluerunt. Et exilientes mulieres *Gerwanenſium*, quæ captiuæ ductæ fuerant ab *Oſilienſibus*, percuſſerunt etiam et ipſæ cum fuſtibus *Oſilienſes*, iam ante percuſſos, dicentes: *Te percutiat Deus Chriſtianorum!* Et perſequuti ſunt eos Teutonici de villa in campum, occidentes eos per campum vſque ad lacum ipſorum, et ſanctam ſiluam ipſorum multorum interfectorum ſuorum ſanguine commaculauerunt. Letthi vero circa villam ſequentes quibuſdam fugientibus obuiauerunt, et ventilantes eos hac et illac, interfecerunt eos, et auferentes equos, tulerunt ſpolia eorum. Reverſique ſunt ad locum certaminis, et acceperunt equos et veſtes et prædam multam. Captiuos autem, cum mulieribus et paruulis, *Gerwanenſibus* reſtituerunt. Sed equos et aliam rapinam cunctam Teutonici cum Letthis æqualiter inter ſe diuiſerunt, benedicentes Dominum, qui tam glorioſam victoriam de paganis in manu paucorum operatus eſt. Erant autem interfectorum in loco certaminis circiter quingenti virorum, et alii plures per campos et per vias et alibi ceciderunt. Ex noſtris vero ceciderunt duo Teutonici, et ex Letthis duo: frater *Ruſſini*, et frater *Drunualdi* de *Aſtigerwe*. Ex Teutonicis erat vnus *Comes de familia Epiſcopi* t), et vnus miles Ducis: quorum memoria ſit in benedictione, et animæ eorum requieſcant in Chriſto. Liuones vero, qui ad ſiniſtram via alia abierant, et *Eſtones*, qui ad dexteram declinauerant, ſicut nec ad bellum venerunt, ſic nec partes in diuiſione ſpoliorum acceperunt; ſed via ſua directa

t) Hic *iuuenis Comes* de *familia* Epiſcopi dicitur quoque *n.* 7. non, quod Epiſcopi conſanguineus vel affinis fuerit; ſed quod ſub Epiſcopo ſtipendia meruerit. Vti enim Romanis familia grex ſeruorum §. 2. *I. de his, qui ſui vel alien. iur.* ita ſtilo medii ævi *de familia* Principum, Epiſcoporum et Dominorum eſſe dicuntur homines proprii, Miniſteriales, et quotquot mercede conducti in eorum ſunt obſequio. Quorum ſæ multos per Liuoniam aluit Epiſcopus. Vnde *familiam Epiſcopi* ſeu *Viros Epiſcopi*, in expeditionibus bellicis ſubinde peculiarem cohortem effeciſſe legimus. Ignorantia rei tam tralaticiæ induxit quemdam ex noſtris in propudioſum errorem. Cum enim ante oculos haberet privilegium Henrici Leonis, Seruis Dei Catenburgicis irrogatum, „ vt, quicumque de eiuſ„dem eccleſiæ *familia* delegiſſent, per legiti„mi matrimonii copulam in noſtram *fami*„*liam* abſque vlla contradictione tranſirent, „eademque viciſſitudine de *noſtra familia*, „quibus et hoc placuiſſet, in præfatæ Eccleſiæ „*familiam* ſimili lege migrarent „; vir bonus, oblitus, monachis ob vorum caſtitatis cœlibatum eſſe colendum, ſuos hoc nomine beatos prædicat, quod ad nuptias tam illuſtres, Welficas ſcilicet, adſpirare potuerint. O! quam difficile eſt, ſatyram non ſcribere. Et tamen talia committentes, ſi admonentur, non frendent ſolum et ringuntur; ſed et omni adhibita arte defendunt, et publice ludos faciunt, prioribus deteriores, et omni rure inficetiores.

u) *Mari-*

directa per noctem in *Harriam* iuerunt, et mane facto, diuidentes 1218.
exercitum ſuum per omnes villas, percuſſerunt viros, et mulieres captiuas duxerunt, et prædam multam collegerunt. Quos inſequentes Teutonici cum Letthis, ſequenti die ſimilia mala faciebant, et poſuerunt congregationem ſuam in villa *Lone*, quæ eſt in media terra. Liuones vero alibi ſuam *Maiam* ſtatuerunt, et *Saccalenſes* prope *Reuelam* reſederunt. Qui mandatum Seniorum tranſgredientes, etiam *Reuelenſem* prouinciam ſpoliauerunt, quæ *Danorum* iugum iam ſuſceperat. Miſeruntautem ad nos *Warbolenſes* u), rogantes ea, quæ pacis eſſent, et vt de finibus eorum exiremus. Et ait Magiſter *Volquinus: Si volueritis*, inquit, *nobiſcum vnum Deum colere, fonteque ſacri baptiſmatis irrigari, et filios veſtros obſides dare; pacem vobiſcum perpetuam faciemus.* Et placuit verbum hoc *Warbolenſibus*, et dederunt obſides.

10. MISERVNT quoque noſtri Milites nuncios ſuos ad *Archiepiſcopum*, venerabilem Dominum *Andream*, et ad alios Epiſcopos *Danorum*, et *viros Regis*, qui erant in caſtro *Reuelenſi*: qui ſtatim miſerunt viros regis ad nos, referentes gratias Deo et nobis de paganorum impugnatione, tam *Oſilienſium*, quam *Harrionenſium*, addentes inſuper, *totam Eſtoniam Regis eſſe Danorum, traditam ſibi ab Epiſcopis Liuonienſibus.* Et rogabant, obſides *Warbolenſium* ſibi præſentari. Magiſter vero *Volquinus*, donationem *Eſtoniæ* Regis *Daciæ* ſe firmiter allegans ignorare, coram *Duce Saxoniæ* w) et coram cunctis, qui ibidem cum eis conuenerant, *Eſtoniam*

u) *Maritimæ*, Teutonice, *Strandwyk*; Eſtonice *Löne-ma* accenſetur hodienum *parochia Warbolenſis*, Eſtonibus *Warblakabbel*; Teutonibus *Werpel* dicta. Pertinent ad eam villæ *Warbla*, *Saulepe* et *Waiſte*.

w) Vltima hæc Alberti Saxoniæ Ducis in hoc bello mentio eſt. Vnde infero, exacto peregrinationis anno in patriam rediiſſe. In Germaniam redux anno MCCXX. Erfordiæ in Aula Friderici II. Imperatoris verſatus eſt. Diplomati enim ab eo tum eccleſiæ in Luſeniz in terra Pliſnenſi dato inter teſtes ſubſcripti leguntur ap. SCHILTER. *de inueſtitura ſimult. c. 4. §. 9.*

Henricus Comes de Anehalt.
Albertus frater eius, Dux de Berneburch,
Filii Ducis Bernhardi.

Alberti Ducis Saxoniæ primæ nuptiæ.

Quæ quo ſpectent, nemo non videt, qui ante a nobis dicta ponderauerit. Anno MCCXXII. Coniugem nactus eſt AGNETEM, Leopoldi gloriofi, Ducis Auſtriæ et Stiriæ, filiam. Ita enim CHRONICON MELLICENSE *ad annum* MCCXXII. *Albertus Dux Saxoniæ filiam Leopoldi Ducis Auſtriæ et Stiriæ, Agnetem nomine, duxit vxorem.* Et Chronic. Auſtral. ap. FREHER. *Scriptor. German. t. 1. p. 452. Anno* MCCXXII. *magna ſolennitas Viennæ, auctore Duce Leopoldo, cuius filia Duci Saxonum nuptiali thalamo copulatur.* Nec fallit Necrologium Clauſtro-Neoburgenſe ap. PEZ. *Scriptor. Auſtr. t. 1. p. 494. IV. Kal. Septembr. Agnes, Duciſſa Saxoniæ, filia Liupoldi Ducis Auſtriæ.* Quo matrimonio Albertus magnas affinitates contraxit, non Friderici ſolum, vltimi Auſtriæ Ducis potentiſſimi, qui frater Coniugis fuit; ſed et Henrici Regis, filii Friderici II. Imperatoris; Henrici, Thuringiæ Landgrauii, poſt itidem Regis, et tertii Henrici, Marchionis Miſniæ, Landgrauii Thuringiæ; vtpote quibus Coniugis ceteræ ſorores ſuo quoque tempore nuptæ erant. V. Chronic. Auſtriac. Hagenii, Einikelii et Eberndorferi ap. PEZ. *t. 1. p. 1065. t. 2. p. 540.* et *p. 716.* Ex Agnete Albertus non niſi *filias* ſuſtulit. Quarum prima IVDITHA Coniux fuit Erici, filii Waldemari II. Daniæ Regis. ALBERTVS STADENSIS *ad annum* MCCXXXIX. *Abelis frater, Ericus, Rex Daciæ iunior, duxit filiam Ducis Alberti de Anehalt die Dionyſii.* Ducem de Anehalt vocat, quia multi Scriptores, et ipſi Pontifices, Welficos Principes appellare pergebant Saxoniæ Duces. Nomen IVDITHAE eſt in *hiſtor. gent. Dan.* ap. LINDENBROG. *p. 273.* et in Continuat. Saxonis Grammatici ap. Dn. BENZEL. *Monum. Sueo-Goth. part. 3. p. 147.* verbis: *Rex Ericus accepit vxorem* IVTTAM, *filiam Ducis Saxoniæ.* Altera ELISABETH conuenit in manum Ioannis, filii primogeniti Adolfi Comitis Holſatiæ, qui, quoniam ſancti Franciſci religionem Hamburgi profeſſus eſt, *Fra-*

Filiarum fœcunditas.

1218. *niam* totam *vexillo beatæ Virginis* a *Rigenſibus* ad fidem Chriſtianam ſubiugatam referebat, præter ſolam *Reuelenſem* prouinciam et inſulam

ter Adolfus vocari occœpit. ALBERTVS STADENSIS *ad annum* MCCXXXXI. *Iohannes Comes, Fratris Adolfi filius, IV. Idus Nouembris in Hamborch cum maximo cleri et populi triptudio eſt receptus, cui etiam eodem tempore filia Ducis Saxoniæ, adhuc puellula, in Coniugem eſt promiſſa.* ELISABETHAE nomen habet Chron. Slau. ap. LINDENBROG. *p.* 277. et Adolphcis MEIBOM. *c.* 13. Quare errat LAMBEC. *Orig. Hamburg. l. 1. n. 176.* 177. quod hanc Alberti II. filiam facit. Tertia MATHILDIS, primum Ottoni, Ottonis Pueri filio primogenito; deinde Friderico II. Imperatori deſponſata; ſed ob minas Pontificis domum non ducta. ALBERTI STADENSIS Codex MS. bibliothecæ Helmſtadienſis *ad annum* MCCXXXXVII et ad *p.* 220. *editionis Reineccianæ* poſt verba *eſt electus* hæc habet: *Modicum ante filia Ducis Saxoniæ Friderico quondam Imperatori miſſa fuerat deſponſata. Hanc antea deſponſauerat Otto, filius Ottonis Ducis Brunſuicenſis; modicum poſt mortuus.* Literas Pontificis, quibus intercedit, et impugnat has nuptias, habes ap. RAYNALDVM *ad annum* MCCXXXXVII. *n.* 8. Nomen MATHILDIS eſt in Alberti ſtemmate Billingano *p.* 277. Hæc forte ea eſt, quæ poſtea in toro fuit Helmodi, Comitis Suerinenſis, quem Iohannes filius anno MCCLXXIIII. ſororium ſuum appellat *diplomate MS.* Et quia Albertus II. anno MCCXCII. Fridericum, Noribergenſem Burggrauium, pariter ſororium ſuum vocat *diplomate MS.* coniux eius HELENA itidem Alberti I. filia fuit; ſed ex toro, vt nomen innuere videtur, poſteriori. Supereſt quarta vel quinta, ELISABETHA, Comitiſſa Brenenſis. De qua Dn. ECCARD. *geneal. Sax. p.* 89. Sed ea forte Iohannis Holſatiæ Comitis vidua fuit, quia annum eius obitus ab Holſatiæ ſcriptoribus annotatum non reperio. Reperiat autem aliquando me felicior. Mater AGNES anno MCCXXXVIII. iam vixerat. Sed a familia Alberti ſtilus ad publicas curas fortiſſimi Principis conuertendus eſt. Otii enim impatiens haud diu poſt peractas nuptiás militatum abiit in Italiam ad Fridericum II. Imperatorem, vbi proximis annis omnibus fere Cæſareis diplomatibus ſubſcriptus legitur *A.... Dux Saxoniæ.* Cum anno MCCXXV. Ludouicus Sanctus, Thuringiæ Landgrauius, in cauſſa tutelari Henrici Miſniæ Marchionis, ſororis filii, Cæſarem ſibi adeundum cenſerer; Rauennæ Cæſarem Cæſariſque exercitum vnaque Albertum noſtrum offendit. Itineris comitem habuit Landgrauius ſacellanum Bertoldum, qui domini ſui vitam ſcripſit: cuius partem præſtantiorem in Annales ſuos tranſtulerunt Monachi Reinerſbornenſes, nondum integre editos. In his diligenter enarratur, quomodo Imperator Rauenna exercitum mouerit Placentiam, et quas moleſtias deuorauerit, per agrum Foroliuienſem, Bononienſem, Mutinenſem, Regienſem et Parmenſem tranſeundo. His interſpergitur nominatim, quid *Duci Saxoniæ* acciderit, his verbis: *Imperator de Mutina exiens, Regium ingreſſus eſt, ibique manſit nocte illa uſque ad Luciferum. Appropinquante autem Lucifero, de eadem ciuitate egreſſus eſt cum omni exercitu ſuo. Quidam autem Burgenſium illius ciuitatis, qui fuerat hoſpes* DVCIS SAXONIAE, *in ipſa nocte cœpit altercari cum Duce et familia ſua, et Dux non potuit ei reſiſtere. Congredientibus igitur partibus vtriuſque, duo de familia Ducis grauiter ſunt vulnerati, et ſic ceſſauerunt a lite. Burgenſes vero propter hanc indignationem gregem Imperatoris, quem cum exercitu propter victum cottidianum pelli fecerat, a ſuis paſcuis repulerunt, pueros, qui ipſum gregem minabant, occidere cupientes. Quo audito, Imperator recedere feſtinans, nobilem ciuitatem Parmam ingreſſus eſt etc.* Cum interea Danorum res Tranſalbinæ, Rege Waldemaro cum filio cognomine capto, peſſum irent, accirus ab Regis hoſtibus ocyus accurrit, Lauenburgum et Raceburgum in deditionem accipit, præcipue Bornhouedenſi victor anno MCCXXVII. volentibus belli ſociis, totius Nordalbingiæ dominium nanciſcitur. Subiungam de hoc prœlio ex *Contin.* SAXONIS GRAMMATICI *l. c.* quæ alibi legere non memini. *Ipſe Rex* (Waldemarus), *amiſſo vno oculo, extra ſenſum percuſſus fuit: fuiſſetque iterum captus vel occiſus, niſi vnus miles Teutonicus ipſum, tranſuerſum coram ſe in equo poſitum, in Kilonem, per vias occultas fugiens, retuliſſet.* Lubeca iam ante prœlium commiſſum ſe aſſeruerat in libertatem. At Comes Adolfus, poſtquam terras auitas recuperaſſet, dominum agnouit Albertum, eique ſubiecit ſe lege clientelari. Cuius rei indicium eſt, quod diplomatibus poſtea editis, præter Saxoniæ, Angariæ, Weſtphaliæque Ducis titulum, præſcriptum eſt *Domini Nordalbingiæ* nomen. Quale eſt illud ap. PFEFFINGER. iun. *hiſtor Brunſuic. t. 2. p.* 364. In Dn. STAPHORST. *hiſtor. eccleſ. Hamburg. t. 2. p.* 21. commemoratur *Bulla* Alberti Ducis Saxoniæ, Angariæ et Weſtphaliæ et *Domini* Nordalbingiæ, *vocantis illuſtrem Comitem* Holſatiæ *vaſallum ſuum*, data anno MCCXXXVII. Et anno MCCXXXII Albertus noſter confirmauit Comitis Adolfi priuilegium, Prezenſi monaſterio datum, non niſi Cæſaris et Alberti Ducis conſenſu accedente vali-

Alberto dedituri Lauenburgum, Raceburgum et Nordalbingiæ directum dominium.

lam *Osiliensium*. Et ait porro: *obsides quidem præsentis prouinciæ Harrionensis patribus eorum restituimus, volentes in hoc Regem Daciæ libenter honorare, sub hac tamen conditione, quatenus Rigensium viris nihil per hoc imminuatur.* Vnde relictis ibidem obsidibus eiusdem prouinciæ, cum præda nostra reuersi sumus in Liuoniam. Erat autem præda Liuonum magna nimis. Qui speluncas *Harrionensium* subterraneas, ad quas semper confugere solebant, obsidentes, et fumos et ignes in ore speluncarum incendentes, nocte ac die suffumigantes, eos suffocabant omnes, tam viros quam mulieres. Et alios iam exspirantes, alios semiuiuos, alios mortuos, extrahentes de speluncis interfecerunt eos, et captiuos alios duxerunt, et omnem substantiam eorum et pecuniam et vestes et spolia multa tulerunt. Erant autem suffocatorum promiscui sexus ex omnibus speluncis animæ hominum fere mille. Et post hoc reuersi sunt Liuones cum Teutonicis, Deum benedicentes, eo quod etiam superba *Harrionensium* corda ad fidem Christianam humiliauit. 1218.

II. EODEM anno mortuo *Theodorico*, venerabili *Estiensi* Episcopo, qui gladiis impiorum in *Reuelia* iugulatus, in martyrum, vt speramus, consortium transiuit, Antistes Liuonensis *Albertus* in locum ipsius *fratrem suum Hermannum*, non minus venerabilem apud *Bremam sancti Pauli Abbatem* x), substituit, et mittens nuncios

valiturum, apud MOLLER. *histor. Cimbr. part. 4. p. 392. p. 397. §. 8.* Plura huius generis instrumenta allegari possent. Sed nos iam id non agimus. Cum anno MCCXXVIII. Gregorius PP. IX. Fridericum II. Imperatorem diris deuouisset, aliumque Principem paullo post dispiceret, qui sacri Romani Imperii fasces vellet capessere; totus cohorruit Albertus, præsertim cum Otto Cardinalis de Carcere Tulliano, Sedis Apostolicæ Legatus, qui Haquinum Norwegiæ Regem frustra sollicitauerat, in Saxoniam veniret, et *super hoc consilium expeteret Ottonis, dicti, Ducis de Lunimburg.* GODEFRIDVS COLON. *ad annum* MCCXXVIII. Licet enim hic *contra Imperatorem renueret aliquid attentare;* quod ipsi postea in diplomate Ducali anni MCCXXXV. pro merito computatum fuit; nihilominus cum idem Legatus Comitia Herbipolim indixisset in annum MCCXXXI. Albertus cum fratre omnem lapidem mouit, vt conuentum istum impediret, veritus, ne Otto Rex eligeretur. ALBERICVS *ad annum* MCCXXXXI. *p. 577.* Superest epistola tum ad Archiepiscopos et Episcopos data, qua eos a Concilio deterret, obtentu libertatis ecclesiasticæ, ap. ALBERICVM *p. 539.* Quæ tempestas cum consedisset; arctius Henrico Regi adhærere cœpit. Cuius diplomata fere testis omnia subscripsit; etiam vbi filius mandata Parentis transgressus est; præsertim anno MCCXXXIV. V. GODEFRIDVS COLON. *ad h. a.* Secuta cum Ottone reconciliatione, et rebus Friderici per Germaniam nutantibus, animum ad secundas nuptias adiecit, elegitque HELENAM, filiam Ottonis, quæ Hermanno iuniori Thuringiæ Landgrauio, anno MCCXXXXI. defuncto, nupta erat. Quo matrimonio tum potissimum gauisus est, cum Rex Guilielmus Elisabetham duceret, Helenæ sororem, ipseque pater fieret duorum filiorum, Ioannis et Alberti, cum iam de sobole procreanda animum despondisset, successoremque, si absque masculo herede decederet, non in fratris familia, sed inter agnatos quæreret *Brandenburgicos*. Hi enim adiutores erant in Nordalbingia Lauenburgoque acquirendo; non fratris Henrici prosapia. Obsecutus est eius voluntati Rex Guilielmus, et dato diplomate Marchiones Alberti scripsit heredes, Brunsuici anno MCCLII. Dabimus id in appendice documentorum. Reliquum vitæ tempus quiete exegit, nisi quod Episcopi transalbini obedientiam detrectarent, vsque ad annum MCCLX. quo fato functus est. Hæc in gratiam noui Ducatus Saxonici conditoris, Principis in tantum laudandi, in quantum virtus, sapientia, magnanimitas et præclara indoles intelligi potest. Qui tamen fere ignotus longa vrgetur nocte, *caret quia vate sacro.*

Veretur, ne Otto Luneburgicus Friderico II. sufficeretur.

Ducit huius Ottonis filiam.

Successores, si sine mascula prole obiret, esse voluit non Anhaltinos, sed Brandenburgicos Marchiones.

x) En! quartum fratrem Alberti Episcopi, HERMANNVM, sancti Pauli apud Bremenses Abbatem Ordinis sancti Benedicti. De cuius monasterii fundatione, primoque Abbate Bertoldo, consulendus MVSHARDVS

1218. cios per *Curoniam* et in *Samlandiam Pruſſiæ* in *Teutoniam*, factum hoc ei ſignificauit. Vnde ipſe ad Archiepiſcopum *Magdeburgenſem* accedens, ab eo conſecratus eſt Epiſcopus in *Eſtoniam*. Quo audito, *Rex Daciæ* iter ipſius in Liuoniam ad aliquot annos impediuit. Qua de cauſa idem Epiſcopus ad Regem veniens, Epiſcopatum ab eo cupiuit recipiendum, et ei viciſſim fideliter adhærendum promiſit.

ALBERTI EPISCOPI ANNVS XXII. CHRISTI MCCXIX - MCCXX.

1. *Præconet, in Wironiam miſſi, turbantur a Danis, totam Eſtoniam ſibi vindicantibus.*
2. *Albertus Epiſcopus prouocat ad Curiam Romanam.*
3. *Suecorum infauſtus acceſſus in Wykiam ſeu prouinciam Lealenſem.*
4. *Albertus Ep. a Papa et Imperatore deſtitutus, confugit in clientelam Regis Daniæ.*
5. *Henrici ſacerdotis in baptizandis infidelibus ſolertia.*
6. *Vngannenſium expeditio contra Ruthenos in Ingria* MCCXX.

1219. 1. ANNVS biſdecimus Antiſtitis atque ſecundus iam fuit, et modicum Liuonum terra quieuit. Idem Antiſtes, prædicatores in *Eſtoniam* mittere ſollicitus, cuius inſtantia ſollicitudo ſemper a) omnium Eccleſiarum illum detinuit. Miſit itaque *Alobrandum* ſacerdotem et *Ludowicum* in *Saccalam*. Qui quam plures de *Gerwa* et aliis prouinciis baptizantes, iterum reverſi ſunt in Liuoniam. Et miſſis nunciis in *Ruſſiam*, Epiſcopus verbis

de Nobil. Bremenſ. p. 41. ſeq. Ex hoc fonte profluxit forte error eorum, qui Bertoldum, Liuoniæ ſecundum Epiſcopum, huius monaſterii Abbatem fuiſſe tradiderunt. Ceterum hæc inſtitutio quaſi poſſeſſionis retinendæ cauſſa, et ſaltem ad honores facta videtur. Dani enim *Weſſelinum* Eſtoniæ præfecerant Epiſcopum *n.* 2. ALBERTVS STADENSIS *ad annum* MCCXVIII. concinit cum Noſtro: *Thiderico*, inquiens, *Eſtonienſi Epiſcopo, a paganis occiſo, Hermannus, ſancti Pauli in Brema Abbas, in Epiſcopatum ſubſtituitur* LEALENSEM. Recte ait *Lealenſem*. Placuit enim paullatim ſingulis Eſtoniæ provinciis ſingulos dare Epiſcopos. Vnde ne Danis ægre faceret Albertus, qui Reualiam poſſidebant; fratri *Maritimum* aſſignauit, in qua *Leale* ſitum. Lumen hic nobis accendit, a quo non ſperaueram, ALBERICVS; licet loco alieno. Nam *ad annum* MCCXV. *p. 486.* hæc habet: quæ, quia vitioſe ſunt edita, tranſcribimus e Codice membranaceo MS. *In partibus Liuoniæ martyrizatus eſt Dominus* THEODORICVS, *primus Epiſcopus Eſtoniæ*. Si Fulconem exceperis, tempore Alexandri PP. III. circa annum MCLXXIX. in Eſtoniam ſiue miſſum, ſiue deſtinatum; titulo ſane potitum. *Cui ſucceſſerunt duo: Magiſter* HERMANNVS, *primus Epiſcopus Ogoniæ:* Noſtro Vngannіæ h. e. Dorpatenſis. Dorpatum enim a Lealenſi ſede tranſlatum deinde videbimus: *et* GODEFRIDVS, *Prior de Porta, Epiſcopus circa Maritima et Oſilie inſule;* Hermanno quippe Lealenſi ſubſtitutus. *Poſtea additi:* immo iuncti: *ſunt duo: ſcilicet* WESCELO: Noſtro Weſſelinus: *Epiſcopus Rivalie, et vnus de Dacia,* OSTRADVS, *Epiſcopus Wironiæ.* Vbi notandum, Reualienſem et Wironienſem ſubiectos fuiſſe Archiepiſcopo Lundenſi, quippe a Danis inſtitutos. *V. ad annum* MCCXIX. *n. 2. fin.* Weſſelinus Reualiæ ſucceſſorem habuit *Torchillum*, et inter Wironiæ Epiſcopos, Oſtradi ſucceſſores, noui quemdam *Theodoricum*, qui Mindæ et Hildenſemii vixit, et cuius vidi Teſtamentum. Sed quia hæc ad eos annos pertinent, quos Noſter non attingit; nolo hic extra oleas vagari.

a) Aliquid omiſſum videtur, ſimulque mutatum. Aut enim: *Cuius inſtantia plus quam ſollicitudo omnium eccleſiarum illum ſemper detinuit* legendum eſt; aut: *Cuius inſtantia et ſollicitudo ſuper omnium eccleſiarum* ſc. ſollicitudinem *illum detinuit.*

verbis pacificis cum *Nogardenſibus* locutus eſt. Interimque ſacer- 1219.
dotes alios in Eſtoniam mittere non diſtulit. Quorum erat primus *Petrus Kakenwaldus de Vinlandia*, et *Heinricus*, Letthorum miniſter de *Vmera*, qui ſimul abeuntes in *Eſtoniam*, pertranſierunt *Vnganniam*, iam ante baptizatam, donec ad flumen, quod *mater aquarum* dicitur, apud *Tarbeten* peruenirent. Et incipientes a flumine doctrinæ Chriſtianæ ſemina ſpargere, villas circumiacentes ſacro regenerationis fonte rigabant. Et in *Lonecotte*, ſimul et in aliis villis, ſacri baptiſmatis myſteriis celebratis, proceſſerunt in *Sadegerwe*, conuocatiſque populis, ibidem circiter trecentos baptizauerunt. Poſtea ad alias villas circumeuntes ſimiliter faciebant. Et venerunt in *Waygam* et *Hyembe* illius terræ locis, ſacris myſteriis imbuentes, baptizauerunt omnes, et tandem in *Riole*, quod erat extremum caſtellum eorum, conuocatis hominibus, doctrinam eis Euangelicam tradiderunt. Et baptizatis ibidem promiſcui ſexus quingentis aut circiter, in *Wironiam* proceſſerunt. Et receperunt eos *Wirones* de prima prouincia, quæ *Pudymen* vocatur, et baptizati ſunt omnes ab eis de quatuordecim villis vna cum *Tabellino*, Seniore ipſorum, qui poſtea a *Danis* ſuſpenſus eſt, eo quod baptiſmum Rigenſium acceperat, et filium ſuum Fratribus Militiæ obſidem poſuerat. Ceteri vero *Wironenſes* de prouinciis aliis, propter comminationem Danorum, *Rigenſium*, ſacerdotes recipere non audentes, *Danos*, vtpote ſibi vicinos, ad ſe vocauerunt, et baptiſati ſunt ab eis. Credebant itaque *Wirones*, vnum Deum eſſe Chriſtianorum, tam Danorum, quam Teutonicorum, et vnam fidem, vnum baptiſma, et nullam inde diſcordiam prouenire putantes, *Danorum* ſibi vicinorum baptiſmum indifferenter accipiebant. *Rigenſes* autem *Wironiam* ſuam eſſe, tamquam a ſuis ad fidem Chriſtianam ſubiugatam, allegantes, ſacerdotes prædictos ad ipſam baptizandam tranſmiſerunt.

2. SED *Dani*, ipſam terram ſibi vicinam præoccupare cupientes, ſacerdotes ſuos, quaſi in meſſem alienam, miſerunt. Qui baptizantes villas quaſdam, et ad alias ſuos mittentes, ad quas ipſi venire tam ſubito non potuerunt, et *cruces magnas ligneas* in omnibus villis fieri præcipientes, et aquam benedictam per manus ruſticorum mittentes, et mulieres et paruulos aſpergere iubentes, ſacerdotes *Rigenſes* taliter præuenire conabantur, et hoc modo totam terram ad manus Regis *Danorum* præoccupare ſtudebant. Quod intelligentes *Petrus* et *Heinricus*, in *Gerwam* abierunt, et baptizatis ibidem in primis villis quam plurimis hominibus, audiuerunt *Woltherum*, ſacerdotem *Danorum*, illuc veniſſe. Vnde occurrerunt ei, dicentes, terram ipſam in *Rigenſium* eſſe poteſtate, et vineam ipſam per vexillum beatæ Mariæ Virginis, ſtudio peregrinorum et Rigenſium labore, plantatam affirmauerunt. Poſt hoc abeuntes in caſtrum *Danorum* cum ipſo ſacerdote, coram venerabili Archiepiſcopo *Andrea* Lundenſi idem referebant. Sed Archiepiſcopus idem totam *Eſtoniam*, ſiue a *Rigenſibus* expugnatam, ſiue

1219. nondum adhuc ſubiugatam, Regis *Daciæ* eſſe dicebat, a *Rigenſibus Epiſcopis*, propter collata auxilia in *Eſtones* feroces, ſibi conceſſam, miſſiſque nunciis in *Rigam*, ne racemos dependentes colligerent, mandauit, nec ſacerdotes ſuos in angulos Eſtoniæ ad prædicandum mitterent. Cui reſcripſit *Rigenſis* Epiſcopus, venerabilis ſenex *Albertus:* Vineam ipſam *Eſtienſis* Eccleſiæ pluribus annis ante tempora *Danorum* a ſuis iam dudum plantatam, ſanguine multorum Teutonicorum, et bellorum incommodis multis, excultam, ſacerdoteſque ſuos non in angulis *Eſtoniæ*, ſed in media *Gerwa*, et in *Wironia*, et vſque in faciem ipſius Archiepiſcopi comparuiſſe. Quo cognito, Rex *Daciæ* contra Epiſcopum *Rigenſem* quodammodo commotus, ad præſentiam tamen ſuam ipſum cum Fratribus Militiæ vocauit. Quo non veniente, ſed ad Summum Pontificem pro eadem cauſa *Romam* properante, Fratres Militiæ, *Rodolphus* de *Wenden*, cum ceteris, venerunt ad Regem. Et dedit eis Rex *Saccalam* et *Vnganniam*, iam dudum a *Rigenſibus* ſubiugatam et baptizatam, cum adiacentibus prouinciis, pro ſua tertia parte Eſtoniæ, excluſo Liuonienſi Epiſcopo cum *fratre ſuo, Hermanno*, nouiter conſecrato. Et peruenit in *Rigam* verbum hoc, et grauiter accepit hoc *Bernhardus* b) Epiſcopus cum ceteris Rigenſibus, et conuenerunt cum Fratribus Militiæ, ſtatuentes amice trifariam Eſtoniæ diuiſionem, et Epiſcopis, c) ſicut hactenus, ſic et deinceps, ſuas partes attribuentes, Fratribus ſuam tertiam reliquerunt. Iam quoque, poſtquam *Reualienſem* prouinciam totam baptizauerant, miſerunt ſacerdotes ſuos ad *Harrionenſes*, et, baptizatis illis, incitauerunt eos, vt irent ad *Gerwanenſes* cum exercitu, quatenus timore illo correpti a dominio *Rigenſium* recederent, et ipſorum dominium et baptiſmum reciperent. Et ibant *Harrionenſes* in ipſam terram *Gerwanenſium* æſtate eadem nouem vicibus cum exercitibus ſuis, deſpoliantes eos, et occidentes quam plures ex eis, et captiuantes, vt etiam ipſum ſacerdotem *Danorum* inter alios vulnerando ferirent, donec tandem plurimi eorum dominium ac baptiſmum *Danorum* elegerunt. Similiter et *Wirones*, a *Rigenſibus* primitus expugnati, comminatione *Danorum* exterriti, verbum eorum atque dominium acceperunt. Vnde Archiepiſcopus Epiſcopum nouum in *Wironiam* et *Gerwam* conſecrauit, *Reuelenſi* Epiſcopo prouincias *Harrionenſes* attribuens.

3. INTERIM *Rex Sueciæ Iohannes* d), cum Duce ſuo *Karolo*

b) Bernardus, Semigallenſis Epiſcopus, Rigæ functus vice Alberti Epiſcopi, qui Romam iuerat.

c) Rigenſi ſcilicet, eiuſque fratri Hermanno, Epiſcopo Lealenſi.

d) De hoc Rege ita ERICVS VPSALIENSIS *lib. 3. p. 105.* *Anno Domini* MCCXIX. *electus eſt in Regem Iohannes, filius Suerkeri Regis, in ſua pueritia, et dicebatur* IOHAN VNGE: *item* IOHANNES FIVS. *Qui tribus tantum annis portauit nomen regium, et morte naturali finiuit vitam in Wiſingzö, ſepulteſque eſt in Aluaſtra anno Domini* MCCXXII. His ſimilia habet IOHANNES MAGNVS *Hiſtor. Suec. lib. 19. c. 13.* Ignorant autem hanc Regis expeditionem veteres Suecorum Hiſtorici, ſi, quos habent, *veteres* ſunt appellandi. Subiungit IO. MESSENIVS *Scondiæ Illuſtratæ Tomo XIII.* Catalogum *omnium Auctorum, tam priſcorum, quam neotericorum; externorum et internorum, qui Scondicas hactenus ſcripſerunt Hiſtorias; totas vel*

rolo e) et Episcopis ſuis, collecto exercitu magno, venit in *Rotaliam* f), cupiens aliquas partes in *Eſtonia* ac dominatum adipiſci. Et reſedit in caſtro *Lealenſi*, ad quod erat Epiſcopus *Hermannus*, frater Epiſcopi Liuonienſis, a Domino *Papa* confirmatus, eo quod eadem prouincia fuerat quondam a *Rigenſibus* expugnata, et fidei rudimentis initiata. Et intrauerunt *Sweci* per prouinciam, docentes et baptizantes ex eis, et eccleſias ædificantes. Et peruenerunt ad *Danos* in *Reuele*, colloquentes cum eis. Miſerunt quoque *Rigenſes* nuncios ad ipſos, dicentes, ipſas prouincias a ſuis ad fidem Chriſtianam ſubiugatas, munientes etiam ipſos, ne doloſis verbis *Eſtonum* perfidorum nimium confidentes, minorem circa ſe cuſtodiam 1219.

vel earum partes; ligata vel ſoluta oratione; latine, germanice aut Scondice; Romano vel Rhunico literarum charactere; typis aut calamis ſolum exaratas. In quo, poſt ADAMVM BREMENSEM et SAXONEM GRAMMATICVM, ſaltu fertur in ſeculum XV. LAVRENTIVM ARVSIENSEM nominans, et ERICVM VPSALIENSEM, cuius narrationem de Ioanne Rege modo exhibuimus. Huius ERICI, anno MCCCCLXXXVI. defuncti, epitaphium cum deſcripſiſſet IO. SCHEFFERVS *Vpſal. antiq. c. 13. p. 228.* ſubiicit: *Eſt hic auctor Hiſtoriæ, a Meſſenio Stocholmiæ primum — anno* MDCXV. (qua editione adhuc vſi ſumus) *ac ante paucos annos a — meo ſocero, Iohanne Loccenio, demo publicatæ, qua bohemus nihil in hoc genere, quod quidem exſtet publice ac in Suecia conſcriptum quondam fit, vetuſtius aut melius.* Ipſe Academiæ Vpſalienſis Bibliothecarius, Dn. ERICVS BENZELIVS *Monument. Sueo — Goth. Prolegom. p. 2.* cum Vitam Sifridi Confeſſoris ex nonnullis indiciis circa annum MCCV. ſcriptam deprehendere ſibi viſus eſt, de quibus iam non iudicamus: aſſeuerat, ſibi, *in ætates Scriptorum patriæ, qui vel prodierunt, vel in MSS. bibliothecarum latent, non ſegniter inquirenti, huc uſque nullum indigenarum, qui latine ſcripſerit; hoc ipſo vetuſtiorem obuerſatum eſſe.* Quod licet in ſpeciem impugnare videatur SCHEFFERI ſententiam; vetuſtiſſimum tamen in Suecia *Legendarum* ſcriptorem dumtaxat in ſcenam producit, cum SCHEFFERVS de *Hiſtoricis* ſentiat. Neque diſſentit IO. MESSENIVS *Scondiæ Tom. XII. p. 113.* vſum ſe in hoc bello enarrando BALTHASARIS RVSSOVII Chronico Liuoniæ, quia, quæ ipſa MESSENII verba ſunt, *nec vllus Chronographorum noſtrorum hanc Iohannis militiam vſque perſpicuo hactenus manifeſtauit eloquio.* Manifeſtum et perſpicuum eloquium Hiſtoricorum dum deſideret, concedit, Vitarum Scriptores Sanctorum Sueciæ non nihil balbutiſſe. In anno tamen et ipſe ſiſtitur *Tom. II. p. 24.* vbi de rebus anni MCCXVIII. agit, et hæc habet, quæ ſatis concinna ſunt: *Interim Iohannes, Sueonum Rex, crebro laceſſitus Eſtonum incurſione, ſicut etiam Chriſtianæ religionis et Sueticæ dominationis propagandæ ſtimulatus amore, modo Liuoniam impugnauit, et Vichenſibus ſubactis, Lealenſem abſentis Hermanni Præſulis arcem, violenter occupatam, ſuo milite firmauit, huicque ſubiugatæ regionis defenſionem; aſt Carolo, Lincopenſium Epiſcopo, illic cum pluribus ſacerdotibus præſenti, comuerſionem gentilium commendauit, et victor domum veliſicauit.* Maius lumen, vti hiſtoriæ vniuerſæ, ita quoque huius Iohannis rebus, Suecis ipſis parum cognitis, affundunt Epiſtolæ Pontificum: quæ ſi exſtarent omnes, nihil foret fere, quod in hiſtoria medii ævi omnium regnorum deſideraret, quia omnia fere pependerunt e nutu Pontificum, qua Iudicum vel Arbitrorum. Litigioſam Iohannis ſucceſſionem fuiſſe oſtendit Honorii PP. III. mandatum ad Epiſcopos Lubecenſem, Suerinenſem et Raceburgenſem, vt Vpſalienſem Archiepiſcopum, ſi regia inunctione Iohannem conſecraſſet, ad dicendam cauſam Romano Pontifici ſe ſiſtere iuberent, diſſentientes principes conciliare niterentur, et ſi rei euentus ex ſententia non proceſſiſſet, de re tota confectis publicis actis ſedem apoſtolicam inſtruerent. RAYNALD. *ad an.* MCCXIX. *n. 30.* Qui *ad annum* MCCXX. *n. 36.* porro narrat, quomodo Pontifex Iohannem iam in ſolio confirmatum monuerit, ne res eccleſiæ occuparet, neue Epiſcopos adulterinos intruderet.

e) Karolus ille Dux fuit Oſtrogothiæ, frater natu minor Birgeri eius, quem anno MCCII. obiiſſe diximus *ad Geſta* MEINARDI; filius Benedicti, itidem Oſtrogothiæ Ducis; cuius Benedicti pater Fulco, regalibus Ingegerdis nuptiis honoratus, ſuper cæteras Sueciæ nobiles familias caput efferre cœpit. Ducem ſuum, ſcilicet Ioannis Regis, Karolum vocat Noſter, qua Regis Tutor fuit, et pro eo Regnum adminiſtrauit. IOHANNES MAGNVS *hiſtor. Suec. lib. 19. c. 13.* diſerte ait, Regem *ſub tutoribus egiſſe*, Karoloque Olaum, Vpſalienſem Archiepiſcopum, adiunxit.

f) De *Rotalia* vide, quæ diximus *ad annum* MCCXIII. *not. b).*

1219. diam adhiberent. Rex autem idem, locatis in caſtro viris ſuis, ſcilicet Lealenſi g), cum duce *Karolo* et Epiſcopo h), reuerſus eſt in *Sueciam*. Et cum eſſet eis ex altera parte Liuonia, et ex altera parte *Dani*, ipſi quoque in medio conſtituti, minorem de paganis timorem habere cœperunt. Et factum eſt in vno dierum, apparente primo diei diluculo, venerunt *Oſilienſes* de mari cum exercitu magno, et obſidentes eoſdem *Suecos*, pugnaverunt cum eis; et ignem appoſuerunt ad caſtrum eorum. Et exiverunt *Sweci* ad eos, dimicantes cum eis, et non valuerunt tantæ reſiſtere multitudini. Et ceciderunt *Sweci* interfecti ab eis, et captum eſt caſtrum, et *Dux* cecidit i). Et *Epiſcopus* per ignem et gladium interfectus eſt, et in martyrum conſorcium commigravit k). Et venerunt poſt modum *Dani* colligentes corpora eorum, et cum luctu ſepulturæ tradiderunt. Similiter et *Rigenſes*, audientes

g) Verba: *ſcilicet Lealenſi*; gloſſema ſapiunt, aut ſuo loco non ſunt poſita.

h) Rex, qui cum pluribus Epiſcopis venit, diſcedens vnum reliquit, quem Auctor non nominat. Nominant autem Vitarum Sanctorum Sueciæ Scriptores, VASTOVIVS et IO. MESSENIVS: de quo mox.

i) Clades hæc Suecorum incidit in *annum* ſequentem MCCXX. *Diem* conſeruarunt Chronicon Wadſtenenſe et Chronologia vetus Sueo-Danica apud Dn. BENZEL. *Monument. Sueo-Gotb. part. 1.* ſcilicet *VI. Idus Auguſti*. Karolus Dux propterea non a MESSENIO quidem, ſed tamen a IO. VASTOVIO Sanctis Sueciæ annumeratur. Cuius vitam ſcripturus ille *Vite Aquilonia p. 73.* longiſſime aberrat a ianua, alterius Karoli, Vlphonis filii, qui anno MCCLXIIII. Crucigerorum militiæ ſe adiungens, in prœlio cum Lithuanis commiſſo occubuit, res geſtas commemorans, obſervante Dn. BENZELIO *in not. p. 58*. Bene meritus eſt Dn. BENZELIVS de re literaria atque hiſtorica, quod IO. VASTOVII Vitem Aquiloniam, Coloniæ Agrippinæ anno MDCXXIII. editam, ſed tantæ raritatis, vt iam Claudii Arrhenii tempore in paucorum fuerit manibus, Vpſaliæ anno MDCCVIII. recuſam, notis quibuſdam, potiores VASTOVII lapſus indicantibus, inſtruxit: amplius meriturus, ſi literas Regum, bullas Pontificum, et reliquorum inſtrumentorum, quæ totius Sueciæ ſunt antiquiſſima, apparatum, quem VASTOVIVS vndiquaque congeſſerat, et quo Colonienſis editio nitet, hoc eſt, nervos atque artus libro in hac iterata editione incidendos non putaſſet, CLAVDII ARRHENII et IO. PERINGSKIÖLDII, qui tum *Bullarium Romanum Sueo-Gothicum*, et neſcio quid aliud meditabantur, propoſito deterritus. Quamquam huic malo remedium aliquod attulit idem Arrhenius, vel, ſi mauis, Oernhiälm, quod aliquam horum diplomatum partem tranſtulit in Hiſtoriæ Sueciæ librum quartum, quo res ſeculi XII. perſecutus eſt.

k) Epiſcopus is Lincopenſis fuit, Karolus; Karoli Ducis ex fratre Magno nepos. Huius vita itidem legitur in *Vite Aquilonia p. 73.* ſed ita, vt intra paucorum verborum conſiſtat numerum. IO. MESSENIVS *Chron. Epiſcoporum Lincopenſium p. 56.* hæc de eo habet: *Carolus, ſereniſſimi Ducis Birgeri Ierl germanus, et iuſtitiæ patronus ſingularis, approbatione eiuſdem Pontificis Auſonii* (Honorii PP. III.) *tempore Iohannis primi, Sueciæ clementiſſimi Regis, pedum nactus Lincopenſe, deinde, ſociis nonnullis aliis Præfulibus, cum patruo ſuo, Duce Carolo, in Ruſſiam* (in Eſtoniam dicendum fuerat) *Chriſtianæ religionis propagandæ gratia perrexit, vbi a furioſa Ruthenorum* (Eſtonum) *gente in Recalom* (Rotalia) *anno* MCCXX. *cæſus, glorioſe occubuit*. Quæ deinceps *Scond. Tom. XII. p. 113.* emendauit Caroli huius frater cum fuerit Birger Ierl II. annum MCCXX. Birgeri Ducis effigiei, in arce Tawaſthuſana Finlandienſi viſendæ, perperam adſcripſerunt ii, qui *Sueciam antiquam et hodiernam* elegantiſſimis imaginibus regalique ſumtu ære expreſſam dederunt. Quod opus nuper curante Celeberrimo Dn. de MEIERN, Collega coniunctiſſimo, in Regis Bibliothecam commeauit. Birgerus enim ille ante annum MCCXXXXVIII. ad rempublicam non acceſſit, quo Ierl creatus eſt, et ſurrogatus in ea dignitate Vlphoni petrueli, hoc tempore fatis abſumpto: hallucinantibus plurimum, qui Birgero I. anno MCCII. defuncto hunc ſucceſſiſſe contendunt. Sane Birgerus ille non niſi extremis Erici Regis annis exercitum in Tawaſtiam duxit, ibique Tawaſtaburgum victoriæ monumentum condidit anno MCCL. V. ERICVS VPSAL. *lib. 3. p. 109.* IO. MESSEN. *Tom. 12. p. 117.* Vnde monumento illi Birgeriano annus MCCL. erit adſcribendus. Vt autem cognatio horum Karolorum inter ſe et cum Birgero II.

tes interfectionem eorum, luctum ſuper eos cum gemitu diebus 1219.
multis habuerunt. Erant autem interfectorum fere quingenti: quorum pauci per fugam euaſerunt, et in *Danorum* caſtrum l) pervenerunt. Ceteri omnes in ore gladii corruerunt: quorum memoria in benedictione, et animæ eorum requieſcant in Chriſto.

4. EPISCOPVS vero Liuonienſis mare tranſiens, venit in *Lubecam*, et, cognitis inſidiis Regis *Daciæ*, fidelium ſuorum amicorum auxilio, clam exiuit de ciuitate m). Et cum feſtinatione venit in Curiam Romanam ad Summum Pontificem *Honorium* III. Qui miſericorditer et paterne ſuas exaudiuit petitiones. Miſitque Rex *Daciæ* nuncios ſuos contra eum, qui non modicum negotium Eccleſiæ Liuonienſis in curia Romana diſturbabant, et ſibi minus modico proficiebant n). Et abiit Epiſcopus Liuonienſis ad Imperatorem *Fridericum*, tunc nouiter ad Imperium ſublimatum, quærens ab eo conſilium et auxilium, tam contra Reges *Daciæ*, quam *Ruthenorum*, et paganorum, aliorumque importunam infeſtationem. Eo quod Liuonia cum prouinciis omnibus ſubiugatis ad *Imperium* ſemper haberet reſpectum o). Imperator vero diuerſis et altis imperii negotiis occupatus, modicam Epiſcopo conſolationem impendit. qui ſe terram ſanctam *Hieroſolymitanam* defenſurum promiſit, et exinde ſollicitus auxilium Epiſcopo ſubtraxit p), monens eum tamen et docens, verbum pacis et amicitiæ tam cum *Danis*, quam

ro II. Duce lectori ad oculum pateat; ſchema genealogicum ſubnectimus.

Folcho, Dux Sueciæ.
Coniux: Ingegerdis, Canuti Regis Daniæ filia.

Benedictus, Dux Oſtrogothiæ.

Birger Ierl I. Dux Oſtrogothiæ. † MCCII.	Karolus, Oſtrogothiæ Dux. † MCCXX.	Magnus Minniſkiöld, † - - - -

Karolus, Epiſcopus Lincopenſis. † MCCXX.	Birger Ierl II. Coniux: Ingeburgis, ſoror Erici Blaſi Regis Sueciæ.

Waldemarus Rex Sueciæ.	Magnus Rex	Ericus Dux.	Benedictus Ep. Lincopenſis.	Ingeburgis et aliæ filiæ.

l) Danorum caſtrum olim Lyndaniſſe; nunc Reualia. Ruſſis *Koliuan* audit, et Eſtonibus *Talin* h. e. *Danilin*, Danorum vrbs. Vnde inuenio: *Talin Eeſti-ma pea-lin.* i. e. *Reualia, Eſtonicæ terræ caput vrbium* ſeu metropolis.

m) Lubeca enim cum tota Nordalbingia in Danorum poteſtate fuit vſque ad Waldemari II. carcerem, et prœlium Bornhouedenſe, quo anno MCCXXVII. Danorum res in Germania eucrſæ ſunt penitus.

n) Aulam Romanam in cauſa contra Waldemarum II. propterea minus fauentem habuit Albertus Epiſcopus, quod iſte ſe regnumque Sedi Apoſtolicæ fecerit vectigale: vt habet Reſcriptum Honorii PP. III. ad Engelbertum Colon. Archiepiſcopum ap. RAYNALDVM *ad annum* MCCXXIII. *p. 301.* Archiepiſcopalem ſeu potius Metropolitani per omnem Liuoniam dignitatem ambiuit proprie Albertus: qua impetrata, de ſubiectione Epiſcoporum eius partis Eſtoniæ, quam Dani occupauerant et occupaturi eſſent, dubitare non poterat. At Pontifex ei hoc roganti morem haud geſſit, cum nondum id e re Liuonienſis eccleſiæ eſſe videretur, obſeruante RAYNALDO *ad annum* MCCXIX. *n. 31.* re autem vera, ne Danorum Regem offenderet. Nouas tamen eccleſias Cathedrales per Liuoniam condendi, et Epiſcopos eis præficiendi, poteſtatem Alberto Pontifex iam dederat anno MCCXVII. teſte eodem *ad b. a. n. 45.*

o) Atqui huic fides erat facienda per teſtes vel diplomata impetratæ olim ab Philippo Rege atque ab Imperio Liuoniæ.

p) Fridericus II. Imp. nec ipſe moleſtus eſſe voluit Waldemaro, cuius opera vſus erat in minuenda Welforum potentia, et Nordalbingia ipſis eripienda: cuius ceſſionem a Friderico factam Waldemaro non Danorum ſolum Annales iactitant; ſed et IO. MESSENIVS *Scond. T. 2. p. 23. ad annum* MCCXIV. propugnat.

1219. quam cum *Rutbenis* habere, donec nouellæ plantationi firmum poſtmodum ſuperædificaretur ædificium. Cumque nullum Epiſcopus perciperet ſolatium tam a ſummo pontifice, quam ab Imperatore; rediit in *Teutoniam*. Et viſum eſt ei, bonorum virorum conſilio, Regem *Daciæ* potius adire, quam Liuonum Eccleſiam periclitari. Prohibebat enim Rex *Daciæ Lubicenſibus*, ſubditis ſuis, naues peregrinis in Liuoniam præſtare, donec Epiſcopum ad ſuum emolliret conſenſum. Vnde tandem idem venerabilis Antiſtes, cum fratre ſuo *Hermanno* Epiſcopo, Regem *Daciæ* præfatum adiit, et tam Liuoniam quam Eſtoniam in poteſtatem ipſius commiſit, ita tamen, ſi Prælati conuentuum ſuorum, nec non et viri ſui, et *Rigenſes* omnes cum Liuonibus et Letthis in hanc formam conſenſum ſuum præberent q). Et mortua eſt eodem tempore *Regina* r), vxor videlicet Regis *Daciæ*, in partu. Et ait quiſpiam, nouellam Eccleſiam, tunc in poteſtatem Regis ipſius traditam, quæ paritura erat quotidie prolem ſpiritualem, temporibus ſui principatus indubitanter periclitandam. Et vera retulit ille; ſicut infra patebit.

5. MEDIO tempore litigantibus aliis pro terrarum dominatibus, abiit iterum Letthorum de *Ymera* ſacerdos in *Eſtoniam*, aſſumpto ſecum alio ſacerdote *Theodorico*, tunc nouiter ordinato, et pertranſeuntes *Saccalam* venerunt ad *Palam*, et incipientes ab eodem flumine prouinciam vicinam, quæ *Wormegunda* vocatur, ſacri baptiſmatis fonte rigabant, per ſingulas villas maiorem moram facientes, populum conuocantes, doctrinam Euangelicam eis tradiderunt. Et per ſeptem dies circumeuntes, ſingulis diebus trecentos aut quadringentos promiſcui ſexus baptizauerunt. Poſt hoc in *Gerwam* abierunt, et prouinciam extremam verſus *Wironiam*, quæ *Lappegunda* vocatur, nondum baptizatam, adeuntes, in ſingulis villis maioribus ſacri baptiſmatis myſterium celebrabant, donec ad villam, quæ *Kettis* vocatur, venirent, et idem faciebant ibidem. Vbi poſtea *Dani* Eccleſiam ædificauerunt, ſicut et in aliis pluribus villis a nobis baptizatis fecerunt. Tandem villam, quæ *Reynenen* vocatur, attingentes, ad conuocandum populum de villis aliis miſerunt. Et ait ruſticus, qui fuit Senior eorum: *Iam omnes baptizati ſumus.* Et requirentibus illis, *cuius baptiſmate baptizati eſſent?* Reſpondit ille: *Cum eſſemus in villa Solgeſim, quando ſacerdos Danorum ibi baptiſmi ſui tractauit ſacramenta, baptizauit viros quoſdam ex noſtris, et dedit nobis aquam ſanctam, et reuerſi ſumus ad proprias villas, et cum eadem aqua aſperſimus vnuſquiſque noſtram familiam, vxores et paruulos, et nobis vltra quem faciemus s)? Cum enim ſemel baptizati ſumus, vos vltra non recipiemus.* Quo audito, ſacerdotes, modicum ſubridentes, et excuſſo puluere pedum

q) Fratrum Militiæ Chriſti hic nulla mentio, quod hi antea, inſcio Epiſcopo, ſeparatam pacem et diuiſionem feciſſent cum Danis,

r) Reginæ nomen fuit *Berengaria*. CHRON. SIALAND. *p. 54.*

s) Legendum puto: *Et nobis vltra quid facietis?* Quid nobis præterea, vt faciamus, præcipietis, cum ſemel baptizati ſimus?

t) Qui

pedum in eos, ad alias villas festinantes, in confinio *Wironiæ* 1219.
tres villas baptizauerunt: vbi erat mons et sylua pulcherrima, in quo dicebant indigenæ magnum Deum *Osilienſium* natum, qui *Tharapita* vocatur, et de loco illo in *Osiliam* volasse t). Et ibat alter sacerdos, succidens imagines et similitudines Deorum suorum ibi factas, et mirabantur pagani, quod sanguis non efflueret, et magis exinde sacerdotibus credebant. Consummato ergo per septem dies baptismate in illa prouincia, reuersi sunt sacerdotes ad aliam prouinciam, quæ *Mocha* vocatur, et similiter ibidem hebdomadam implentes, circumiuerunt ad villas, et quolibet die circiter trecentos aut quadringentos promiscui sexus baptizauerunt, donec etiam omnibus finibus consummato baptismate, paganorum ritus abolerent. Et de prouincia illa procedentes in *Waygam*, inuenerunt in via villas plures, quæ nondum fuerunt ab aliquibus sacerdotibus visitatæ, baptisatisque viris omnibus ibidem et mulieribus et paruulis, circa stagnum *Worzegerwe* euntes, venerunt in *Waygam*, et, cum *Wayga* iam ante fuerit baptizata, redierunt ad prouinciam, quæ *Sogentagana* u) vocatur, et singulas villas visitantes, quæ remanserant ante nondum baptizatæ, videlicet *Ygetenere*, *Welpole*, et *Wasala*, cum pluribus aliis, baptizauerunt omnes viros ac mulieres et paruulos eorum. Et expleta ibidem hebdomada, consummatisque in finibus illis sacri baptismatis mysteriis, gaudentes reuersi sunt ad *Matrem aquarum*, et in vtraque parte fluuii similiter opus pietatis et doctrinæ studium circa non baptizatos adimplentes, tandem redierunt in *Odempe*, vineamque plantatam et sacro fonte rigatam Deo, qui incrementum daturus erat, committentes, reuersi sunt in Liuoniam. Post modicum vero temporis spacium rediit iterum

* * *

Desunt quatuor folia, et in his Gesta anni MCCXX. w).

* * *

et

t) Qui Suecorum et Gothorum Deum *Thor* cunctis gentibus notum cultumque sibi et aliis persuasum eunt; hic *Thorum* quoque deprehendere sibi visi sunt. *Tharapitam* enim audientes, *Thor* Deum ab Estonibus præliaturis in auxilium vocatum statuunt, exclamantibus: *Thoramwita!* h. e. *Thor* adiuta! *Thor* adiuua! Erroris insimulantes, qui putant, Estones Deum quemdam hoc nomine coluisse, quod non sit Dei cuiusdam proprium, sed *Thori* Dei *aduocatio*. At hi refelluntur a Nostro, qui non solum hic, sed etiam infra *ad annum* MCCXXV. vbi de expugnatione Osilienſium agit, Osilienſibus Deum attribuit, quem *Tharapitham* vel *Tharapillam* vocauerint. Ita enim vox scripta est, vt vtroque modo legi possit, dubiusque hæreas, vtra lectio alteri sit præferenda. Si quæris, cuius generis ille Deus fuerit, gentis, a qua cultus est, idioma esse consulendum. Iam cum lingua Estonica *Tbara* locum quemcumque circumseptum, et *Pilla* simiam significet; forsan *Tharapilla* alius non est ab illo Deo, *Hortorum Custode*, cuius *simulacrum* Sueci olim *finxerunt ingenti Priapo*, auctore ADAMO BREMENSI *de situ Dan. n. 92.* Immo et cum *volatu* Nostri adprime consentit, quod idem ADAMVS *l. c. n. 75.* tradit de *volucribus* Estonum Diis: *Dracones*, inquiens, *adorant cum volucribus.* Sed hæc aliorum vberiori disquisitioni sepositu sunto.

u) Alias *Sotagana* vel *Sontagana* vocatur.

w) Ex gestis anni MCCXX. nihil est, quod hic supplere possim, cum nullibi legantur, quæ hoc anno per Liuoniam contigere; si excipias fundationem Piltensis Episcopatus in Curlandia, quam recentiores Scriptores in hæc tempora reiiciunt, et Waldemaro II. Danorum Regi adscribunt: qua fide, incer-

1220. et baliſtis repleuerunt, et propter timorem *Ruthenorum Eſtones* in caſtra compellentes, ſimul cum eis commanſerunt.

6. VNGANNENSES autem circa mediam hyemen cum exercitu ibant in profunditate niuis magna, et prætereuntes *Wironiam*, et tranſeuntes *Narwam*, terram vicinam ſpoliauerunt, et captiuos et ſpolia retulerunt. Quibus reuertentibus, *Saccalanenſes* abierunt eadem via, et tranſeuntes *Narwam*, proceſſerunt via remotiſſima in terram, quæ *Ingaria* vocatur, quæ eſt de regno *Nogardiæ* x). Et inuenerunt terram illam repletam hominibus, et nullis rumoribus præmunitam, et percuſſerunt *Ingaros* illos plaga magna nimis, interficientes viros et populum multum, et plures promiſcui ſexus capientes, et oues et boues et pecora multa mactauerunt, quæ ſecum abducere non potuerunt. Et reuerſi ſunt cum præda magna, et repleta eſt *Eſtonia* et *Liuonia* de captiuis *Ruthenorum*. Et pro malis omnibus, quæ *Rutheni* Liuonibus intulerant, iam duplicia vel triplicia eodem anno receperunt.

ANNVS ALBERTI XXIV. CHRISTI MCCXXI-MCCXXII.

1. *Ruſſi, a Tartaris victi, amiſſis L. Regibus, pacem cum Rigenſibus renouant.*
2. *Dani in Oſilia auxilio Rigenſium caſtrum conſtruunt, et Alberto Epiſcopo Liuoniam permittunt.*
3. *Oſiliani Danos ex caſtro et Inſula expellunt; Theodoricum fratrem Epiſcopi retinent.*
4. *Oſiliani excitant ceteros Eſtienſes ad expellendum Danos e continenti.*
5. *Inſurrectio Eſtienſium contra Fratres Militiæ Vellinenſes.*
6. *Crudele ſupplicium de Aduocato Danico ſumtum.*
7. *Dorpatenſium in Chriſtianos ſæuientium ſors propitia Harriuico ſacerdoti.*
8. *Eſtienſes Ruſſos in auxilium aduocant.*
9. *Fidem Chriſtianam Rigenſibus remittunt, et obſides recipiunt.*
10. *Mercator Teutonicus ab hoſpite ſuo occiditur.*
11. *Reualia ab obſidione liberatur.*
12. *Letti infeſtant Vnganniam.*
13. *Fratres Militiæ, auxilio Epiſcopi, cui tertiam Eſtoniæ confirmant, amiſſa recuperant.*

1221. 1. BISDECIMVS quartus iam Præſulis adfuit annus, et nondum terra tranquilla pace quieuit. Eodem anno fuerunt *Tartari* in terra *Valuorum* a) paganorum, qui *Parthi* a quibuſdam dicuntur, qui panem non comedunt, ſed carnibus crudis pecorum ſuorum veſcuntur. Et pugnaverunt

tum. Certior eſt Honorii PP. III. circa augendum Præconum Verbi numerum cura, cuius indicem epiſtolam damus in appendice documentorum.

x) Ergo *Ingria*, regni veteris *Holmgardici* pars, iam tum Ruſſis paruit, quia Regnum *Nouogardiæ* Regnum Ruthenorum eſt. Quin iidem termini iam tum Ruſſiam ab Eſtonia ſeparārunt, qui poſtea per plura ſecula fuerunt obſeruati; *Narua* ſcilicet cis fluuium, et Iuanogrodum vltra poſitum.

a) Tartarorum nomen hoc tempore primum audiri cœptum eſſe, non ſolum Polonici Scriptores vno ore affirmant; ſed et Noſtri fatentur, vſque adeo, vt CAESARIVS conueniat in ipſo anno. Nam *lib. 10. c. 47.* cum dixiſſet, ſuis temporibus impletum videri, quod Dominus in Euangelio dicit: Surget gens contra gentem etc. inter exempla addit et hoc: *Quædam etiam gens* ANNO PRAETERITO *intrauit regna Rutenorum, et totam ibidem* GENTEM VNAM *deleuit: de qua nobis non conſtat, quæ ſit, vnde venerit, vel quo tendat.* Annus præteritus eſt *annus* MCCXXI. quia *c. 48.* ſequenti ait: *In anno præſenti, qui eſt milleſimus ducenteſimus*

verunt *Tartari* cum eis, et debellauerunt eos, et percuſſerunt 1221.
omnes in ore gladii, et alii fugerunt ad *Ruthenos*, petentes auxilium ab eis. Et peruenit verbum per vniuerſam *Ruſſiam*, vt pugnarent cum *Tartaris*, et exiuerunt Reges de tota *Ruſſia* contra *Tartaros*, et non valuerunt pugnare cum eis, et fugerunt coram eis. Et cecidit Rex magnus *Myſceſlawus de Kyowa* b) cum quadraginta millibus virorum, qui aſtabant ei. Sed et alter Rex *Galaciæ* c) *My-*

centeſimus viceſimus ſecundus ab incarnatione Domini. Quæ illa gens fuerit, de qua Heiſterbacenſi tum nondum conſtiterat, MARTINVS POLONVS explicat *Chronol. Pontif. ſub. Innocentio PP. III.* Gentem autem illam a Tartaris *deletam* Noſter vocat *gentem Valuorum*, more Germanis conſueto, qui populos, quorum linguas non intelligunt, nec certo alio nomine diſtinguere didicerunt, *Valvos*, tanquam homines peregrini oris, olim ſolent appellare. Sic iam ſuo tempore OTTO FRISINGENSIS *Chron. lib. 6. c. 10.* poſt Vngaros, Auares et Peucenos, meminit eorum, qui *Falones* dicuntur, *qui crudis et immundis carnibus, vtpote equinis et catinis, vſque hodie veſcuntur.* Sic ARNOLDVS LVBEC. *lib. 6. c. 5. n. 4.* ſtomachatur, quod Rex Philippus in caſtris habuit *perditiſſimum hominum genus, qui* VALVE *dicuntur*, et *lib. 7. c. 14. n. 1.* quod contraxit *innumerum exercitum de omni Imperio, vbi aderant innumeri de Vngarorum finibus, et auxilia peſſimorum, qui dicuntur* VALVE. Accuſat Arnoldum CRANZIVS *Saxon. lib. 7. c. 16.* quod non addiderit, vnde *Valui* prodierint. Accuſat Cranzium BANGERTVS, quod *Walones* intellexerit: ipſe ſilens. Muti ſunt Gloſſarii Cangiani expolitores, ſola tranſſcriptione verborum Arnoldi acquieſcentes; de ſuo addentes nihil. Videamus itaque num tanti negotii res ſit, ſedes horum *Valuorum* expiſcari. Vngaris vicinas arguit quodammodo ARNOLDVS; prorſus vt *Falones* ſuos Peucenis iunxit OTTO FRISINGENSIS *l. c.* Faciliores inuentu facit Noſter, dum *Valuos* a Tartaris diſtinguit, *paganos* fuiſſe aſſerit, et a quibuſdam *Parthos* vocatos perhibet. Iam vero MECHOVIVS *Sarmat. lib. I. c. 2.* ſcribit, ad litus Ponti Euxini ſeptemtrionale, vbi hodie Tartari Donenſes, Crimmenſes et Precopenſes habitant, paullo ante hæc tempora habitaſſe barbarorum genus, *Polowczi* appellatum, ſed ab ingruentibus ex Oriente Tartaris crebris prœliis ita contritum, vt pederentim exſcinderetur penitus. Elegantiſſima Dni. MVLLERI narratio *de fatis Azoniæ*, quæ ex prælo Petroburgenſi hoc ipſo tempore ad nos defertur, *Polowczorum* non ſolum origines indagat, et monſtrat ſedem; ſed et *Tanenſis* vrbis h. e. *Azoniæ* poſſeſſores fuiſſe oſtendit *p. 41. ſeq.* Porro *Polowczorum* bella cum Ruſſis ſeculo ſuperiori geſta narrat DLVGOSSVS *lib. 3. p. 247. lib. 4. p. 315.* et *lib. 6. p. 599.* Et præſens bellum, de quo Noſter agit, deſcribunt. Idem DLVGOSSVS *lib. 6. p. 612. ſeq.* MECHOVIVS *Chron. Polon. lib. 3. c. 32.* et *de Sarmatia l. c.* At enim vero Rerum Germanicarum Scriptores, qui huius cladis meminerunt, quos Poloni et Ruſſi *Polowczios* vocant, PARTHOS et VALVOS adpellitant. Veluti Anonymus MENCK. *Scriptor. t. 3. p. 122. Temporibus iſtius Imperatoris* (Friderici II.) *quidam exercitus de Aſia exiens, qui iuxta fluuium, qui Thau* (Than, Tanais) *appellatur, habitabant, inuaſerunt* PARTHOS, *quibus Ruteni auxilium ferebant. Commiſerunt cum Tartaris prœlium, et victi ſunt. Conciderunt itaque de Ruthenis et* PARTHIS *ad centum millia hominum.* Chronicon Luneburg. ECCARD. *Scriptor. t. I. p. 1403. ad annum* MCCXXI. *Bi deſſelven Keiſers Tiden vor en Here von Aſia — den quamen de Ruzen to Helpe — Dar ward der Ruzen vnde* VALWEN *geſlagen mer den hundert duſent.* Et *p. 1410. In denſelven Tiden quamen de Tateren met eme treftigen Here in dat Land to Polonen, de darwore badden vorovert* Walwen, *Ruzen vnde mennich Lant.* i. e. *Hoc tempore* ſcilicet anno MCCXXXXII. *Tartari cum magno exercitu Poloniam intrarunt, poſtquam prius expugnaſſent* VALVOS, *Ruſſos et plures prouincias.* Vnde conficitur, VALVOS non alios fuiſſe, quam *Hordarum Tartaricarum* priſtinos habitatores, Slauonice *Poloczios* appellatos: in quibus deſcribendis plane regnat, quam modo laudauimus, Cl. MVLLERI Hiſtoria Azouienſis. Fuerat, cum *Blachos*, de quibus multa habentur in Innocentii PP. III. epiſtolis, ſub hoc nomine latere putarem. Sed cum *Blachos* cum *Bulgaris* conluctos, Innocentiique conatus in vtroque populo ad eccleſiam latinam traducendo animaduerterem; mutata ſententia per *Blachos* Bulgaris vicinos *Walachos* deſignari exiſtimem.

b) Kiouia iam olim Ruthenorum Monarchæ ſedes et caput vrbium fuit. ADAMVS BREMENSIS *lib. 2. c. 13.* cum *Ruſſiæ* meminiſſet, addit: *Cuius metropolis ciuitas eſt* CHIVE, *æmula ſceptri Conſtantinopolitani, clariſſimum decus Græciæ.*

c) MECHOVIVS *Sarmat. lib. 2. c. 1. p. 141.* auctor eſt, tractum *Halicienſem* olim *Galli-*

1221. *Myſceſlaus* per fugam d) euaſit. Et de Regibus aliis ceciderunt in eodem bello circiter quinquaginta. Et perſequuti ſunt eos ſex diebus, et interfecerunt ex eis in toto plures quam centum millia virorum, quorum numerum ſolus Deus nouit; et ceteri fugerunt. Et miſit Rex de *Smolenſko* et Rex de *Ploſcekow*, et quidam alii Reges de *Ruſſia* nuncios ſuos in *Rigam*, petentes ea, quæ pacis ſunt. Et renouata eſt pax per omnia, quæ iam dudum ante facta fuerat.

2. REX quoque *Daciæ*, collecto exercitu magno et valido, cum Comite *Alberto* e) venit in *Oſiliam*, et cœpit ædificare caſtrum lapideum. Et exiuerunt Dani ad pugnandum contra *Oſilianos*, et non valuerunt ſoli. Sed venit eis in auxilium *Comes Albertus* cum ſuis. Et conuertit *Oſilianos* in fugam et interfecerunt plures ex eis, et ceteri omnes fugerunt. Venit quoque venerabilis Rigenſis Epiſcopus cum Magiſtro Militiæ et Fratribus ſuis, et cum Liuonibus quibuſdam, et cum aliis, qui miſſi fuerant a Liuonia ad Regem *Daciæ* in *Oſiliam*. Et gauiſus eſt Rex de aduentu eorum. Et locutus eſt eis ſuper donatione illa, qua donata eſt ei Liuonia. Et non conſenſerunt ei; ſed contradixerunt omnes vnanimiter, prout edocti fuerant a cunctis habitantibus in Liuonia. Et ſupplicabant ei, vt a tali inquietatione Liuoniæ ceſſaret, et terram beatæ Virginis liberam relinqueret. Vnde, habito conſilio prudentum ſuorum, tandem Epiſcopo Liuoniam et omnia Liuoniæ attinentia, cum omni libertate reſtituit. In *Saccala* vero et *Vngannia Regalia* iura Fratribus Militiæ; ſed Epiſcopo *Rigenſi ſpiritualia* cuncta dimiſit, adiiciens, vt ſibi perpetuam fidelitatem præſtarent, et tam contra *Ruthenos*, quam contra paganos, auxilium ſuum non denegarent: Et promiſerunt tam ſibi, quam ſuis fidele ſemper auxilium. f) Vnde et *Theodoricum*, Fratrem Epiſcopi, cum quibuſdam Fratribus Militiæ ad Regis petitionem ibidem in caſtro nouo reliquerunt. Et reuerſi ſunt in Liuoniam. Rex vero conſummato cum feſtinatione muro caſtri, et locatis viris in eo, reuerſus eſt in *Daciam*.

3. OSILIANI vero de omnibus villis ac prouinciis conuenientes, caſtrum ipſum obſederunt, et miſerunt ad *Eſtones* maritimos g), vt veni-

ciam fuiſſe dictum. *Ad montes Sarmaticos*, inquit, *habitat genus Ruthenorum, quibus præſident nobiles Polonorum in Kolomya, in Zidazou, in Sniatin — Sub eiſdem montibus ſunt tractus Halicienſis, olim Galliciæ dictus, et Przemiſſenſis — In medium Ruſſiæ tenendo eſt Leopolienſis terra etc.* V. ſupra *ad annum* MCCXVI. *not. c*)

d) Huius fugam difficilem deſcribit idem MECHOVIVS *Chron. Polon. l.* 3. *c.* 32. vbi *pauore et trepidatione plenum* Halicziam tandem attigiſſe refert.

e) Eſt idem ille Albertus Comes Orlamundenſis, Waldemari ſororis filius, Nordalbingiam pro Rege adminiſtrans: de quo ſupra. Huius expeditionis iteratæ fama ad ALBERTVM STADENSEM pertuenit. Namque *ad annum* MCCXXII. *Rex Danorum*, ſcribit, *Lealenſem terram cum Comite Alberto ingreditur, et fugatis hoſtibus Chriſtiani nominis, vrbem in ea ædificat, quæ non multo poſt deſtruitur a paganis.* At quæ ſequuntur in Noſtro, ſatis indicant, pro *Lealenſem terram*: quod etiam Codex. MS. Helmſtadienſis præfert: ſcribendum fuiſſe *Oſilienſem terram*, vel, quod malim, *Oſiliam inſulam*: quia *terra* continentem vtplurimum ſignificat, et opponitur *inſulis*.

f) Caue putes, Liuoniam hoc pacto Danis obnoxiam factam. Auctor de Saccalenſibus et Vngannenſibus Fratrum Militiæ prædiis dumtaxat loquitur.

g) Maritimi Eſtones ſunt *Warholenſes*, *Rotalienſes*, et cereri omnes, qui Oſiliæ inſulæ ex aduerſo habitant in continenti ad litus maris. V. *ad annum* MCCXXIII. *not. c*),

venirent eis in auxilium. Et quidam ex eis abierunt in *Warbolam*, conſiderantes artem patherelli, ſiue machinæ, quam Dani *Warbolenſibus*, tamquam ſubditis ſuis donauerant. Et reuerſi in *Oſiliam* cœperunt ædificare patherellos et machinas, et docebant alios. Et fecerunt vnuſquiſque ex eis ſuas machinas. Et venerunt ſimul omnes cum decem et ſeptem patherellis, iactantes lapides multos et magnos diebus quinque continue, et non dabant requiem illis, qui erant in caſtro, quia domos et ædificia non habebant, et non erat eis locus neque refugium in caſtro nondum ædificato, et multi læſi ſunt ex eis. Sed ex *Oſilianis* multi a baliſtariis vulnerati ceciderunt. Ipſi tamen nihilominus ab impugnatione caſtri non ceſſauerunt. Poſt multorum itaque dierum pugnam, dixerunt *Oſiliani* ad eos, qui erant in caſtro: *Cum ſciatis, vos in caſtro iſto contra impugnationem noſtram continuam omnino ſaluari non poſſe, ſuademus vobis et rogamus, quatenus, facta pace nobiſcum, ſani et incolumes omnes exeatis, et nobis caſtrum et terram noſtram relinquatis.* Illi autem ſub nudo cælo pugnantes, domibuſque et omnibus indigentiis carentes, formam iſtam pacis receperunt, et exeuntes de caſtro, reſque ſuas ſecum ad naues deducentes, caſtrum et terram *Oſilianis* reliquerunt. *Oſiliani* quoque ſeptem ex *Danis* et *Theodoricum*, fratrem Epiſcopi Rigenſis, obſides ibidem pro pacis confirmatione retinuerunt; reliqui omnes ad *Danos* in *Reualiam* redierunt. 1221.

4. TVNC *Oſiliani* deſtruxerunt caſtrum in circuitu, non relinquentes lapidem ſuper lapidem, et miſerunt verbum iſtud per vniuerſam Liuoniam et Eſtoniam, quod caſtrum Regis *Danorum* expugnauerint, et Chriſtianos de finibus ſuis eiecerint. Et confortauerunt paganos et Eſtones in omnibus prouinciis, vt iugum *Danorum* a ſe vi omni reiicerent, et nomen Chriſtianum, in quo ſubiugati eſſent, de terra, ad recipiendam priſtinam libertatem, delerent, dicentes, facile caſtrum Danorum, *Reuelam*, expugnari poſſe. Et docebant eos machinas et patherellos erigere, et cetera inſtrumenta bellica. Et orta ſunt ingentia mala in terra eorum. Poſtquam igitur *Oſilienſes* cum *Harrionenſibus* conſpirationum ſuarum machinationes peſſimas contra *Danos* et contra nomen Chriſtianum compleuiſſent; congregauerunt ſe ſimul omnes cum maritimis etiam Eſtonibus in caſtro *Warbolenſi*, et interfecerunt quoſdam ex *Danis* et ſacerdotibus ſuis, qui habitauerant cum eis. Et miſerunt nuncios in *Wironiam*, vt ipſi ſimilia facerent. *Wironenſes* vero cum *Gerwanenſibus*, cum ipſi ſint homines ſimplices, et humiliores aliis Eſtonibus, non præſumentes talia committere, conduxerunt ſacerdotes ſuos, et remiſerunt eos ſanos in caſtrum *Danorum*.

5. SACCALANENSES vero, qui ſimul habitabant cum Fratribus Militiæ in caſtro *Viliende*, doloſas cordium ſuorum cogitationes contra eoſdem Fratres iam amplius diſſimulare non valentes, currebant omnes cum gladiis et lanceis et clypeis ſuis, et comprehen-

1221. dentes quoſdam ex Fratribus et ſeruis eorum, et mercatores Teutonicos, interfecerunt eos. Et cum eſſet Dominica quarta poſt Epiphanias, in qua legitur Euangelium: *Aſcendente Iheſu in nauiculam, ecce! motus magnus factus eſt in mari* &c. *Theodorico* ſacerdote Miſſarum ſolennia celebrante, ceteriſque Fratribus in Eccleſia coram aſtantibus, reuera motus magnus factus eſt atque turbatio. Nam occiſis Fratribus et ſeruis et Teutonicis omnibus, qui foris erant in caſtro, congregantur ad Eccleſiam, non orationem ſed ſanguinem fundere quærentes; non Miſſarum ſacramenta deſiderantes, ſed requiem Iheſu Chriſti diſturbare cupientes, ſcilicet Caininam iniquitatem ſecum deferentes. Oſtium itaque Eccleſiæ præoccupant et circumdant; Fratres inermes armis ſuis circumueniunt. Et vt facilius eos euocent, datis in dolo manibus, pacem eis promittunt. Exiit ad eos primus *Mauritius*, qui fuerat Aduocatus eorum, nimium credulus infidelibus: in quem ſtatim irruentes interficiunt. Vnde ceteri, rebus certis territi, ad defendendum ſe præparant; ſed facta mora diutina, tandemque pace iurata, ſigillatim ad eos exeunt. Quos perfidi comprehendentes, ſtatim in compedes et vincula deponunt, et omnem ſubſtantiam eorum et pecunias et equos diripientes, inter ſe diuidunt. Et corpora interfectorum canibus corrodenda per campos ſpargunt, *ponentes*, ſicut ſcriptum eſt, *morticinia ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cæli, carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ; fundentes ſanguinem ipſorum tamquam aquam; et non erat, qui ſepeliret.* Quidam etiam ex eis abierunt ad aliud caſtrum, quod erat ad *Palam*, et ibi ſimilia facere præcipiebant, et in via ſacerdotem ſuum cum aliis interficiebant.

6. POST hoc iidem *Saccalanenſes* abierunt in *Gerwam*, et comprehendentes ibi *Hebbum*, *Danum*, qui erat Aduocatus eorum, cum ceteris Danis reduxerunt eum in caſtrum ſuum, et crudeli martyrio cruciauerunt eum, et alios, dilacerantes viſcera eorum, et extrahentes cor *Hebbi* adhuc viuum de ventre ſuo, et aſſantes ad ignem, et diuidentes inter ſe, comederunt illud, vt fortes contra Chriſtianos efficerentur, et corpora eorum canibus et volatilibus cæli rodenda dederunt.

7. COMPLETO opere tam nephando et ſcelerato ac perfido, Seniores de *Viliende* miſerunt eodem die in *Odempe*, ſuadentes eis, vt et ipſi ſimilia facerent. Et *Tharbatenſibus* gladios ſanguinolentos, quibus *Teutonicos* interfecerant, et equos et veſtes eorum pro ſigno miſerunt. At illi gaudentes omnes verbum iſtud acceperunt, et irruentes in Fratres Militiæ vinculauerunt eos, et *Iohannem*, qui fuerat Aduocatus eorum, interfecerunt, et ſeruos eorum omnes. Et ex mercatoribus quamplures percuſſerunt gladio, et ceteri latitantes euaſerunt, quos poſtmodum in vincula proiecerunt, et omnia bona Fratrum Militiæ et aliorum Teutonicorum et mercatorum rapientes, inter ſe diuiſerunt et corpora occiſorum per campos inhumata reliquerunt, quorum animæ in Chriſto requieſcant in pace. Erat eodem tempore in *Tharbata* cum Fratribus

tribus Militiæ confrater eorum, ſacerdos *Hardwicus*, quem locauerunt ſuper bouem pinguiſſimum, eo quod ipſe æque pinguis fuerat. Et educentes de caſtro, Deorum ſuorum voluntatem ſorte requirebant, quod eorum, videlicet ſacerdotem, an bovem? ad victimam eligerent. Et cecidit ſors ſuper bouem, et immolatus eſt in momento. Sacerdotem vero ſecundum Deorum voluntatem vitæ reſeruauerunt; recepto tamen vulnere magno, quod poſtea ipſi ſanatum fuit. Tunc exiuit verbum per totam *Eſtoniam* et *Oſiliam*, vt pugnarent contra *Danos* et *Teutonicos*. Et eiecerunt nomen Chriſtianum de omnibus finibus ſuis. 1221.

8. RVTHENOS vero tam de *Nogardia*, quam de *Pleſcekowe* ſibi vocauerunt in auxilium, firmantes pacem cum eis, et locantes quoſdam ex eis in *Tharbatam*; quoſdam in *Viliende*, et alios in aliis caſtris, contra Teutonicos et Latinos et omnes Chriſtianos pugnaturos, diuidentes cum eis equos et pecunias, et omnem ſubſtantiam Fratrum Militiæ, nec non et mercatorum, et omnia, quæ rapuerunt; et muniuerunt caſtra ſua firmiſſime. Et ædificauerunt *patherellos* in omnibus caſtris, docentes adinuicem artem baliſtariam, diuidentes baliſtas Fratrum Militiæ quam plurimas inter ſe, quas rapuerant. Et receperunt vxores ſuas, tempore Chriſtianitatis ſuæ dimiſſas, et corpora mortuorum ſuorum, in cœmeteriis ſepulta, de ſepulchris effoderunt, et more paganorum priſtino cremauerunt h), et ſe et domos ſuas et caſtra lauantes aquis, et ſcopis purgantes, taliter baptiſmi ſacramenta de finibus ſuis omnino delere conabantur.

9. ET miſerunt *Saccalanenſes* nuncios in *Rigam*, dicentes, pacis quidem ſe reformationem diligere, ſed numquam deinceps fidem Chriſtianam, donec puer vnius anni vel cubiti remaneret in terra, ſe recepturos. Et requirebant pueros ſuos obſides, promittentes, ſe Fratres Militiæ, quos habebant in vinculis adhuc viuos, pro ſingulis obſidibus ſingulos Fratres et mercatores reſtituere: quod et factum eſt.

FVERAT

h) V. quæ diximus *ad annum* MCCVII. *not. g*). Populorum Septemtrionalium *Sagæ*, lumine chronologico neceſſario deſtitutæ, quia, quæ numquam contigere, nulli tempori adſignari queunt, tempora priſtina tamen ita diſtinguunt, vt primam ætatem dicant, qua mortui omnes combuſti; alteram, qua potentiores omnes tumulis illati; plebs vero poſt mortem ſepulta fuit: obſeruante OLAO VERELIO *ad Hiſtor. Gothrici p. 81.* vbi et hoc addit, vtrumque aliquamdiu coniunctum fuiſſe, ipſamque *cremationem* congerendis tumulis occaſionem dediſſe, cum combuſti cadaueris cineres ingeſta humo et ſaxis contegerentur. Narrat porro, quomodo ipſe ingentem huius generis tumulum adhibitis operis aperuerit, et quid in eo reperierit. Quæ quippe ab hoc loco aliena, tranſcribere ſuperſedemus: vnum adiicere conſenti, loca ea, in quibus *cremationum* indicia hodie reperiuntur, olim habitata hominibus haud fuiſſe; quia *cremationes* fiebant et tumuli congerebantur in locis ſteribus et deſertis, licet nonullibi ad vias publicas. V. Dn. SHMINCKII elegans diſſertatio *de vrnis ſepulchralibus*, qua narrat, quomodo Sereniſſimus Landgrauius Carolus, cum ad eum delatum eſſet, non longe ab Adrana *in agro ſterili*, quem accolæ a vicino vico Maden *die Maderheyde* vocant, multos tumulos conſpici ex ceſpite erectos, illos, ſe præſente, aperiri iuſſerit, et quid in eis repererit. Ceterum in hanc Eſtonum a fide Chriſti defectionem digitum intendere videtur ALBERTVS STADENSIS, *ad annum* MCCXXIIII. ſcribens: *Eſtones fidem catholicam reliquerunt, fœdus incuntes cum barbaris et Ruthenis. Sed vindictam in eos exercuit nouus exercitus peregrinorum.* Id quod contigit paullo poſt in caſtri Dorpatenſis expugnatione.

1221. 10. FVERAT eodem tempore mercator Chriſtianus in domo *Eſtonis* in *Saccala*, et cum omnes Teutonici interficerentur, qui erant in terra, irruit etiam idem *Eſto* ſuper eundem mercatorem, hoſpitem ſuum, et interfecit eum. Quo facto peperit breui poſt tempore vxor occiſoris filium, et habebat idem puer in corpore ſuo vulnera recentia, in omnibus locis, in quibus pater vulnerauerat et necauerat innocentem, et ſimilia per omnia vulneribus interfecti: quæ tunc poſtea ſanata fuerunt, et apparent cicatrices ad hanc horam i). Et videntes multi admirabantur, teſtimonium perhibentes, et vindictam Dei probantes; nam et idem latro ab exercitu Chriſtianorum ſtatim interfectus eſt.

11. TVNC innouata ſunt bella in omnibus finibus *Eſtoniæ*. Nam *Oſiliani* et Maritimi et *Warbolenſes* ſimul cum *Gerwanenſibus* et *Wironenſibus* obſidione longa *Danos* in *Reualia* obſederunt, donec Dominus eos liberauit. Nam fatigati nimis in caſtro diuque Teutonici cum Danis exiuerunt ad eos, inferentes eis bellum, et conuertit Deus Eſtones in fugam, et ceciderunt ex eis multi interfecti a Chriſtianis, et ceteri fugerunt. Et tulerunt Chriſtiani boues et equos eorum, et ſpolia multa, laudantes Dominum, qui de tantis malis etiam hac vice eos liberauit.

12. VIDENTES etiam Letthi omnia mala, quæ cogitabant *Eſtones* aduerſus Liuoniam, cœperunt et ipſi ſtatim mouere bella cum Eſtonibus, et ibat *Rameko* cum ſuis et *Warigerbe* cum aliis Letthis in *Vnganniam*, et deſpoliantes villas, et captiuantes homines et interficientes, ſpolia multa tulerunt. Et illis redeuntibus, alii iterum abierunt, et ſimilia mala fecerunt. Similiter Eſtones, Letthos perſequentes, in Letthiam venerunt, et ſimilia mala commiſerunt.

13. POST hoc etiam Fratres Militiæ abierunt in *Vnganniam*, et villas quaſdam deprædantes et incendentes, *Eſtonibus* ſimilia mala intulerunt, et redeuntes in *Rigam* rogauerunt viros Epiſcopi ſimul et omnes Teutonicos, vt eis auxilium contra ferocitatem *Eſtonum* præberent. At illi omnes vno ore ſimul reſpondebant: *Si voluerit*, inquiunt, *Eccleſiæ beatæ Virginis Mariæ, et Epiſcopo Rigenſi ſuam tertiam partem in Eſtonia relinquere, et Epiſcopo Hermanno ſuam tertiam partem liberam reſtituere, et vos tertia parte veſtra contenti eſſe, libenter vobis auxilium præſtabimus.* Et promiſerunt deinceps Epiſcopis ſuas partes integras dimittere. Vnde ſtatim ſurrexerunt omnes viri Eccleſiæ, et conuocauerunt de Liuonibus ſuis et Letthis exercitum cum *Rigenſibus* et Fratribus Militiæ, et perrexerunt in *Saccalam*, et mane facto apparuerunt iuxta caſtrum *Viliende*, et exiuerunt *Eſtones*, et pugnauerunt cum eis vſque ad horam tertiam, et diuerterunt ab eis, diuidentes exercitum ad omnes villas, et ſpoliauerunt terram, captiuantes et interficientes quoſcunque inuenerunt, et conuenerunt cum omni exercitu, reverſique

i) Vt vulgus mirabilibus rebus plus delectatur et retinetur; ita huius portenti memoria ad poſteros propagata, irrepſit denique in CHRONICON *Ordinis Teutonici*, et ex eo in WAISSELII *Prutenicum* et RVSSOVII *Chronicon Liuonicum;* additis tamen ſubinde nonnullis, et nonnullis immutatis.

verſique ſunt verſus Liuoniam ad caſtrum, quod eſt ad *Palam*, et 1221.
triduo bellabant cum eis, et alii tranſiuerunt *Palam*, ſpoliantes et incendentes totam *Nurmegunde*, et interfecerunt ibi quam plures, et venientes ad ſuos, cum omni exercitu, reuerſi ſunt in Liuoniam, et viros omnes, quos captiuos duxerant, capite truncauerunt, vt fieret vindicta de præuaricatoribus, et in infidelibus illis nationibus. Et ſpolia diuidentes collaudabant eum, qui ſemper eſt benedictus.

ANNVS ALBERTI EPISCOPI XXV.
CHRISTI MCCXXII - MCCXXIII.

1. *Eſtones, Letthigalliam inuadentes, male plectuntur.*
2. *Caſtrum Vellinum et caſtrum ad Palam recuperantur.*
3. *Suſdaliæ Regis frater cum magno Ruthenorum exercitu Reualiam fruſtra obſidet.*
4. *Fratres Militiæ Dorpatum fruſtra tentant, et Gerwanenſes domant.*
5. *Rutheni Dorpato præficiunt Veſcecam, Regulum olim Kokenhuſanum.*
6. *Rigenſes caſtra quædam circa Reualiam, ab hoſtibus inſeſſa, occupant, et Reualienſibus reddunt.*

I. ANNVS erat pontificis viceſimus quintus, et nondum 1222.
requieuit Eccleſia a bellis et bellorum incommodis. Nam, redeunte Epiſcopo *Bernhardo*, qui primus erat *Semigallorum* Epiſcopus, cum peregrinis multis de Teutonia, collegerunt *Saccalanenſes* et *Vngannenſes* cum adiacentibus prouinciis exercitum magnum, et venientes ad *Ymeram*, terram Letthorum, deſpoliauerunt illam, et multos ex Letthis interfecerunt, et mulieres captiuas deduxerunt, et diuidentes exercitum ſuum per omnem prouinciam, terram plaga magna percuſſerunt. Nam alii in *Tricatiam;* alii in *Roſulam;* et alii in *Metſepolam;* et alii in *Thoreidam* abierunt, et inuenerunt viros et mulieres quam plures in omnibus villis, et interfecerunt multos ex eis, et alios captiuos duxerunt, et ſpolia multa tollentes, villas omnes et Eccleſias ignibus tradiderunt, flammiſque purgarunt. Et poſtea in *Letthegorem* collectionem exercitus ſui cum omni rapina ſua depoſuerunt. Sequebatur autem *Rameko* poſt tergum *Eſtonum* cum aliis Letthis paucis apud *Vrele*, et caſu quodam venit ad *Waremarum*, qui fuerat *princeps Ruthenorum* in *Viliende*, et occidit eum cum multis aliis *Ruthenis* et *Eſtonibus*. Et tollentes arma et ſpolia multa reuerſi ſunt in *Wendam*. Et innotuit ſermo in *Riga* de omnibus malis, Liuonibus et Letthis illatis, et fleuerunt et doluerunt omnes de confratribus ſuis occiſis, et nullam moram facientes, ſed ſtatim ſacculos et panes et pannos ſuos proiicientes, tam equites quam pedites, Fratres Militiæ cum peregrinis et cum mercatoribus et Liuonibus abierunt in *Thoreidam*, et mittentes exploratores, inuenerunt hoſtes a *Lethegore* iam diuertiſſe, et ſequuti ſunt eos nocte

1222. ac die. Vnde labore nimio fessi, pedites omnes et alii quam plures reuersi sunt in *Rigam*. Sed qui erant constantes corde ad faciendam vindictam contra nationes, et ad ponendum se murum pro domo Domini, non abierunt retrorsum. Inter quos erat primarius *Iohannes*, Ecclesiæ beatæ Virginis Mariæ præpositus, *Daniel* Sacerdos, et *Volquinus*, Fratrum Militiæ Magister, qui et ceteros confortabant, animando et monendo eos, vt se fideles et fortes ad præliandum prælia Domini contra apostatas illos et audaces exhiberent. Et venerunt ad eos Fratres Militiæ de *Sygewalde* et de *Wenden* et Liuonum et Letthorum magna multitudo, et sequebantur post hostes via, quæ est ad *Goywam;* hostes vero via alia, quæ ducit ad Ecclesiam vicinam de *Vmera*, abierant. Et in Ecclesia nocte locantes equos suos, et alias nequitias et prauas libidines cum captiuis mulieribus et virginibus ibidem in loco sacro exercentes, fruges et domos et omnia, quæ erant sacerdotis, vastantes et incendentes, mane facto processerunt ad *Vmeram*. Et factum est, cum iam aliqua pars exercitus pontem *Vmeræ* transiisset, repente Christiani via alia a collaterali parte venerunt, et irruerunt per medium exercitum hostium, inferentes eis bellum, et occurrerunt eis *Estones* perfidi audacissime. Sed tandem exterruit eos, qui quondam perterrefecit Philistæos, vt fugerent coram Dauid, et commiserunt Teutonici bellum cum eis, et terga verterunt *Estones*, fugientes coram Christianis. Et persequebantur eos, ventilantes et conterentes eos per viam, qua veniebant, et interfecerunt quam plures ex eis. Alii alios ad pontem insequebantur, et per viam illam, alios interficientes, pugnauerunt cum eis ad pontem, vbi *Theodoricus*, Frater Militiæ, vir fortis audax et deuotus, lancea transfixus, occubuit, et ceteri pontem transeuntes accesserunt ad eos. Sed ipsi, dimissis spoliis omnibus et equis suis et captiuis quibusdam interfectis, pedibus fugerunt ad siluas, et interfecti sunt ex eis *fexcenti* et plures, et alii in siluis interierunt, et alii in *Goywa* submersi sunt, et alii cum pudore reuersi sunt in terram suam, vt verbum domi nunciarent. Christiani vero tam Teutonici, quam Liuones et Letthi, tollentes spolia eorum et equos et boues, æqualiter inter se diuiserunt, et captiuos confratres suos tam viros quam mulieres libertati pristinæ restituerunt, benedicentes et collaudantes eum, qui non solum hac vice, verum omni tempore pro eis pugnauit in Liuonia, et glorioſam victoriam de gentibus apostatantibus semper concessit.

2. POSTEAQVAM iam *Estones*, a fide Christiana recidiuantes, ad *Vmeram* essent cæsi; misit Episcopus *Bernhardus* a) per vniuersam

a) Cum hæc vltima sit Bernardi de Lippia mentio, et infra *ad annum* MCCXXIIII. *n.* 7. alius Semigallensium Episcopus in lucem prodeat, *Lambertus*; iuuat hoc loco annotare, quæ CAESARIVS HEISTERBACENSIS de Viro sibi notissimo in literas retulit; tum quia Bernardi animi indolem manifestam faciunt; tum quia testes *de proprio sensu* in historia rari, atque ante alios omnes sunt audiendi. *Retulit nobis*, inquit CAESAR. *lib. 9. c. 37. Dominus* BERNARDVS *de Lippia*, ABBAS LIVONIAE, *nunc* EPISCOPVS *ibidem*, *rem*

ſam Liuoniam et Letthiam, conuocans omnes, tam viros Eccle- 1222.
ſiæ, quam Fratres Militiæ cum Liuonibus et Letthis, vt veniant omnes pugnaturi cum *Eſtonibus*. At illi fideliter omnes obediunt: ſimul in vnum conueniunt; adſunt peregrini cum mercatoribus: alii nauigio in *Goywa;* alii pedibus; alii cum equis ſuis procedunt: ad locum orationis et colloquiorum cum octo millibus perueniunt. Celebratis orationum et colloquiorum ſolenniis, in Eſtoniam feſtinant, caſtrum *Viliende*, quod ante decem annos a Teutonicis fuerat expugnatum et fidei Chriſtianæ ſubiugatum, iterum iam ſecundo impugnant, machinas minores et patherellos ædificant, turrim ligneam fortiſſimam et altam erigunt, quam ad foſſatum vſque propellunt, vt caſtrum deſubtus fodere valeant; ſed impediuntur quam plurimum a baliſtariis eorum, qui erant in caſtro, nam baliſtas Fratrum Militiæ quam plures habebant in caſtro contra baliſtas Chriſtianorum, et patherellos et machinas ædificauerunt contra machinas Chriſtianorum, pugnantes ad inuicem diebus multis. Nam in *Auguſto* ad *vincula Petri* facta eſt obſidio caſtri, et in *Aſſumptione beatæ Virginis* deficientes ſe tradiderunt. Cum enim eſſet calor nimius, et multitudo hominum et pecorum fuiſſet in caſtro, et iam fame et ſiti deficerent; facta eſt peſtilentia magna nimis præ fœtore nimio interfectorum in caſtro, et cœperunt homines ægrotare et mori, et non valentes ſe defendere, ceteri, qui adhuc remanſerant, viui tradiderunt ſe, et omnia ſua in manus Chriſtianorum, præſertim cum viderent caſtrum a Chriſtianis iam alia vice incenſum, et ſummo labore ſe et caſtrum defendiſſe. Et ideo facta pace cum Chriſtianis, exiuerunt de caſtro, recipientes iterum iugum diſciplinæ Chriſtianæ, et promiſerunt, ſe nunquam deinceps

rem ſatis glorioſam. Cum quidam, ſi bene memini, Conuerſus, qui nuper fidem ſuſceperat, monachos communicare vidiſſet, et ſibi hoc minime licere cognouiſſet; ſtans contra altare, communicandi deſiderio ſuſpirauit. Et ecce! pius Dominus ſine ſacerdotis miniſterio de altari per ſacramentum deſcendere dignatus eſt in os eius. Qui mox hoſtiam aperto ore oſtendens, et coram tantæ gratiæ manifeſtans, cunctos, qui aderant, in ſtuporem conuertit. Eamdem enim hoſtiam defuiſſe repererunt in altari. Et *lib. 10. c. 35.* ſcribit CAESARIVS: *Referre ſolet Domnus* BERNARDVS *de Lippia, quondam* ABBAS, *nunc* EPISCOPVS *in* LIVONIA, *quoddam miraculum. Noui, inquit, piſcatorem in Epiſcopatu Traiectenſi, qui cum quadam femina multo tempore fuerat fornicatus. Et quia eius peccatum nimis erat notorium; tempore quodam, in ſynodo imminenti accuſari timens, dicebat intra ſe: Quid nunc facies miſer? Si hac in ſynodo de fornicatione accuſatus fueris et confeſſus; illam in matrimonium mox ducere cogeris. Si autem negaueris; candenti ferro conuictus, amplius confunderis. Statimque ad Sacerdotem veniens, magis, vt poſt patuit, timore pœnæ, quam amore iuſtitiæ, peccatum confeſſus eſt, conſilium quæſiuit et inuenit. Si habes, inquit Sacerdos firmum propoſitum numquam peccandi cum illa; candens ferrum ſecure poteris portare, ipſumque peccatum negare. Spero autem, quod virtus confeſſionis liberabit te. Quod ita factum eſt, cunctis ſtupentibus, quibus fornicatio innotuerat. Poſt dies plurimos cum alio piſcatore officii ſui cauſa in flumine nauigans, cum domum prædictæ mulieris vidiſſent, ait alter alteri: Valde miror, et multi mecum, quare te in ſynodo non inuſſerit ferrum; cum tam manifeſtum fuiſſet tuum peccatum. Ille de gratia ſibi collata indigne glorians, eo quod iam voluntatem fornicandi cum illa concepiſſet; manu aquam fluminis percuſſit, et ait: Ecce tantum nocuit mihi ignis ille. [Mira Dei iuſtitia. Qui miſericorditer pœnitentem cuſtodiuit; iuſte et miraculoſe nimis punuit recidiuantem. Mox vt aquam tetigit; candens ei ferrum aqua fuit.] Quam ſtatim cum clamore valido retrahens, pellem dimiſit in aqua: omnia circa ſe geſta ſocio referens, ſera ductus eſt pœnitentia.*

1222. deinceps fidei ſacramenta apoſtatando violare, et de commiſſis ſatiſfactionem rependere, et pepercerunt eis Fratres Militiæ et Teutonici omnes, licet tam vitam quam bona cuncta perdiderint. *Ruthenos* vero, qui fuerant in caſtro, et qui venerant in auxilium apoſtatis, poſt expugnationem caſtri, ſuſpendit exercitus omnes ante caſtrum, ad terrorem aliorum *Ruthenorum*. Et reformata pace per omnia, Chriſtiani ſe ad caſtrum receperunt, et omnia, quæ in caſtro fuerunt, tollentes, et equos et pecora expellentes, æqualiter inter ſe diuiſerunt, et homines in villas ſuas abire permiſerunt: diuiſiſque ſpoliis, ad aliud caſtrum, quod eſt ad Palam, proceſſerunt, bellum ſimiliter eis inferentes. At illi timentes expugnationem caſtri ſui, et peſtilentias et mortes, quales in priori caſtro fuerant, et ſimilia mala; tradiderunt ſe quam ocyus in manus Chriſtianorum, de vita ſola et libertate ſupplicantes, et bona ſua cuncta in manus exercitus dimittentes. Et conceſſerunt eis Chriſtiani vitam et libertatem, et miſerunt eos in villas ſuas, tollentes ſibi ſpolia multa et cuncta, et equos et oues et boues, et omnia, quæ in caſtro fuerunt, et de duorum caſtrorum requiſitione et de peruerſæ gentis illius iterum ſubiugatione Deum collaudantes, cum gaudio magno reuerſi ſunt in Liuoniam.

3. MISSI quoque fuerant Seniores *Saccalanenſes* in *Ruſſiam* cum pecunia et muneribus multis, ſi forte Reges *Ruthenorum* ſibi in auxilium contra Teutonicos et Latinos omnes poſſent euocare. Et miſit *Rex* de *Suſdalia* b) fratrem ſuum et exercitum multum cum eo in auxilium *Nogardenſium*, et ſequebantur eum *Nogardenſes*, et *Rex* de *Pleſcekowe* cum ciuibus ſuis: et erat exercitus circiter *viginti millia*. Et venerunt in *Vngannia* prope *Tarbatam*, et miſerunt eis *Tarbatenſes* munera magna, et Fratres Militiæ et Teutonicos, quos habebant apud ſe captiuos, tradiderunt in manus Regis, et equos et baliſtas et alia multa, petentes auxilium contra Latinos. Et locauit Rex viros ſuos in caſtro, vt haberet dominium in *Vngannia*, et per totam *Eſtoniam*. Et abiit Rex in *Odempe*, et ſimiliter ibi faciebat. Et poſt hoc conuertit exercitum ſuum verſus Liuoniam in *Pnydiſe*, et ſequebantur eum *Vngannenſes*, et erat maior exercitus. Et occurrerunt ei ibidem *Oſiliani*, rogantes, quatenus exercitum ſuum conuertat contra *Danos* in *Reualis*, vt victis *Danis*, facilius Liuonienſes inuadat, dicentes, in *Riga* multos eſſe peregrinos, qui ſibi ſint occurrere parati. Et audiuit eos Rex, et reuerſus eſt alia via cum exercitu in *Saccalam*, et inueniens totam *Saccalam* iam a Teutonicis ſubiugatam, et duo caſtra expugnata, et *Ruthenos* ſuos apud *Viliende* ſuſpenſos, iratus eſt valde, et iram ſuam vindicans in *Saccalanenſes*, terram ipſam percuſſit plaga magna, et omnes, qui euaſerant coram Teutonicis, et a peſtilentia magna, quæ fuit in caſtro, iam ceciderunt, et alii per

b) *Suſdalia* Ruſſiæ prouincia eſt, Wlodomiriam habens ad Orientem, et Roſtouiam ad Occidentem. Vrbi primariæ et prouinciæ nomen idem. V. ALPHONSVS LASOR Y VAREA *Orbe Geograph. t. 2. p. 541.*

c) *Lynda-*

per fugam in ſiluis euaſerunt. Et procedens in *Gerwam* cum exercitu ſuo magno, conuocauit ad ſe *Gerwanenſes* et *Wironenſes* et *Warbolenſes* cum *Oſilianis*. Et cum omnibus illis obſedit caſtrum Danorum *Lyndauienſe* c), et pugnauit cum Danis hebdomadis quatuor, et non potuit capere eos, neque caſtrum eorum, eo quod baliſtarii multi fuerant in caſtro, et multos *Ruthenorum* et *Eſtonum* interficerent. Vnde tandem confuſus *Rex Suſdaliæ* cum omni exercitu ſuo, reuerſus eſt in *Ruſſiam*. Fuerat autem exercitus ille magnus valde et fortis, et tentabat ſecundum artem Teutonicorum caſtrum capere Danorum, et non valebat. Sed deſtructa et deſpoliata prouincia in circuitu, tandem redierunt in terram ſuam. 1222.

4. INTERIM Fratres Militiæ et alii Teutonici cum paucis obſederant caſtrum *Darbatenſe*, et pugnabant cum eis diebus quinque. Et non valentes caſtrum tam forte cum paucis expugnare, terram in circuitu deſpoliabant, et cum omni rapina ſua reuerſi ſunt in Liuoniam. Breui poſt Fratres Militiæ colligentes exercitum intrauerunt *Eſtoniam*, et percuſſerunt *Gerwanenſes* plaga magna, eo quod cum *Danis* ſemper bella mouerent, et interfecerunt et ceperunt multos ex eis, et ſpolia multa tollebant, et venerunt ad eos *Gerwanenſes* in *Keytis*, promittentes Teutonicis fidelitatem perpetuam et omnibus Chriſtianis. Vnde ſtatim exiuerunt de finibus eorum, et cum omni præda redierunt in terram ſuam.

5. POST hoc *Nogardenſes* miſerunt Regem *Vyeſceka*, qui quondam viros Epiſcopi *Rigenſis* mortificauerat in *Kukenoys* d), et dederunt ei pecuniam, et viros ducentos ſecum, committentes ei Dominium in *Darbeta*, et in aliis prouinciis, quas ſibi poſſet ſubiugare. Et venit idem Rex cum viris ſuis in *Darbetam*, et receperunt eum Caſtrenſes cum gaudio, vt fortiores contra Teutonicos efficerentur, et dederunt ei tributa de circumiacentibus prouinciis, et quicunque tributa non dependebant, exercitum contra eos direxit, et deuaſtauit omnes terras ſibi rebelles a *Wayga* vſque ad *Wironiam;* a *Wironia* vſque in *Gerwam*, et in *Saccalam*, et fecit contra Chriſtianos, quæ potuit, mala omnia.

6. CELEBRATA Dominicæ Natiuitatis ſolennitate cogitauerunt *Rigenſes* obſidere caſtrum *Tarbatenſe*. Et conuenerunt cum Fratribus Militiæ et peregrinis et cum Liuonibus et Letthis apud *Aſtigerwe*, et habebant exercitum magnum. Et recordati ſunt *Danorum*, in longa tribulatione exiſtentium, contra quos pugnabant iam dudum omnes terræ et gentes circumiacentes, et, dimiſſo itinere in *Tarbatam*, profecti ſunt ſimul cum omni exercitu in *Harriam*, et obſederunt caſtrum *Lone*, pugnantes cum eis hebdomadibus pene duabus, ædificantes machinas et patherellos et

c) *Lyndaniſſe* vocabatur *ad annum* MCCXVIII. *n.* 2. caſtrum vetus paganorum, a Danis deſtructum, cum hi nouum molirentur in Reualia.

d) V. ſupra *ad annum* MCCVI. *n.* 9.

1222. et turrim ligneam fortiſſimam, quam ad caſtrum vicinius admouebant, vt deſubtus caſtrum fodere, et de ſummitate eos magis impugnare valerent. Et audientes Dani gauiſi ſunt, et veniebant ad eos, gratias referentes, eo quod miſerti eorum, venirent eis in auxilium. Poſt hoc autem multi a baliſtariis ſunt interfecti, et a machinariis proiecti, et ceteri cœperunt grauiter ægrotare et mori. Inſuper et foſſores iam ad ſummitatem munitionis appropinquabant, vt putarent ſe Caſtrenſes iam ad ima vna cum foſſato deſcendere. Vnde tandem ſupplicabant exercitui Teutonicorum, quatenus eis vitam et libertatem donarent. Et conceſſerunt eis vitam, et caſtrum incenderunt. Omnes vero equos et boues et pecora et ſubſtantiam et pecuniam et veſtes et omnia, quæ fuerunt in caſtro, tollebant ſibi Teutonici, diuidentes cum Liuonibus et Letthis æqualiter. *Danis* vero homines reſtituerunt, et in villas ſuas liberos reliquos remiſerunt. Interim Teutonici miſerunt aliquos de exercitu ſuo ad alia tria caſtra minora circumiacentia, comminantes eis bella, niſi ſe tradant in manus eorum. Et tradiderunt ſe tria illa caſtra adiacentia in manus *Rigenſium*, mittentes eis tributa et *Waypas* e) quam plures in illa expeditione. Et reuerſus eſt exercitus *Rigenſium* in *Gerwam*, et abierunt quidam ad ſpoliandum prouincias. Et occurrerunt *Gerwanenſes* et *Wironenſes*, ſupplicantes de pace, promittentes, ſe deinceps ſacramenta fidei Chriſtianæ non amplius violaturos. Et reformauerunt cum eis pacem, et receperunt eos ad gratiam, ſumentes obſides ab eis: quos tamen *Dani*, ingrati hoſpites, diſturbabant plurimum poſtea, inferentes eis bellum, eo quod pacem a *Rigenſibus*, et Chriſtianitatis iugum recepiſſent. Et reuerſus eſt exercitus *Rigenſis* cum gaudio in Liuoniam, collaudans Ieſum Chriſtum, qui ſemper eos ſanos et incolumes deduxit et reduxit in omnibus expeditionibus ſuis. Nuncii interim regum *Ruthenorum* erant in *Riga*, rerum euentum expectantes, et admirati ſunt plurimum, eo quod *Rigenſes* ſine victoria nunquam reuerſi ſunt inanes, eo quod ſagitta Ionathæ nunquam abiit retrorſum, nec declinauit clypeus eius in bello, et gladius Saul non eſt reuerſus inanis, cum exercitus magni et fortes Regum *Ruthenorum* nunquam vnum caſtrum valeant expugnationibus ſuis fidei Chriſtianæ ſubiugare.

ANNVS

e) Auctor noſter, qui prominens e muro contabulatum *erkerium* nominauit, et aſſerum compagines, quibus horti et villæ cinguntur, *plancas;* arma quoque *Waypas* vocare potuit. Malim tamen oues et boues, et alia animalia, victui hominum accommoda, ſiue erratica, ſiue quæ iam Dominum non habent, intelligere, quæ in ſcriptis Anglorum *Wayf* appellari docet GLOSSARIVM CANGIANVM.

a) Cum

1223.

ANNVS ALBERTI EPISCOPI XXVI.
CHRISTI MCCXXIII - MCCXXIV.

1. *Albertus cum fratre Hermanno, quem Daniæ Rex in carcere Eſthienſem Epiſcopum agnouit, redit e Germania.*
2. *Eſtonia inter ambos Epiſcopos et fratres Militiæ diuiditur æquis partibus.*
3. *Veſceca ad deditionem caſtri Dorpatenſis inuitatur.*
4. *Cauſa belli aduerſus Dorpatenſes.*
5. *Omnis militia Chriſtiana accingitur ad obſidionem caſtri Dorpatenſis.*
6. *Epiſcopi frater, Iohannes de Apeldern, primus vallum inſcendit: quo facto caſtrum deditur, et Veſceca occiditur.*
7. *Oſiliani Theodoricum, fratrem Epiſcopi, dimittunt, et ceteri Eſtonienſes obſequium ſpondent.*
8. *Hermannus caſtrum Odempe fratri ſuo et Engelberto de Tiſſenhuſen cum aliis committit, erigitque Epiſcopatum Dorpatenſem.*
9. *Fratres Militiæ quoque et Rigenſis Epiſcopus tertias ſuas recipiunt.*

1. ANNVS erat conſecrationis Antiſtitis *Alberti* vigeſimus ſextus, et nondum Eccleſia ſiluit a bellis. Nam Rex *Vieſceka* diſturbabat cum *Tarbatenſibus* omnem terram in circuitu, et ibant Letthi et Livones ſæpius ad eos cum paucis, et non valebant eis nocere. Sed et Fratres Militiæ poſt Paſcha, colligentes iterum exercitum, obſederunt *Tarbetam*, et pugnauerunt diebus quinque cum eis, et non potuerunt præ paucitate ſuorum caſtrum comprehendere, et ſpoliantes terram in circuitu, cum ſpoliis ſuis reuerſi ſunt in Liuoniam. Interim venerabilis Epiſcopus *Albertus* rediit de Teutonia cum peregrinis multis, et vniuerſo comitatu ſuo. Et venit cum eo *frater ipſius*, non minus venerabilis, *Hermannus* Epiſcopus, iam dudum electus et conſecratus Epiſcopus in Eſtoniam, qui fuerat a Rege *Daciæ* ab Epiſcopatu ſuo iam pluribus annis impeditus. Sed poſtquam Rex *Daciæ* in captiuitatem a) deductus eſt in *Saxoniam* a Teutonicis; abiit

a) Cum Waldemarus II. Daniæ Rex terras omnes tranſalbinas in ditione ſua haberet, et, oſtentandæ victoriæ, Regis Danorum et Ducis luttiæ nomini adiungeret titulum *Regis Slauorum* et *Domini Nordalbingiæ*, veluti has prouincias non ab Imperio, ſed a Deo conceſſas cum ſuprema poteſtate poſſeſſurus; Comites quoque *Suerinenſes* iugum ſubiere, licet diu multumque reluctantes. Siquidem diplomata eorum, vt ceterorum tranſalbinorum, hac ætate non amplius præferunt Imperatoris vel Regis nomen in numeris annorum; ſed data ſunt pleraque *Rege Waldemaro regnante* ſeu *Regnante Waldemaro Rege*: quæ omnium certiſſima ſupremi dominii nota eſt. Iam anno MCCVII. immiſerat Rex Albertum Comitem in terras Suerinenſes, qui, deſtructo caſtro Boycenburgenſi, Comites fratres, Guncelinum et Henricum, in tantas redegit anguſtias, vt Comitatum a Rege recepturi anno MCCXIV. iurarent ei fidelitatem. ARNOLDVS *l. 7. c. 13.* Hiſtor. gent. Dan. ap. LINDENBROG. *p. 272.* et filiæ, quam Rex Nicolao, filio ſuo naturali, deſponſauit, dotis nomine promitterent dimidiam bonorum partem. Quo pacto cum a fratris obitu ſtare renueret Comes Henricus; Rex ei pleraque vi eripuit; et Comitatus partem Nicolao filio, qui poſtea Dux Hallandiæ creatus eſt, dedit. *Chronologia Sueo — Danica* ap. Dn. BENZEL. *Monument. Sueo — Goth. part. 3. p. 85.* Henricus cum omnes recuperandæ auitæ poſſeſſionis vias fruſtra tentaſſet; auſus eſt facinus ad omnem poſteritatem memorabile. Regem enim *in propria terra*, vna cum filio Waldemaro, itidem iam coronato, *inopinato caſu, in papilione propria capit*, et in caſtrum *Dannenberg* captiuum abducit. ALBERTVS STADENSIS *ad annum* MCCXXIII. Inſulam, in qua caprus eſt, *Lyttboe*, vocat. Contin. Saxon. Grammat. ap. BENZEL. *p. 146.*

1223. abiit Episcopus prædictus *Rigensis* cum eodem *fratre suo* ad Regem, requirere voluntatem et consensum ipsius. Et placuit Regi, vt iret in Liuoniam, et de Liuonia ad *Estoniam* in Episcopatum ipsius. Qui cum venissent in *Rigam*, cum gaudio magno recepti sunt a *Rigensibus*, et ab vniuersis, qui fuerunt in Liuonia, et congaudebant omnes, et collaudabant Deum, eo quod post mala plurima et bella tristia iterum expugnata est et requisita fere tota *Estonia*, præter vnum castrum *Tarbatense*, de quo remanebat vltio diuina.

2. ET conuenerunt Fratres Militiæ cum Episcopis eisdem et viris Ecclesiæ, et cum *Rigensibus* cunctis super diuisione prouinciarum *Estoniæ*, ad *Rigam* pertinentium b). Et dederunt Episcopo *Hermanno Vngannam* cum prouinciis suis; Fratres vero Militiæ *Saccalam* in sorte pro parte sua receperunt. Et Ecclesiæ beatæ Mariæ in *Riga* et Episcopo *Rigensi* Maritimam cum septem *Kylegundis* c) attri-

Lyuthe Histor. gent. Dan. *p.* 272. Hanc in *Lethra* vix reperies, quia Lethra Regia fuit, Aulicorum copia, et custodibus corporis referta; Rex autem fecessum quæsierat, paucis amicis stipatus, in insula, ab hominum strepitu remota. Forte intelligitur *Lyoe*, quæ est parua insula maris Balthici prope Fioniam sita, Austrum versus. CLVVER. *Mecklenburg. part. 1. p. 116.* Locum, ad quem ductus est, *Dannenberg* vocant omnes; licet Henricus eum post recuperatum castrum *Suerinense* in suo maluerit, quam in castro alieno, custodire. Tempus, quo id accidit, circumscribunt per *diem Iohannis ante portam Latinam.* Histor. gent. Dan. *p.* 272. Rudimentum nouitiorum *p.* 387. HERMANNVS CORNERVS *p.* 856. *noctem sancti Iohannis ante portam Latinam* nominat. Hæc autem est *VI. mensis Maii.* Vbi est iucundus error Rhapsodi Gandersheimensis, *diem sancti Iohannis ante portam* conuertentis in *portam sancti Iohannis castri Suerinensis*, tamquam carceris locum: quod in homine, qui *diplomata tractauit*, adeoque diplomatibus subscripras notas chronicas familiares habere deberet, haud ferendum. Vix ad aures Friderici II. Imperatoris nuncius de Rege capto adlatus erat, cum is Conrado, Hildensemensi Episcopo, in mandatis daret, vt omnem eo curam intenderet, quo Rex et filius eius in Cæsaris peruenirent potestatem. V. Cæsaris epistola ea de re scripta ap. SCHANNAT. *Vindem. I. p.* 194. ratus fore, vt Comes Suerinensis faceret, quod Leopoldus Austriacus fecerat in tradendo Richardo Angliæ Rege, quo non solum Nordalbingiam et Slauiam, sed et ingentem pecuniæ vim extorquere posset e Waldemaro. Contra Pontifex omnem lapidem mouit, vt Waldemarus quantocyus e carcere liberaretur, scripta insigni ad Engelbertum, Colonienſem Archiepiscopum, qui tunc Henrici Regis tutor fuit, epistola, quam habet RAYNALDVS *ad annum* MCCXXIII. *p.* 301. Habita sunt eius rei causa Comitia *Nortbusæ* et *Bardewici:* quibus cum Rege transactum est, vt *terras, quas abstulerat, Imperio redderet, coronam de manu Imperatoris susciperet*, ac pro liberatione *centum millia marcarum daret.* Quod cum placeret Principibus, qui præsentes erant; vnus Albertus Comes Orlamundanus restitit, fortunam armis tentandam reputans. Quæ cum ei tam aduersa acciderit, vt prœlio captus eidem carceri cum Rege compingeretur, et Prorex Engelbertus interea a Friderico Isenburgico occideretur; Henricus Comes, non amplius Cæsari, sed sibi velificaturus, accepta copiosa pecunia, et multis obsidibus, Regem permittit cum filio domum redire, iurantes prius, se nolle *illi patriæ* amplius nocere. GODEFRIDVS COLON. *ad annum* MCCXXIII. MCCXXIIII. MCCXXV. *Rudim. nouit. l. c.* Pontifex ea de re Henricum Comitem acriter increpat, monetque, vt tam obsides, quam pecuniam Regi restituat. RAYNALDVS *ad annum* MCCXXVI. *p.* 334. Quo non impetrato, Regem a religione iurisiurandi absoluit ad effectum agendi. Sed qua fortuna anno sequenti Dani ad Bornhovedam commisso prœlio vsi fuerint, quia dicere præcepimus; nihil amplius addimus, quam Liuonienses Episcopos et Militiam, ad exemplum reliquorum, non defuisse occasionibus, calamitatem Regis Daniæ in suum conuertendi emolumentum.

b) Hoc eo adiicitur, vt pars Estoniæ, qua Danis paret, excepta intelligatur.

c) Kylegunde, a *Kirche, Kiliche, Kile*, vt videtur, appellata, est regiuncula, cuius incolæ omnes sparsim habitantes vni in ea templo addicti sunt: quam vulgo *parochiam* appellare solemus. Infra *n.* 7. *et* 8. Kylegundæ *prouinciæ* vocantur. Et hoc sensu *Kylegundæ* Osilienſium *ad annum* MCCXXV.

n. 5.

attribuerunt. Et audientes maritimi, quod ad Eccleſiam *Rigenſem* pertinerent, gauiſi ſunt valde, et tributa duorum annorum, quæ propter *Danorum* impugnationem neglexerant, integraliter ſolvebant. Vngannenſes quoque ſimiliter de dominio Epiſcopi *Hermanni* congaudebant, qui erat in *Odempe*, ſed impediebat eos Rex *Vieſceka* cum *Tarbatenſibus* ſuis, qui erat in laqueum et in diabolum magnum *Saccalanenſibus* et aliis *Eſtonibus* adiacentibus. 1223.

3. ET miſerunt Epiſcopi nuncios ad Regem in *Tarbetam*, rogantes, vt recederet a rebellibus illis, qui erant in caſtro, qui baptiſmi ſui ſacramenta violauerant, qui fidem Ihesu Chriſti reiiciendo ad paganiſmum redierant, qui Fratres Militiæ, confratres ac *Dominos* ſuos, alios interficiendo, et alios captiuando, de terminis ſuis expulerant, qui vicinas omnes prouincias ad fidem Ieſu Chriſti venientes, quotidie deſpoliando vaſtauerant. Et nolebat Rex ab eis decedere, eo quod *Nogardenſes* et *Reges Ruthenorum* ſibi caſtrum ipſum cum adiacentibus terris perpetua donatione donauerant, et liberationem a Teutonicorum impugnatione promiſerant. Et collecti fuerunt in eodem caſtro cum Rege eodem omnes malefici de prouinciis vicinis de *Saccala*, qui fuerunt traditores et interfectores fratrum ſuorum, Fratrum Militiæ et mercatorum, et malorum conſiliorum inuentores contra Liuonienſem Eccleſiam. Quorum princeps ac Dominus idem Rex erat, qui et ipſe radix antiqua malorum omnium in Liuonia fuerat, qui pacem veri pacifici infringendo, ac omnium Chriſtianorum fideles ſibi viros, contra Letthonum impugnationem a Rigenſibus in auxilium miſſos, interfecit in dolo, diripiens omnia bona eorum. Hi ergo omnes, fiduciam habentes in caſtro ſuo ſupradicto firmiſſimo, contemnebant pacem Chriſtianorum, et quærebant mala quotidie Chriſtianis. Nam reuera caſtrum ipſum firmius erat omnibus caſtris Eſtoniæ, quod Fratres Militiæ multis laboribus et expenſis antea firmauerant, et armis ſuis et baliſtis repleuerant, quæ omnia perfidi rapuerant. Inſuper et Rex ibidem ſagittarios ſuos *Ruthenos* catapultos ſecum habebat quam plures. Inſuper et patherellos, ſecundum artem *Ofilianorum*, et cetera inſtrumenta bellica præparabant.

4. ERAT itaque tunc *Eſtienſis* Eccleſia multis bellorum incommodis expoſita, quæ fuit tamquam mulier pariens, quæ triſtitiam et dolorem magnum habet, donec peperit. Cuius etiam partum draco perſequitur, *Beemoth* videlicet ille, qui fluuium videlicet abſorbendo, fiduciam adhuc habet, quod Iordanis influat in os eius. De tantis igitur bellorum anguſtiis nullo modo poterat Eccleſia prædicta liberari, quæ paruula fuit adhuc et infirma, niſi per

n. ſ. accipiendæ ſunt, quippe paganorum adhuc, et templis deſtitutorum; quas per anticipationem ita vocauerit Noſter. Maxime autem memorabile eſt, *Maritimam* hanc, quæ vulgo *Strandwyk*, hodienum in ſeptem *Kilegundas* ſeu parochias illas, de quibus hic ſermo, diuiſam eſſe: quarum nomina, quia præter Warbolenſem et Rotalienſem valde peregrina, ex nomenclatore tranſſcribere piget. V. *ad annum* MCCXXI. *not. g*).

1223. Liuonienſem Eccleſiam, quæ vera et prima ſemper mater ipſius fuerat per labores expugnationis, et quæ genuerat eam per lauacrum regenerationis Iheſu Chriſti; licet plures ſibi matres falſo filiam hanc vſurpantes, mentientes ſemper attraxerint: quarum vna mater *Ruthenorum* ſterilis et infœcunda, quæ non ſpe regenerationis in fide Domini Iheſu Chriſti, ſed ſpe tributorum et ſpoliorum terras ſibi ſubiugare conatur.

5. VT ergo Liuonienſis Eccleſia filiam ſuam *Eſtienſem* Eccleſiam, quam genuerat Iheſu Chriſto, liberaret de præſentibus malis; miſit Epiſcopus venerabilis *Rigenſis* et conuocauit Fratres Militiæ nec non et viros Eccleſiæ cum peregrinis et mercatoribus et ciuibus *Rigenſibus*, et vniuerſis Liuonibus et Letthis, indicens expeditionem cunctis ad Liuonienſem Eccleſiam pertinentibus. Et fideliter obedientes omnes conuenerunt cum exercitu ſuo apud ſtagnum *Aſtigerwe*, conuocantes ſecum Epiſcopum venerabilem prædictum Rigenſem, cum Fratre ſuo non minus venerabili, *Hermanno Epiſcopo*, et cum vniuerſis viris ſacerdotibus ac militibus ſuis. Peractiſque colloquiorum et orationum ibidem myſteriis, præmittuntur meliores et fortiores de exercitu, vt, tranſeuntes *Vnganniam* nocte ac die, ſequenti mane valeant caſtrum *Tarbatenſe* præoccupare. Qui diuidentes iterum acies ſuas, alios ad impugnandum caſtrum præordinant, et alios in *Wironiam* ad deſpoliandum adhuc rebelles dirigunt: qui poſt triduum oues et boues, et cetera, quæ fuerunt exercitui neceſſaria, reducunt abundanter. Epiſcopi vero cum peregrinis et omni multitudine ſequentes, in die Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis ad caſtrum peruenerunt. Eodem quippe die anno præterito caſtrum *Viliende* captum eſt. Campos igitur tentoriis operiunt; Caſtrenſibus bellum inferunt; machinas minores ac patherellos conſtruunt; inſtrumenta bellica quam plurima præparant; propugnaculum ſiue turrim ligneam fortiſſimam erigunt, quam de magnis et altiſſimis arboribus octo diebus artificioſe æque altam caſtro præparauerant, viciniuſque ſuper foſſatum appellunt, et ſtatim deſubtus terram fodere incipiunt. Ordinatur ad fodiendum noctem et diem medietas exercitus, vt alii foderent; alii terram dilapſam deportent. Vnde mane facto foſſati magna pars de vallo dilabitur, et mox propugnaculum vicinius ad caſtrum apponunt. Mittuntur interim internuncii ad Regem, Sacerdotes et milites honeſti viri; promittitur ei via libera, vt exeat cum viris et equis, et omnibus rebus ſuis, ſi tantum recedat de caſtro, et gentem illam apoſtatricem derelinquat. Sed Rex, a *Nogardenſibus* liberationem exſpectans, nullatenus ſe caſtrum derelinquere, pertinaciter affirmat. Veniunt interim *Rutheni* ſpoliantes in prouincia, deferuntur rumores in tentoria, ſtatimque Teutonici parati venientes et occurrere volentes, campos petunt, alioſque in obſidione caſtri derelinquunt. Non venientibus *Ruthenis*, iterum ad caſtri reuertuntur impugnationem, baliſtarum ſagittis multos in ſummitate caſtri lædunt, et alios iactibus machinarum interficiunt,

pathe-

patherellis ferrum ignitum vel *ollas igneas* in caſtrum proiiciunt. 1223.
Terrores multos Caſtrenſibus incutiunt, eo quod alii inſtrumenta, quæ *ericios* et *porcos* vocant, præparant; alii lignorum ſtrues comportant; alii ignes apponunt, pugnantes in hunc modum diebus plurimis. Similiter et qui in caſtro erant, machinas et patherellos contra machinas Chriſtianorum conſtruunt; ſagittarios arcuum ſuorum, et baliſtarios contra ſagittas iſtorum dirigunt. Et fodientes per diem et noctem non quieſcunt. vnde turris magis appropinquat ad caſtrum. nulla requies conceditur feſſis: diebus pugnant: noctibus ludos et clamores exercent. Liuones cum Letthis concuſſione gladiorum cum clypeis conclamantes; *Teutonici* in tympanis, fiſtulis et buccinis, et ceteris inſtrumentis muſicis; *Rutheni* cum ſuis inſtrumentis, et Tarantis d) clamoribuſue noctes omnes inſomnes ducunt. Conueniunt itaque omnes Chriſtiani, conſilia quærentes, ardenter orando a Deo. Et inter eos erat *Fredericus Dux*, et *Fredehelmus Dux* e) *et Aduocatus peregrinorum*, nobilis et diues, qui dicebat: *oportet*, inquit, *caſtrum iſtud violenter aſcendere, et aſcendendo comprehendi, et vindictam de malefactoribus ad terrorem aliorum vindicare. In omnibus enim caſtris, a Liuonenſibus hactenus expugnatis, vitam ſemper et libertatem ſemper obtinuerunt, et ideo ceteri nullos timores inde conceperunt. Faciamus ergo, quicunque de noſtris militibus caſtrum ſcandendo primus intrauerit, magnis eum honoribus exaltabimus, et equos meliores et captiuum ſuperiorem, qui fuerit in caſtro, ipſi dabimus, præter Regem perfidum, quem in ſupremo ramo ſuſpenſum ſuper omnes eleuabimus.* Placet omnibus conſilium. Vota vouent Domino et beatæ Virgini. ſtatimque ſequenti mane, celebratis primo miſſarum ſolenniis, pugna inchoatur. Fiunt comportationes lignorum; ſed omnis labor fruſtratur, eo quod tempus adhuc vindictæ Dei non venerat. Ad horam itaque nonam *Eſtones* ſcelerati in caſtro magnos incendunt ignes: foramen in munitione magnum aperiunt, de quo rotas, ignibus impletas, demittentes ſuper turrim dirigunt, magnaſque lignorum ſtrues ſuperadiiciunt. Sed fortes armati Chriſtianorum ignes diſſipant et extinguunt, rotas deſtruunt, omnem flammarum impetum arcent, turrimque ſuam validis

d) Buccinas Ruſſorum *Tarantas* vocare viderur a ſono. V. CANGIVS voc. *Tarantara*.

e) Qui nam hi Duces Fridericus et Fridehelmus? Hæc nomina hoc certe tempore exulant inter Duces inferioris Germaniæ et Borealium Regnorum. Quare *Ducis* vocabulum hoc loco non pro nomine *dignitatis*; ſed pro teſſera *familiæ* accipiendum puto, cui cognomen *Hertoge* adhæſerit. Neque Fridehelmum *Nobilem* credo fuiſſe, niſi in ſenſu grammatico, quo nobilis virum præclarum denotare ſolet. Nam et ſupra in Geſtis MEINARDI *not. p*). *Burgenſem de Meydeburg* habuimus, qui itidem *nobilis* et diues audit. Num Fridehelmus Hertoge, quod exercitui Cruce ſignatorum annonam forte, pecuniam et arma ſubuexit, et *Commiſſarii bellici* vices obiit, in tanta dignatione habitus eſt? Tales enim nobiles plerumque et diuites aut ſunt, aut fiunt, ſi res ex voto ſuccedunt. Qua in ſententia confirmatior factus ſum, ex quo in diplomate, quod N. IX. §. 7. inſerui, occurrit mihi *Albero, dictus* REX, *ciuis Bremenſis*, et in alio inter Conſules Ciuitatis Bremenſis *Thidericus* DVX: qui in vernacula haud dubie *Hertoge* audiit.

1223. validis manibus defendunt. Interea alii de exercitu ligna comportantes, pontem incendunt: contra quos *Rutheni* cuncti ad portam concurrunt.

6. IOHANNES vero *de Appeldern* f), *frater Episcopi*, *miles præclarus*, ignem tollens in manum suam, vallum primus scandere cœpit. Cui *minister ipsius*, *Petrus Ogus*, statim secundus affuit, et, nulla mora interueniente, ad munitionem vsque in scalis repente deueniunt. Quod videntes alii milites, currunt omnes, audacter insequentes eos. Quid plura? Festinat vnusquisque, vt primus ascendat; vt Iheſu Christi suæque matris Mariæ gloriam et laudem exaltet; vt ipse post hanc vitam tandem et mercedem pro labore suo recipiat. Et ascendit (qui primus obuenerit, nescio, Deus scit) et sequebatur eum vniuersa multitudo. Eleuabat enim vnusquisque consocium suum desuper in castrum, et alii per foramen, per quod castrenses rotas cum ignibus emiserant, intrauerunt, et primi sequentibus loca præparabant, et gladiis et lanceis *Estones* deturbabant, ac de munitione effugabant. Postquam igitur iam Teutonici multi venerunt in castrum, sequuti sunt eos Letthi etiam, et ex Liuonibus quidam. Et statim cœperunt interficere populum, tam viros quam mulieres quasdam, et non pepercerunt vlli, vt plus quam millenarium cæsorum adimplerent. *Rutheni* vero, diutissime se defendentes, tandem victi sunt, et desuper infra munitionem fugerunt. Sed statim inde extracti, a militibus occisi sunt omnes, vna cum *Rege* suo, supra ducenti numero. Alii quoque de exercitu circumdederunt vndique castrum in circuitu, non sinentes effugere quemquam. Quicunque enim de castro descendens intus euadere poterat, in manus illorum, qui foras erant, incidebat. Ex omnibus itaque viris, qui in castro erant, remansit vnus viuus tantum, qui fuerat *magni Regis* de *Susdalia* vasallus, missus a Domino suo cum aliis *Ruthenis* ad idem castrum. Hunc vestientes postea Fratres Militiæ remiserunt in *Nogardiam* et in *Susdaliam* in equo bono, vt verbum, quod factum erat, Regibus denunciaret. Interfectis autem viris omnibus, facta est exultatio magna et ludus Christianorum in tympanis, et fistulis, et instrumentis musicis, eo quod vindictam vindicauerant de malefactoribus, et quod omnes perfidos, de Liuonia et *Estonia* ibidem collectos, interfecerant. Post hoc tulerunt arma *Ruthenorum*, et vestes, et equos, et spolia cuncta, quæ fuerunt in castro, et mulieres adhuc superfluas, et paruulos, et, incenso castro, statim sequenti die cum gaudio magno reuersi sunt in Liuoniam, pro victoria sibi a Deo collata laudantes in cælum, quo-

f) Habemus tandem gentilitium familiæ *Albertinæ* nomen, proditum in fratre Episcopi, IOANNE. Quod argumentum, iis nationibus, quæ singulos nobilium familiarum fratres singulis eisque diuersis cognominibus ornare solent, inutile, inter Germanos est stringentissimum, non nisi vnum idemque cognomen fratribus pluribus tribuentes. Vnde Germanorum stemmata, ex quo cognomina in vsu esse cœpere, concinnatu faciliora sunt, quam Gallorum et Anglorum, et qui horum mores sequuntur. Cetera *Apeldern-iana* vide supra *ad annum* MCLXXXXVIII. *not. a*).

g) En!

quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. *Nogar-* 1223.
denſes vero venerant cum exercitu magno in *Pleſcekowam*, volentes caſtrum *Tarbetam* ab obſidione Teutonicorum liberare. Sed audientes, idem caſtrum iam captum, viroſque ſuos interfectos, cum dolore vehementi et indignatione reuerſi ſunt in ciuitatem ſuam.

7. OSILIANI quoque *Theodoricum*, *fratrem Epiſcopi*, liberatum a captiuitate, remiſerunt in Liuoniam. Maritimi vero, *Rigam* venientes, ad obedientiam Epiſcopi redierunt, et cenſum duplicem, quem propter *Danos* duobus annis neglexerant, integraliter perſoluerunt, et fidelitatem perpetuam Eccleſiæ *Rigenſi* promittentes, ad fidem Chriſtianam redierunt. Similiter *Warbolenſes* tributum et munera deferentes, per omnia ſe *Rigenſibus* exhibebant. Sed Rigenſes, ceu honeſti viri, nihil certi de eis definientes, ſeptem tantum prouincias in maritimis, quas omni iure ſemper poſſederant, indubitanter recipiebant. Nihil iuris *Rigenſibus* in maritimis vnquam defuerat, quæ expugnatione ad fidem Chriſtianam, et baptiſmo, et cenſu, et obſidibus, ſemper poſſederant, et Regi *Daniæ* nunquam obſides eiuſdem maritimæ reddiderant. *Wironenſes* quoque et *Gerwanenſes*, audita caſtri *Tarbatenſis* expugnatione, *Rigam* venerunt, et equos et munera *Dominis* attulerunt.

8. EPISCOPVS vero *Hermannus* abiit cum ſuis in *Vnganniam*, et cœpit caſtrum *Odempe* ædificare, et locauit in eo viros *nobiles* et *milites* honeſtos, *Engelbertum* videlicet, *generum ſuum*, *de Tyſenbuſen* g), et *Theodoricum* fratrem ſuum h), et *Helmoldum de Lunenborch* i), virum prudentem et *nobilem*, et *Iohannem* de *Dolen*, donans vnicuique eorum *prouinciam*, id eſt, *Kylegundam* vnam in *feudum*, et alios Teutonicos quam plures ad cohabitandum in eodem caſtro recepit, vt et terram et caſtrum defendant de inimicis, et *Eſtones* ſubditos ſuos fidem docerent Chriſtianam. *Eſtones* vero, tamquam perfidos adhuc, ſecum in caſtro cohabitare non permiſe-

Rr runt.

g) Enl origines fortunæ *Tieſenbuſiorum*, inde a quingentis annis per Liuoniam, cum nobilitate generis, tum maximis rebus geſtis florentium, atque etiamnum opibus præpollentium et auctoritate.

h) Ab Oſilienſibus captum et paullo ante dimiſſum. Sunt, qui illud *ſuum* non ad Epiſcopum referant, ſed ad Engelbertum, adeoque duos ſtatuant fratres *Tieſenbuſios*. Prius tamen magis placet, quippe indoli linguæ conuenientius.

i) *Luneburgiorum* familia dubio procul fuit inter optimas, quia Henricus Leo, in terram ſanctam abiturus, *Henrico de Luneburg*, vna cum Ecberto de Wolfelbutle, curam Coniugis commiſerat. ARNOLD. LVBEC. *l. 3. c. 2. n. 5.* Quem locum vellem inſpicerent, qui quoſcumque *de Luneburg* vel *de Brunſwick* dictos inueniunt, eos ad familiam *Welficam* referunt, ſeruos miſcentes Dominis. *Wittorpios* ſub hac appellatione latere, atque hoc nomine veniſſe, quia Luneburgo Aduocati præeſſent, non ſine ſpecie quadam veri ſuſpicantur nonnulli. Qui enim e Welfis ita dicti fuere, tot non ſunt, vt non facile eorum numerus iniri poſſit: præter ſcilicet Wilhelmus, et filius Otto. Sed hi Comites vaſallos habuere, et nobilitatem iactarunt, æmulam primigeniæ. V. ARNOLDVS LVBEC. *l. 6. c. 15. n. 1.* CHRONICON WEINGART. *c. 3.* Nec tamen hi ſoli ita appellati; ſi vnquam. Siquidem honos ille aliis quoque contigit, Aduocatia Ducis in vrbe illa fungentibus. Verſatur mihi hoc ipſo tempore ante oculos diploma MS. ex anno MCCLXXX. quo teſtis eſt *Otto Magnus de Luneburg et frater ſuus Gerhardus*. Cuius *Grotii* cognomen *de Luneburg* non alia ratione nititur, quam ea, de qua diximus. Welfus certe non fuit, nec eſſe potuit.

1223. runt. Sacerdotes quoque idem Episcopus secum vocauit in *Vnganniam*, et eis Ecclesias in beneficio donauit, et eos annona et agris sufficienter dotauit. *Estonibus* quoque de decima, semper a Deo statuta, competenter docendo proposuit, et receperunt eam, et soluere cœperunt eam deinceps annuatim. Inde et sacerdotibus et Vasallis suis necessaria dare et promissa soluere disposuit fideliter. *Rotmarum* etiam, *fratrem suum*. Præpositum instituit, locum sibi conuentus in *Darbeta* præordinans et villas viginti quatuor, et reditus et agros sufficienter assCribens, *Canonicos Regulares* ibidem fieri disposuit, et *Cathedralem Ecclesiam* suam illam esse decreuit.

9. FRATRES autem Militiæ abierunt in Saccalam, et castrum *Viliende* possidentes, firmissime illud ædificare cœperunt. Et sacerdotes in Ecclesiis locantes, reditus eis tam in annona, quam in agris sufficientes assignabant, et decimam ab *Estonibus* recipiebant. Insuper et satisfactiones plenas, pro cunctis sibi ablatis et pro damno sibi illato, tam in *Vngannia*, quam in *Saccala* perceperunt totaliter. Sed et *Waygam* diuidentes, medietatem ad *Vnganniam* attribuerunt, et aliam sibi medietatem cum *Saccala* et *Normegunda* et *Mocha* obtinuerunt. Miserunt et *Rutheni* de *Nouogardia* et *Plescowe* nuncios in *Rigam*, petentes ea, quæ pacis sunt. Et receperunt eos *Rigenses*, facientes pacem cum eis, et tributum, quod semper habuerunt in *Tholowa*, eis restituentes. Letthos vero de *Tholowa*, Rigensis Episcopus cum Fratribus suis Militiæ diuidebat, et duas partes accipiens Episcopus, tertiam Fratribus Militiæ relinquebat.

ANNVS ALBERTI EPISCOPI XXVII. CHRISTI MCCXXIV - MCCXXV.

1. *Darbetensem victoriam alta quies Liuoniensis Ecclesiæ insequitur.*
2. *Apostolicæ Sedis Legatus, Guilielmus, Mutinensis Episcopus, in Liuoniam venit.*
3. *Circuit totam Lettiam et Estoniam.*
4. *Rigam, redux Iudicia habet, et Russorum Legationibus, nec non a Westhardo Semigallo, et Wissewaldo Lettonum duce salutatur.*
5. *Ipse Liuones, ad Dunam habitantes, visitat.*
6. *Estoniæ partes inter Teutones et Danos litigiosas sedi Apostolicæ adiudicat.*
7. *Ipse, eo profectus, terras illas in fidem recipit, constitutis iudicibus Pontificiis.*
8. *Habito Rigæ Concilio, naues conscendit.*
9. *Auctor hos annales veluti sigillo suo roborat.*

1224. 1. ANNVS bisdecimus septimus Antistitis exstitit, et iam Liuonum terra tranquilla pace silebat. Postquam enim captum est castrum *Tarbatense* fortissimum, et *Estones* omnes et *Rutheni* simul cum *Rege* sunt interfecti; cecidit timor *Rigensium* et Teutonicorum super omnes terras vicinas, et super omnes gentes, quæ erant in circuitu. Et miserunt omnes nuncios suos cum muneribus suis in *Rigam*, tam *Rutheni*, quam *Estones maritimi* et *Osiliani*, *Semigalli* et *Curones*, nec non et *Letthones*, quærentes pacem et societatem eorum, timentes, ne sibi similia facerent, sicut *Tarbatensibus* intulerant. Et receperunt eos *Rigenses*, dantes pacem omnibus,

bus, quicunque petebant ab eis, et ſiluit terra in conſpectu eorum. 1224.
Et exiuerunt *Eſtones* de caſtris ſuis, reædificantes villas ſuas exuſtas, et Eccleſias ſuas: ſimiliter et Liuones, nec non et Letthi de latibulis ſiluarum egredientes, in quibus annis iam plurimis tempore bellorum latitauerant: et rediit vnuſquiſque in villam ſuam, et ad agros ſuos, et arabant et ſeminabant in ſecuritate magna, quam ad *quadraginta* annos a) ante, aperte non habebant, eo quod *Letthones* et aliæ gentes, tam ante prædicationem verbi Dei in Liuonia, quam poſt baptiſmum eorum, nunquam dederunt eis requiem et ſecuritatem. Nunc ergo ab hoc tempore et anno incipiebant quieſcere, gaudentes in agris et laboribus ſuis, et non erat, qui exterreret eos, et ſapientes plenius de fide Chriſtiana, confeſſi ſunt Ieſum Chriſtum Dei filium, qui poſt triſtia bella et poſt multorum interfectiones, et poſt peſtilentias et mala multa, tandem miſertus eſt reſiduo populo ſuo, tribuens eis pacem et ſecuritatem. Et requieuit omnis populus poſt dominum, benedicens ei, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

2. EODEM anno, qui fuit a Chriſto nato M.CC. et XXIIII. miſerat venerabilis Rigenſis Epiſcopus *Mauritium*, ſacerdotem ſuum, in Curiam Romanam, petere ſedis Apoſtolicæ Legatum in Liuoniam. Et annuit Summus Pontifex, Honorius III. Romanus, qui tunc non *Romæ*, ſed *Barione* aa) ſedem tenuit. Et miſit venerabilem *Mutinenſem Epiſcopum*, palatii ſui cancellarium, *Guilihelmum* b), cum eodem ſacerdote in Liuoniam, et venit cum familia ſua,

a) Turbatio igitur incidit in annum MCLXXXIV. Et cum ex his XXXX annis nonnulli dandi ſint tempori, quod effluxit *ante prædicationem verbi*; ex hoc nouum argumentum duximus, Meinardum ante dictum annum in Liuoniam non veniſſe, et annum MCLXXXVI. quem Arnoldus habet, non Præſulatus, ſed Aduentus et Prædicationis Meinardianæ primum fuiſſe.

aa) Hæc ita ſunt intelligenda, vt miſſio Mauritii in annum MCCXXIII. et aduentus Legati in Liuoniam inciderit in annum MCCXXIIII. Cum enim Mauritius Pontificem non Romæ, ſed Barione offenderit; vtique anno ſuperiori eo adpulerit oportet, quo Honorius PP. III. militari in Campania concilio interfuit: de quo RAYNALDVS *ad annum* MCCXXIII. *n. 1.*

b) De hoc Guilielmo de Sabaudia, Epiſcopo primum Mutinenſi, poſt Sabinenſi, et S. R. E. Cardinali, Lugduni denique anno MCCLI. defuncto, pluribus agit VGHELLI *Ital. Sacr. t. 1. p. 172.* ſub Epiſcopis Sabinenſibus, et *t. 2. p. 120.* ſub Mutinenſibus, nec non ALPHONS. CIACON. *Geſt. Pontif. et Cardinal. t. 1. p. 568.* eiuſque Commentator OLDOINVS *t. 2. p. 116.* Ex quibus æque ac ex BARONII Continuatoribus, SPONDANO, BZOVIO et RAYNALDO conſtat, plures eum non in Liuoniam ſolum et Pruſſiam, ſed et per reliquum Septemtrionem Legationes Sedis Apoſtolicæ obiiſſe, quarum hæc prima fuit. Literas Honorii PP. III. quibus hoc ei officium demandatum eſt, damus in appendice documentorum. Hic ſubiicere iuuat teſtimonium Alberici, de viri huius diligentia et feruore ita ſcribentis *ad annum* MCCXXVIII. *In Prucia, que eſt vltra Poloniam et vltra Pomeraniam, Epiſcopus Mutinenſis, Guillelmus, miſſus a Papa Legatus, ingenio et ſapientia ſua, non fortitudine* (non armis), *multos paganos ad fidem attraxit, et linguam eorum ex magna parte didicit. Inſuper principium artis grammatice, ſcilicet Donatum, in illam barbaram linguam cum maximo labore tranſtulit. Erant autem hoc anno in illis partibus quinque tantummodo paganorum prouincie acquirende: iſta videlicet, de qua agitur, Prucia, Curlandia, Letonia, Witblandia* (f. Wirlandia) *et Sambiter* (f. Samblandia). FRANCISCVS AVGVSTINVS AB ECCLESIA in *S.R.E. Cardinalium, Archiepiſcoporum et Abbatum Pedemontanæ Regionis Chronologica Hiſtoria*, Auguſtæ Taurinorum anno MDCXLV. excuſa, *p. 34.* de eo ita diſſerit: „Guillelmus, „a Ciaconio *Subalpinas*, et a Deoſtubery *Pe-*„*demontanus* appellatus, cuius patria et co-„gnomen ignorantur, cum vitæ honeſtate, „optima conſuetudine ac non vulgari eruditione

1224. ſua, et cum peregrinis et cum vniuerſo comitatu ſuo in *Dunam*. Et occurrerunt ei *Rigenſes*, excipientes eum, et cum gaudio magno ac pompa deducentes eum in ciuitatem. Congaudebat ſimul et ipſe, et collaudabat Ieſum Chriſtum, Mariæ filium, eo quod vineam Dei tam glorioſe plantatam, et Eccleſiam fidelium ſanguine multorum irrigatam, et tantam, et in tantum dilatatam, inuenit, vt in ramis ſuis ad decem dierum iter vſque in *Reualiam* ſe dilataret et extenderet, vel alia via in *Pleſcekowe*, vel iuxta *Dunam* vſque *Gerceke*, totidem alias dietas ſe dilataret, quæ et Epiſcopatus quinque c) iam diſtinctos cum Epiſcopis ſuis haberet. Et ſtatim remiſit nuncios ſuos in Curiam Romanam, rerum veritatem Summo Pontifici reſcribendo.

3. IPSE vero circa nouiter conuerſos ſollicitus, Liuones, et alios, qui erant in ciuitate, viros et mulieres ſæpe conuocando, verbum Dei ſedulo miniſtrauit, et indulgentias multas cum gaudio donauit. Poſt hoc Liuones et alios, et Letthos, et Eſtones videre deſiderans, abiit Legatus in *Thoreidam*, et fuit cum eo venerabilis Rigenſis Epiſcopus, et *Iohannes*, Eccleſiæ beatæ Mariæ præpoſitus, et alii quam plures ſapientes et diſcreti viri. Et primo venit in *Kubbeſele* d), Liuonibus ibidem Miſſarum celebrans ſolennia, ver-

„tione eſſet conſpicuus, ab Honorio III. Pon„tifice Maximo Legatus Archiepiſcopus (leg. „*Apoſtolicus*) in Liuoniam et Pruſſiam (*diuerſis temporibus*) miſſus, cum facultate Epi„ſcopales ſedes in illis regionibus erigendi, „et Epiſcopos conſtituendi, vt fidem catho„licam gentibus barbaris et infidelibus prædi„carent, ita laudabiliter ſe geſſit, vt ad Curiam „reuerſus, Cardinalitiam dignitatem prome„ruerit. Quocirca Innocentius IV. illum ex „Epiſcopo Mutinenſi anno MCCXXXIIII. „Epiſcopum Cardinalem Sabinenſem crea„uit. Obiit Lugduni paulo ante diſceſſum „Innocentii anno MCCLI. et apud Prædica„tores ſepultus cum ſequenti elogio„: *Hic iacet Zelantiſſimus Prædicator et Laudator nominis Ieſu Chriſti, aſſertor fidei et totius veritatis, vir permagnæ ſanctitatis et ornament. pietatis, Pater venerabilis, D. Guillelmus, Sabinus Epiſcopus Card.*

c) Quinque illi Epiſcopatus ſunt I. *Rigenſis*, cui præerat ipſe Albertus. II. *Lealenſis*, poſtea *Oſilienſis* dictus, quem poſt Theodoricum et Hermannum, Alberti fratrem, *Godefridus* tum regebat, Prior de Porta cæli, Ciſtercienſis Ordinis monaſterio prope Numburgum ad Salam Thuringicam. III. *Selonienſis* Semigallorum, in quo Bernardo Comiti Lippienſi ſucceſſit *Lambertus*. IV Vngannenſis ſeu Dorpatenſis, quem inſtituit *Hermannus*, Alberti Epiſcopi frater. V. *Reualienſis*, cuius inſula primum ceſſit *Weſſelino*, Woldemari II. Daniæ Regis Capellano (niſi malis Reualienſi ſubſtituere Piltenſem). Præter hunc Arhiepiſcopo Lundenſi ſubiectum, ceteri pendebant e nutu Rigenſis. Etenim iam ſuperiori anno MCCXXIII. referente RAYNALDO *ad h. a. n. 30*. Honorius PP. III. rogatus fuit, vt eccleſiam Liuonienſem, h. e. Rigenſem, Selonienſi et Lealenſi, quæ nuper ex ethnicis ad fidem conuerſis collectæ fuerant, metropolitana dignitate cohoneſtatam, præficeret. Quod licet is in opportunius tempus diſtulerit; ſuas tamen interim partes Epiſcopum Liuonienſem (Albertum) ibi agere iuſſit, atque adeo cauſas, ad ſedem Apoſtolicam ceterum deferendas, quauis prouocatione remota, cognoſcere. Et cum idem apud Apoſtolicam ſedem queſtus eſſet iniurias, ſibi ab Archiepiſcopo Bremenſi et Canonicorum illius eccleſiæ Collegio illatas, qui Liuonienſem eccleſiam ſuæ, Metropolitano iure, ſubiicere conabantur; Honorius cœptis eos abſtinere iuſſit. Nunc, cum referente eodem *ad annum* MCCXXV. *n. 16*. Legatus Guilielmus ſuis e Liuonia ad Pontificem datis literis ſatis enarrare non poſſet, vſque quo fidei cultus iſtis regionibus auctus et amplificatus eſſet; Pontifex ipſe per ſe de noua ibi Metropolitana ſede inſtituenda cogitauit, eaque de re cum Guilielmo Legato per literas egit, quem id præſtare iuſſit, quod in ſacram rem vtilius videretur, ſeque de tota re fäceret certiorem. Voti, cuius compos non factus Albertus primus, damnatus fuit ſucceſſor, poſt Nicolaum, Albertus ſecundus, eo tamen, vt res geſtæ docent, nihilo beatior, niſi quod in coniunctione Fratrum Teutonicorum et Gladiferorum ei pariter ſubiicerentur Pruſſiæ Epiſcopi.

d) Caſtrum Cauponis; quo de ſupra dictum ſatis.

verbumque ſalutis prædicando, vt eos in fide catholica confortaret. 1224.
Ac deinde in *Vitiſele* et in *Letthegore* idem faciebat. Et poſtea in *Metſepole* et in *Vdumæa* et in *Letthia* ſimiliter faciendo, ſemen Euangelicum cunctis ſeminauit, fructumque bonum referre docebat, fidemque Chriſtianam eis diligenter enodauit. Et tunc proceſſit in *Vnganniam*, ibique Eccleſiam fidelium tam Teutonicorum, quam et Eſtonum, et caſtrum *Odempe*, nouis habitatoribus inhabitatum, inuenit, et firmiter ædificatum, et benedixit Dominum, eo quod et in *Eſtonia* conuentum inuenit fidelium. Et *Eſtones* inſtruendo in fide Ieſu Chriſti, Teutonicoſque fideliter exhortando, commonitos habebat, quatenus benigne commorantes, mala non ſuſcitarent ad inuicem, nec Teutonici grauaminis aliquod iugum importabile neophytorum humeris imponerent, ſed iugum Domini leue ac ſuaue, fideique ſemper docerent Sacramenta. Et benedicens eis, profectus eſt in *Saccalam*, vbi in prima parochia, quam inuenit apud ſtagnum *Worcegerwe*, nouiter conuerſos Eſtones deuotiſſime docendo, commonebat, ne vnquam a fide Domini noſtri Ieſu Chriſti diſcederent. Et inde procedebat in caſtrum *Viliende*, quod eſt Fratrum Militiæ, quod et ipſi iam tunc firmiſſime ædificauerant. Et exiuerunt etiam ipſi Fratres, cum gaudio occurrentes Apoſtolicæ ſedis Legato, et ſuſcipientes eum in caſtrum, et nunciantes ei omnia mala, quæ propter fidem Chriſtianam ibidem ab Eſtonibus perpeſſi ſunt. Et conuocauit Eſtones, viros et mulieres, ad Eccleſias eorum, et abiit ad eos, et verbum exhortationis fideliter miniſtrando commonuit eos, ne deinceps tanta mala committentes, fidei ſacramenta violare præſumerent. Similiter et Fratribus Militiæ doctrinæ ſanctæ monita deuotus ibidem impendens, docebat eos, ne ſubditis ſuis, ſtultis Eſtonibus illis, aut in decimis accipiendis, aut in aliis quibuſcunque cauſis, nimium graues exſiſterent, ne per talem occaſionem iterum ad paganiſmi idololatricos cultus delaberentur. Venerunt quoque ad eum ibidem nuncii *Danorum* de *Reuelis*, excipientes eum cum gaudio, ſuas ei tribulationes et bella nunciantes. Similiter et Eſtonum nuncii de *Maritimis*, qui cum *Danis* ſemper pugnabant, venerunt ad eum, offerentes ei terras ac prouincias ſuas, ſicut et Rigenſibus ſemper offerebant, tantum ſi defenderet eos a *Danis* et *Oſilianis*. Et recepit eos. Et poſt hoc reuerſus eſt in terram *Letthorum*, et in *Tricatia* conuenerunt Letthi de tota prouincia, quæ *Toloma* vocatur, ad eum: quibus ipſe verbum Dei prædixit cum lætitia, et omnia fidei ſacramenta fideliter diligenterque eis expoſuit. Et inde procedens in *Wenden*, a Fratribus Militiæ et ab aliis *Teutonicis*, ibidem habitantibus, deuotiſſime receptus eſt, et inuenit ibi *Wendorum* et *Letthorum* maximam multitudinem. Vnde mane facto, congregatis Letthis vniverſis, læte et cum lætitia lætam eis Domini noſtri Ieſu Chriſti doctrinam prædicauit, et ſæpius paſſionem eiuſdem Domini Ieſu commemorans, lætos eoſdem quam plurimum lætificauit, fidemque eorum et conſtantiam commendans, eo quod ſponte et abſque vlla bellorum

1224. perturbatione fidem Christianam primo susceperint, et postmodum nunquam, more Liuonum et Estonum, baptismi sacramenta violauerint, humilitatemque eorum et patientiam collaudauit, qui nomen Domini nostri Iesu Christi ad Estones et ad alias gentes etiam læte portantes, multos de gente sua propter eandem fidem Christianam occisos, in martyrum (consortium) absque vllo dubio transmiserunt. *Wendis* e) etiam doctrinæ suæ fidelia monita non subtraxit, nec non et Dominis ipsorum, Fratribus Militiæ, quatenus subditis suis leue semper iugum imponentes, fideliter cohabitarent, attentius iniunxit. Et post hoc in *Sygewalde* similia pietatis documenta ministrans, omni studio Liuones, ne deinceps, neglectis baptismi sui sacramentis, ad paganismum redirent, admonuit. Et semper Fratres Militiæ, nec non et alios Teutonicos, in aliis prouinciis commonitos habebat attentius, vt Liuones et Letthos et alios Neophytos, docentes fidem Christianam, onusque suaue Iesu Christi humeris eorum imponentes, tam in decimis, quam in aliis causis parcerent eis, ne grauati nimium, ad infidelitatem redirent. Et consummatis his omnibus, reuersus est *Rigam*.

4. ET ibidem venerunt ad eum Teutonici, Liuones et Letthi, quærentes iudicia super causis diuersis. Et respondit vnicuique secundum causam et querimoniam ipsius, et causas multorum litesque determinauit. Audientes quoque Rutheni *Nogardienses*, et alii de ciuitatibus aliis, Apostolicæ sedis in *Riga* Legatum; miserunt ad eum nuncios suos, petentes ab eo pacis, iam dudum a Teutonicis factæ, confirmationem. Et exaudiuit eos in huiusmodi petitionibus, fidem eorum etiam multis exhortationibus roborando, remisitque omnes in terram suam cum gaudio ee). Venit etiam *Westhardus*, *Semigallorum princeps*, vocatus ad eum, quem multis disceptationibus et sermonibus longis ad fidem inuitauit Iesu Christi. Sed ille infidelitatis suæ duritia verba salutis non intelligens, et nondum baptismum recipiens, sed iterum de futuro promittens, prædicatorem domini Legati secum in *Semigalliam* admisit. Venerunt itaque de omnibus terris in circuitu videre Legatum curiæ Romanæ: inter quos erat etiam *Wissewaldus*, Rex de *Gerceke*: Comes *Burchardus* f): Episcopi *Danorum* de *Reualia*: *Osiliani* quoque et *Estones* maritimi, qui se in defensione ipsius offerebant, promittentes, se sacerdotes cum omni iure Christianorum recepturos, tantum vt ipsos ab impugnatione *Danorum* liberaret. Promisitque eis libertatem, et misit nuncios ad *Danos* et ad *Osilia-*

e) *Wendæ* itaque tres diuersæ nationes, vt lingua, ita et animis plerumque discordes, habitarunt. *Letthi* indigenæ: *Wendi* aduenæ: *Teutones* victores et Domini: Legatus enim singulas seorsim docuit. Wendorum colonia qua fortuna eo fuerit delata, et loco nomen dederit, dixit Noster *ad annum* MCCV. *n. 14.*

ee) Hanc Ruthenorum salutationem Romam nuntiauit Legatus. Vnde secuta ipsorum ad amplectendam ecclesiam Latinam initiatio apud RAYNALDVM *ad annum* MCCXXVII. *n. 8.*

f) Sine dubio Comes ille de Aldenburg, de quo *ad annum* MCCXIV. *n. 2.* qui nunc in castris Danorum militauerit apud Reualiam.

g) Semi-

Oſilianos, quatenus bella remouerent, pacemque ipſius reciperent, et præceptis ſuis obedientes exſiſterent. 1224.

5. IPSE vero Neophytos adhuc alios videre deſiderans, Liuones in *Holme* viſitauit, ibique, celebratis Miſſarum ſolemniis, ſeminatoque doctrinæ ſanctæ ſemine, in *Vkeſkolam* proceſſit, vbi primorum ſanctorum Epiſcoporum memoriam commemorans, etiam illos Liuones in Dei ſeruitio confortauit. Deinde in *Lenewarden* et in *Aſcherade*, non minus ab idololatria Liuones revocans, culturam vnius Dei diligenter edocuit. Tandem in *Kukennoyſe* ſimiliter documentorum ſanctorum monita tam Teutonicis, quam *Ruthenis* et Letthis et *Selonibus* cohabitantibus, fideliter impendit, commonendo ſemper Teutonicos, ne ſubditos ſuos duris grauaminibus et exactionibus, in debitis eorum, nimium læderent, ſed fidem Chriſti ſedulo docendo, conſuetudines Chriſtianas inducerent, et ritus paganorum abolerent, et tam exemplis eorum bonis, quam verbis eos inſtruere docerent.

6. REVERSO vero Legato ſedis Apoſtolicæ rurſus *Rigam*, ſurgentes Teutonici, qui erant in *Odempe*, tempore autummali, cum omni comitatu ſuo, ad vocationem Seniorum *Wiron enſium*, venerunt in *Wironiam*, et præoccupantes caſtra *Wironiæ*, *Danos* expellebant, dicentes, *terram ipſam primitus a Liuoninenſibus vexillo beatæ Virginis ad fidem Chriſtianam ſubiugatam.* Et cœperunt dominari in omnibus prouinciis et caſtris *Wironiæ*. Quo cognito, Dominus Legatus idem conuocauit ad ſe Teutonicos eoſdem, et cenſura Eccleſiaſtica compellebat eos, terram ipſam in protectionem Summi Pontificis reſignare, mittenſque ſtatim nuncios ad *Danos* in *Reualiam*, ſimiliter compellebat et eos, in manus ſuas reſignare terram ipſam, nec non et alias terras, de quibus contendebant Teutonici cum Danis. *Dani* vero, non audentes contra ſtimulum calcitrare, promiſerunt, ſe Curiæ Romanæ fideliter obedire, et reſignauerunt in manus nunciorum Domini Legati, Epiſcopi Mutinenſis, Guilhelmi, *Wironiam*, *Gerwam*, *Harriam*, atque *maritima*, et literas ſuas ſigillatas in *Rigam* mittentes, donationem ipſam confirmauerunt. Quo facto, Legatus idem viros ſuos, peregrinos et ſacerdotes, mittens in *Wironiam*, *Teutonicos* et *Danos* cunctos remouit, habens terras ipſas in ſua poteſtate.

7. POST autem feſtum Epiphaniæ, cum propter niues et gelu via ſit in frigidis terris illis melior ad eundum, abiit Dominus Epiſcopus Mutinenſis, Legatus Summi Pontificis, cum clericis et ſervis, aſſumens ſecum *Semigallorum Epiſcopum Lambertum* g), et *Iohannem*

g) Semigallorum vel Selonienſis Epiſcopus ad hæc tempora fuit Bernardus Comes de Lippia: cuius obitum non annotauit Noſter. Obiiſſe tamen eum ante hunc annum, non ſolum hic locus oſtendit; ſed et coniicitur ex ALBERICO, qui ad annum MCCXXXII. *p. 542.* ita ſcribit: *Primus Epiſcopus Seloniæ fuit Dominus* BERNARDVS; *ſecundus* LAMBERTVS; *tertius* BALDVINVS *prædictus* (de Alna): *et vocatur Epiſcopus Semigalliæ.* Quo ipſo egregie confirmantur, quæ diximus *ad annum* MCCXVII. *not. a).* Plures Epiſcopos *Selonia* non habuit. Licet enim Moguntinus, poſt obitum Balduini, monachum quemdam de ordine Fratrum Minorum, Henricum de Lützkeburg, Selonienſem

1224. *Iohannem*, Rigenſis Eccleſiæ præpoſitum, ciues quoque Rigenſes, et Fratres quoſdam Militiæ, cum pluribus aliis, et pertranſiens Liuoniam, venit in *Letthorum* prouinciam, et de Letthis in *Saccalam*, licet in magna corporis ſui debilitate. Et requieſcens in *Viliendo*, ſeu *Vellino*, duobus diebus, poſtea abiit in *Gerwam*, et occurrerunt ei omnes Gerwanenſes in villa *Caretben*, quibus ipſe verbum Dei cum gaudio prædixit, fidem inſtruendo catholicam, et in manus Summi Pontificis eos colligendo, proceſſit ad primum caſtrum *Wironiæ*, quod *Agelinde* vocatur, et ibi lætiſſime et glorianter exceptus, omnem eorum multitudinem conuocauit, et monita ſalutaria vitæ æternæ præbens, nomen aperuit eis Ieſu Chriſti. Et inde *Tarwaupe* procedens, ſimilia faciebat. Et venerunt eo *Dani*, ſicut vocati fuerunt. Et facta eſt pax inter *Teutonicos* primo et *Danos:* deinde cum *Eſtonibus* de cunctis prouinciis. Et poſt hoc profectus eſt Legatus idem in prouinciam *Tabellum*, vbi Seniores omnes *Wironiæ* conuenerunt ad eum, audientes ab eo doctrinam et fidem Chriſtianam, et recepit eos omnes ad manum Summi Pontificis, et ſtatuit ex eis *Seniores* et *Iudices* in omnibus prouinciis ſuis, et tunc rediit in *Tarwaupe*. Et inde abiit ad caſtrum *Danorum* in *Reuelim*, et etiam ibi receptus eſt a *Danis* et *Swecis*, et a cunctis ibi habitantibus, in lætitia. Et poſthoc pueros obſides *Wironiæ* cœpit ab eis requirere, et nolebant reddere eos in manus ipſius; ſed cenſura Eccleſiaſtica perculſi, tandem eos reſtituere cogebantur, et remiſit eoſdem obſides parentibus ſuis in *Wironiam*. Receperunt etiam *Warbolenſes* pacem Domini Legati Romani, et venerunt ad eum in *Reualim*. Sed ad inſtantem Danorum petitionem, reddidit eos *Danis* eiſdem, cum ceteris *Harrionenſibus*. Illam vero *Kiligundam*, quæ *Maritima* vocatur, cum alia tota maritima, et *Wironia* et *Gerwa* in Summi Pontificis Romani accepit poteſtatem. Congregati ſunt etiam Eſtones *Reualenſes* coram eo, ſimul cum eis Dani, quibus ipſe deuote verba ſalutis æternæ miniſtrauit, et fideliter admonuit, vt benigne cohabitantes, infidelitatis deinceps conſilia deuitarent. Perfectis vero his omnibus, ſacerdotes ſuos in maritima miſit, et ipſe per *Saccalam* reuerſus eſt in *Rigam*. Sacerdotes autem ipſi, *Petrus* videlicet *Kakewaldus*, cum confratre ſuo, alio ſacerdote, abierunt in *Sontagana*, et receperunt eos maritimi cum gaudio, et audiuerunt ab eis viri et mulieres, et parvuli, qui remanſerant ante non baptizati, tam in *Sontagana*, quam in *Maianpathe* et *Puekalle*. Et poſt hoc reuerſi ſunt etiam ipſi gaudentes in Liuoniam, de fidei propagatione Deum optimum Maximum collaudantes.

8. REVERSO ſedis Apoſtolicæ Legato, Epiſcopo Mutinenſi, rurſus *Rigam*, conuenerunt ad eum Epiſcopi, ſacerdotes, clerici, Fratres

ſem Epiſcopum inſtituiſſet; Innocentius tamen IV. anno MCCXLV. *Selonienſem* ſeu Semigallenſem dicecesin *Rigenſi* adiunxit, et Henricum illum tranſtulit in ſedem Curonienſem ſeu Piltenenſem, eodem tempore vacantem. Literas Iudicum delegatorum damus in appendice documentorum.

h) Intelli-

Fratres Militiæ, cum vaſallis nobilibus Eccleſiæ, ciueſque Rigenſes. Et præſentibus his omnibus, in Eccleſia beatæ Mariæ celebravit *ſolenne concilium* in quadrageſima Domini propter *Innocentii* inſtituta h), ea ad memoriam reuocando, et noua quædam adiiciendo, quæ nouellæ plantationis Eccleſiæ neceſſaria videbantur. Poſthoc vero, peractis cunctis et terminatis, tam inter Epiſcopum, clericos, Fratres Militiæ, et ciuitatem Rigæ, quantum in præſentia tenore ſuæ plenipotentiæ terminare poterat, et ſufficientibus indulgentiis datis ac conceſſis, valedicens ex animo cunctis, et benedicens, reuerſus eſt ad naues ſuas, commendans oratione ſua Liuoniam totam beatæ Dei genitrici Mariæ Virgini, et filio, Ieſu Chriſto, Domino ac ſaluatori noſtro, cui eſt honor et gloria in ſecula ſeculorum. Amen. 1224.

Et memini et meminiſſe iuuat. Scis cetera mater
Virgo Maria Dei. Tu miſerere mei!

9. MVLTA quidem et glorioſa contigerunt in Liuonia tempore conuerſionis gentium ad fidem Ieſu Chriſti per annos LXVII. præteritos, ex quibus primo inuentus eſt a mercatoribus *Bremenſibus* portus *Liuonicus*, quæ cuncta conſcribi, vel ad memoriam reduci non poſſunt, ne legentibus exiſteret etiam tædioſum. Sed hæc paucula conſcripta ſunt ad laudem eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui fidem et nomen ſuum perferri ac deportari vult ad omnes gentes, ipſo cooperante et confirmante, per quem talia ſunt operata. Qui tot victorias magnas et glorioſas de paganis ſemper conceſſit ſuis in Liuonia, et magis ſemper in paucitate virorum, quam in multitudine, de gratia ſuæ dilectæ genitricis, cuius honori, vna cum Filio ſuo, eodem Domino noſtro Ieſu Chriſto, omnes terræ iſtæ nouiter conuerſæ ſunt aſſcriptæ. Et ne laus eadem, ſibi de geſtis tam glorioſis debita, per negligentiam pigrorum, obliuioni in poſterum traderetur; placuit *hiſtoriam* eam rogatu et inſtantia *Dominorum* i) et ſociorum fidelium, humili ſtilo et ſcriptura conſcribere, et poſteris, qui diligentius et doctius ſequentia perſequerentur, relinquere, vt et ipſi laudem Deo tribuant, et ponant in eo ſpem ſuam, et non obliuiſcantur operum Dei, et mandata eius exquirant. Nihil autem hic ſuperadditum eſt, niſi ea omnia, *quæ vidimus oculis noſtris fere cuncta, et, quæ ipſi non vidimus propriis oculis, ab illis intelleximus, qui viderunt et interfuerunt.* Et non hoc adulationis alicuius aut lucri alicuius temporalis gratia; neque in amorem aut odium alicuius; ſed *nuda* et *plana veritate* conſcripſimus, et in delictorum noſtrorum remiſſionem, ad laudem ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti, et beatæ Virginis Mariæ, genitricis eiuſdem Domini, qui cum Patre et Spiritu Sancto fuit ſemper, et eſt, et erit benedictus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

ALBERTI

h) Intelliguntur decreta Concilii Lateranenſis, anno MCCXV. ab Innocentio PP. III. promulgata.

i) Per *Dominos* Fratres Militiæ intelligere videtur, quos ipſi Epiſcopi, ad populum verba facientes, paſſim Dominos ſuos appellare conſueuere v. gr. ad *annum* MCCXXIII. *n. 3. et 7.*

1225. ALBERTI EPISCOPI ANNVS XXVIII.
CHRISTI MCCXXV - MCCXXVI.

1. *Legatus, in Gotlandiam diuertens, Crucem prædicat contra piratas Osilianos.*
2. *Præfectus Legati in Estonia confligit cum Danis Reualiæ relictis.*
3. *Christianorum e Liuonia iter per glaciem in Osiliam.*
4. *Narrantur fortiter gesta in expugnatione castri Monensis.*
5. *Castrum Waldia in Osilia Insula deditur, et Osilienses Christiani fiunt.*
6. *Auctor in laudes Numinis diuini effunditur.*

1. BISDENVS octauus, postquam hæc conscripsissemus, sequitur annus vnius præsulis *Alberti*, habente Ecclesia Liuonienſi mediocrem vndequaque pacem, qua Sedis Apostolicæ Legatus, Episcopus de Mutina, *Guilhelmus*, Liuoniam derelinquens, ad naues circa mare diu resedit, ventorum largam gratiam exspectans. Et vidit subito redeuntes *Osilianos* ex *Swecia* cum spoliis et captiuis quam plurimis. Qui multas miserias et nequitias ac prauas libidines cum captiuis mulierculis et virginibus exercere solebant omni tempore, illudentes eas, et copulantes alias sibi in vxores, tres vnusquisque, vel duas, vel plures; licita sibi facientes illicita; cum non sit conuentio Christi cum Belial, nec pagani copula congrua cum Christiana: quas et *Curonibus* et paganis aliis etiam vendere solebant. Intelligens ergo Dominus Legatus Romanus omnia mala, quæ fecerant in *Swecia*, Ecclesiis videlicet incensis, et sacerdotibus interfectis, et sacramentis deletis et violatis, et similibus miseriis, condoluit captiuis, orans ad Dominum, vt fiat vindicta de malefactionibus. Veniensque in *Gotlandiam*, verbum Dei seminauit, cunctis Christiani nominis hominibus signum sanctæ Crucis exhibens, in remissionem peccatorum, ad faciendam vindictam in peruersis *Osilianis*. Obediunt Teutonici; Crucem recipiunt. *Gothi* reuiuunt a); *Dani* verbum Dei non audiunt, neque percipiunt. Soli mercatores *Teutonici* cælestia sibi desiderant mercari: equos comparant: arma præparant: *Rigam* veniunt. Gaudent Rigenses; venientibus occurrunt. Gaudent Liuones, Letthi, Estones baptizati, vt ad *Osilianos* non baptizatos deferant etiam nomen Christianum.

2. HOC anno Magister *Iohannes*, consocius Domini Legati, habuit in *commissione* terras eas, de quibus discordia fuerat inter *Teu-*

a) *Renuunt* legendum esse, constructio verborum innuit, præter ea, quæ dicuntur *ad annum* MCCII. *n. 1. 2.* quæue satis ostendunt, Gothos h. e. Gotlandiæ habitatores, cum Osiliensibus, Insulanos cum Insulanis, pacem coluisse, ad piraticam conniuentes, et Legem Christianam parum curantes. Ceterum Guilielmi Legati literas, secessus in hac insula indices, allegat IO. MESSENIVS ex hoc anno *Scond. Illustrat. t. 12. p. 103.* quibus testatum facit, Gotlandos inde a primordio conuersionis suæ Lincopensi Ecclesiæ in fidei negotiis dicto audientes fuisse. Et CLAVDIVS ERNHIAELM *l. 4. c. 7. n. 74.* diploma habet, ex quo patet, *Gotlandiam, Oelandiam et Ambyrde* constituisse tertiam diœcesis Lincopensis partem.

b) *Mona*

Teutonicos et *Danos*; *Wironiam* videlicet *Gerwam*, et *Rotaliam*. Interrupta itaque pace, idem Magiſter *Iohannes* cum *Danis* bellare cœpit. *Dani* quoque, ſpoliantes *Rotaliam* et incendentes, et multa ſpolia tulerunt, quos etiam ſerui Magiſtri perſequentes, quinquaginta ex eis occiderunt, et quinquaginta ex eis in caſtro *Maianpata* obſederunt. Sed poſt triduum miſerti eorum, eo quod Chriſtiani eſſent, dimiſerunt. Miſit etiam Legatus *Teutonicos* quam plures in *Wironiam* in auxilium eidem *Iohanni*, tam contra *Danorum*, quam contra ſæuitiam *Oſilianorum*. Sed audientes *Rigenſes* bella eorum, nuncios mittunt, pacem cum *Danis* faciunt, vt *Oſilianos* magis impugnare valeant, et fidem in gentibus dilatare. 1225.

3. CONSVMMATIS itaque feſtis Natalis et Epiphaniæ Domini, nix tegit terras, et glacies vndas, eo quod ſuperficies abyſſi conſtringitur, et aquæ durantur in Liuonia, vt lapides, et fit glacies, eſtque melior via ſuper aquas, quam terras. Facta itaque via ſuper mare, ſtatim Rigenſes, ſacri baptiſmi ſui irrigatione gentes illas *Oſilianas*, quæ habitant in inſula maris, irrigare cupientes, indicunt expeditionem, conuocantes omnes ad fluuium, qui *Mater aquarum* dicitur. *Fabiani* autem et *Sebaſtiani* feſto peracto, conueniunt omnes Teutonici, Rigenſes, Liuones, cum Letthis, et Eſtones, de cunctis prouinciis ſuis, ſequentes Dominum venerabilem Liuonienſem Epiſcopum; cum quo ſimul adeſt *Semigallorum Epiſcopus*, et *Magiſter Volquinus* cum Fratribus ſuis et peregrinis, deferentes ſecum cibos et arma ſua. Et celebratis miſſarum ſolenniis, procedunt in glacie verſus *Oſiliam*. Erat enim exercitus magnus et fortis, habens *viginti* pene *millia* virorum, qui, ſuas ordinantes acies, diſtincte cum vexillis propriis ambulantes, et in equis et vehiculis ſuis glaciem maris calcantes, ſonitum tamquam tonitrui magni faciebant, ex colliſione armorum, et vehiculorum concuſſione et motu, ſtrepituque virorum et equorum, in glacie cadentium, et iterum ſurgentium, hac et illac ſuper glaciem, quæ glabra erat, vt vitrum, ex auſtralibus et pluuioſis aquis, quæ tunc inundauerant, et de gelu, quod ſubſequutum fuerat. Et magno labore ac conatu mare tranſiuerunt, donec tandem gaudentes ad littus *Oſiliæ* deuenerunt.

4. DIE itaque iam nono venientes ad caſtrum *Mone* b), nocte ſola ibidem quieſcere proponunt, habentes conflictum cum Caſtrenſibus. qui, timentes bella imminentia, et baliſtarum iacula, recipiuntur in caſtri ſui domicilia, mittentes nocte verba fraudibus plena pontifici, ceteriſque Senioribus exercitus, dicentes, ſe fidem Ieſu Chriſti et pacem recipere Chriſtianorum, vt, procedente exercitu, ipſi damnum et belli detrimentum inferant ſubſequentibus. Et volebat Antiſtes cum ceteris Senioribus conditiones recipere, pacemque dare; ſed impediebant eos fraudes et ſcelera eorum, eo quod

b) *Mona* hodie inſula eſt, Oſiliam attingens ad Auſtrum, anguſto freto interiecto. In tabula tamen IOANNIS PORTANTII, ab Abrahamo Ortelio recuſa, Mona caſtrum eſt in ipſa Inſula Oſilienſi, ad mentem noſtri Auctoris.

1225. quod non ſit ſapientia, neque conſilium contra Dominum, qui conſuetudines ſuas prauas derelinquere nolentes, et ſanguinem Chriſtianorum adhuc bibere ſitientes, et ceteras nequitias et abominationes exercere cupientes, donum ſacri baptiſmatis ſuis peſſimis mentibus non meruerunt, ponentes ſpem in caſtri ſui firmitate, et nolentes pacem, et turpia quæque loquentes, magis occidi quam baptizari meruerunt. Et quia pacem forte noluerunt, pax ab eis fugit, et vltio ſola venit. Primo itaque Teutonici vallum petunt, caſtrum ſcandere ſperant; ſed repelluntur ab *Ozilianis* lapidum et lancearum ictibus. vnde tam arte, quam Marte pugnare coguntur. Machinas itaque ædificant, patherellis contra patherellos eorum lapides in caſtrum proiiciunt, porcum fingunt, ſub quo caſtrum fodiunt, donec ad medium vallum perueniunt. Tunc, amoto porco, turrim ligneam fortem ponunt in loco, ſuper quam aſcendunt armati fortes et baliſtarii, mittentes tela ſua et ſpicula et lanceas ſuper *Oſilianos* in munitione. Extra illi lapides et iacula iactant ſuper iſtos. Poſtquam ſextus dies illuxit, prima videlicet poſt feſtum purificationis, ne ipſa dies purificationis fieret non pura ſanguine interfectorum, primo mane magis inualuit pugna, vt etiam ferro recuruo vel vnco ferreo iam infringerent munitionem, extrahentes ſingillatim ligna quæque maxima, per quæ munitio tenebatur, vt aliqua pars munitionis iam ad terram vſque veniret. Gaudet exercitus Chriſtianorum. Exclamant. Deum exorant. Clamant et illi, gaudentes in *Tharapilla* c) ſuo. Illi *nemus*, hi *Ieſum* inuocant: in cuius nomine et laude fortiter aſcendunt, ad ſummitatem valli perueniunt, fortiſſime et ab illis repelluntur. Qui primus aſcendit, multarum lancearum ictibus et lapidum tuſionibus premitur: quem vtique ſolus Deus inter tot hoſtes frementes illæſum conſeruauit. Nam ſcandens ſurſum, ſtatim ab hoſtili turba retruditur, et iterum et ſæpius ſcandens, totiens ab inimicis repellitur, quoties ad alta conſcendere nititur: donec tandem idem *Teutonus*, enſe ſuo longo repellens haſtas hoſtiles, angeli Dei vtique ſubleuatione, in ſupremam deuenit munitionem, quæ ſuper hoſtium capita fuerat, et, ne lanceis hoſtium læderetur, deſubtus clypeum locauit ſub pedibus ſtanſque ſuper clypeum, ſolus pugnauit ad hoſtes, donec Deus ſecundum miſit et tertium ſocium. Tertius vero heu! detruſus ab alto relabitur. Duo nihilominus contra multitudinem hoſtium ſe defendunt, contra quos poſt tergum ex Oſilianis quinque ſuper eandem ſupremam conſcendunt munitionem, mittentes lanceas ſuper eos: quorum primum, lancea repercuſſum, *Teutonus enſe ferit, ille cadendo perit*; et alii in fugam ſe conuertunt. Alii Teutonici ſubſequentes, fortiter aſcendunt, vt primis in auxilium veniant. Licet ab hoſtium ferocitate fortiſſime repellantur, et plures ex eis feriantur, vulneribus receptis, et alii interficiantur; tamen in Domino confidentes, et magno labore multitudinem hoſtium remouentes, tandem

c) V. *ad annum* MCCXX. *not. t).*

d) In

dem; ſummitatem munitionis obtinuerunt. Erat autem aſcenſus 1225.
valde periculoſus et difficilis, eo quod mons altus erat et congelatus, et murus ſupra montem ex lapidibus tamquam glacies congelata, vt pedes nuſquam figere poſſent. Sed quidam per ſcalam, quidam per funem ſe detinentes, imo per angelum Domini ſublevati ſurſum peruenerunt, hoſtiumque fugientium vndique terga premunt. Vox exultationis et ſalutis Chriſtianorum! Vox in Rama! ploratus et vlulatus confuſionis perditioniſque paganorum. Intrant in caſtrum *Teutonici*, et interficiunt populum. *Parcere paganis non poſſunt Oſilianis. Nam trucidant alios et capiunt alios.* Liuones et Letthi, circumeuntes caſtrum, neminem effugere permittunt. Deuictis hoſtibus, gaudent victores, Deo laudem decantantes. Qui Dauidem a Philiſtæis ſemper defendit, liberat et ipſe ſuos, victoriam dans de inimicis. Vrbem capiunt: prædam rapiunt: ſubſtantias et res eximias diripiunt: equos et pecora depellunt: quod reſiduum eſt, igne comburunt. Caſtrum *Oſilianorum* vorat ignis; ſed Chriſtiani ſpolia gaudentes diripiunt.

5. CASTRO *Monenſi* in cinerem redacto, feſtinat exercitus ad aliud caſtrum, quod eſt in media *Oſilia*, quod vocatur *Waldia*. Et eſt *Waldia* d) fortior vrbs inter alias vrbes *Oſilianorum*, ad quam reſedit exercitus, præparans inſtrumenta bellica, patherellos videlicet et machinam magnam, et maximas arbores abiegnas et therebintinas, ad faciendam turrim contra munitionem caſtri. Liuones vero, Letthi et Eſtones cum quibuſdam etiam *Teutonicis*, circumeuntes ad omnes prouincias, tulerunt equos et boues eximios, et ſpolia multa, frumentum multum et ſimilia; et villas omnes igne combuſſerunt. *Waldienſes* vero lapidum iacturas ſuſtinere non valentes, præ multitudine populi, qui erant in caſtro, ſimul et baliſtarum non ferentes tela, nec non et inſtrumenta conſiderantes, quæ præparabantur, quibus facile erat caſtrum capere; timore Dei concepto, pacem petunt, terroremque forte habentes de *Monenſibus* occiſis, humiles ſe reddunt, pacifica verba loquuntur, ſacri baptiſmatis ſacramentum ſibi dari ſuppliciter expoſcunt. Gaudium hoc eſt Chriſtianorum. Laus canitur domino, et pax datur populo. Obſides requiruntur filii meliorum. Fiunt *Oſiliani*, *Waldienſes* ſcilicet, filii obedientiæ, qui quondam filii ſuperbiæ. Qui quondam lupus, modo fit agnus. Qui quondam perſequutor Chriſtianorum; modo fit confrater in Chriſto, pacem recipiens, obſides dare non contradicens, baptiſmi gratiam fideliter petens, tributum perpetuum ſoluere non pertimeſcens. Dantur itaque pueri nobilium: Quorum primum venerabilis *Rigenſis* Epiſcopus cum gaudio et deuotione magna *catherizatum*, ſacro baptiſmatis fonte

d) In tabula modo excitata *Waldiam* nullam, ſed Wykiam deprehendo, in media Inſula poſitam. Aſt apud PONTAN. *chorogr. Dan. p. 735.* in hodiernis huius inſulæ parochiis *Wolde* numerari video: vt adeo caſtrum *Waldiæ* ſucceſſu temporis in villam abiiſſe videatur.

1225. fonte rigauit: alii preſbyteri alios rigauerunt, qui et in vrbem cum gaudio ducuntur, vt Chriſtum prædicent, vt *Tarapilla*, qui Deus fuit *Oſilianorum*, eiiciant. Qui per medium caſtrum fontem conſecrantes, et dolium e) replentes, primo Seniores et meliores *Catherizatos;* deinde viros alios et mulieres baptizant et pueros. Et fit preſſura maxima virorum et mulierum ac paruulorum, clamantium: *feſtina me baptizare;* a mane vſque ad veſperam: vt etiam ipſi preſbyteri, qui modo quinque, modo ſex exſtiterant, ex labore baptizandi deficerent. Baptizantes itaque preſbyteri cum multa deuotione multa millia populorum, quos cum ſummo gaudio videbant ad baptiſmi ſacramenta properare, gauiſi ſunt et ipſi, ſperantes, eundem laborem in ſuorum peccatorum remiſſionem (ceſſurum). Et quod eodem die non potuerunt, ſequenti et tertio conſummauerunt. His myſteriis in vrbe *Waldia* in *Oſilia* celebratis et perfectis, venerunt nuncii, miſſi de cunctis vrbibus et *Kilegundis* Oſiliæ, quærentes pacem et baptiſmi petentes ſacramentum. Gaudet exercitus, obſidibuſque receptis, pax datur, et fraternus amor pollicetur. Dicitur, vt *Suecos* captiuos vtriuſque ſexus reſtituant liberos. Obediunt: reſtituere promittunt: preſbyteros ſecum ad ſua caſtra ducunt, qui Chriſtum prædicent, qui *Tharapilla* cum ceteris paganorum diis eiiciant, qui populum ſacro baptiſmatis fonte rigent. Baptizant itaque ſacerdotes in omnibus caſtris *Oſiliæ* populum vniuerſum vtriuſque ſexus, cum lætitia magna, et præ gaudio lachrimantes, eo quod Domino tot millia genuerunt per lauachrum regenerationis, prolem ſpiritualem, Deo dilectam ſponſam nouam ex gentibus. *Gentes fonte rigant; fletibus ora rigant.*

6. SIC *Riga* ſemper rigat gentes. *Sic maris in medio nunc rigat Oſiliam.* Per lauachrum purgans vilia. Dans regna polorum. *Altius irriguum donat, et inferius.* Hæc dona Dei ſunt gaudia noſtra. Gloria Deo et Domino noſtro Ieſu Chriſto, et beatæ Mariæ Virgini, quæ ſeruis ſuis *Rigenſibus* in *Oſilia* talia dedit gaudia! Vincere rebelles: baptizare ſponte et humiliter venientes: obſides et tributa recipere; captiuos omnes Chriſtianos reſtituere: cum victoria redire. Quod Reges magni hactenus non potuerunt, hoc beata Virgo per ſeruos ſuos *Rigenſes* breuiter et leuiter f) ad hono-

e) Ergo horum hominum baptiſmus celebratus fuit per immerſionem. Quale exemplum apud CAESARIVM eſt puellæ decem annorum *lib. 10. c. 44.* In IO. PERINGSKIÖLDII *Monumentis Vplandicis Tom. 2. p. 48.* habentur veteres figuræ, exhibentes ſancti Henrici aduentum in Finlandiam et ſacros ritus, quibus Fennos ad fidem Chriſti initiauit. In his conſpicitur ſpatioſum baptiſterium, cui bini homines nudi inſiſtunt vmbilico tenus. Quem ritum in *Pomeranis* baptizandis ſecutus fuerit ſanctus OTTO, fuſius deſcribit Anonymus auctor Vitæ *lib. 2. c. 15.* Conuenit autem penitus cum noſtro. Nam is quoque *dolia grandia valde* terræ altius immergi præcepit, ita vt ora doliorum vſque ad genu hominis vel minus prominerent: quibus aqua impletis, facilis erat in eam deſcenſus.

f) Vocabulum ita ſcriptum eſt, vt et *leviter* et *leniter* legi poſſit. Prius tamen præferendum cenſeo, quia non ſolum breui tempore, ſed et *leui* opera, ac ſine magno labore et moleſtia, Oſilienſes perdomiti ſunt atque deuicti.

g) Paullo

honorem ſui nominis adimpleuit. Quo completo et facto, populo videlicet cuncto baptizato, Tharapilla eiecto, Pharaone ſubmerſo, captiuis omnibus liberatis, reuertuntur cum gaudio *Rigenſes* g). 1225.

Vos

g) Paullo poſt hæc tempora Epiſcopus *Albertus* diem obiit ſupremum, anno ſcilicet MCCXXIX. Cuius rei nuntius cum in Germaniam penetraſſet, et Bremam peruenisſet; Archiepiſcopus, qui priores tres Liuoniæ Epiſcopos a deceſſore *Hartwico* conſecratos et in Liuoniam miſſos nouerat, eodem iure vſurus, alium *Albertum*, Bremenſis eccleſiæ *Scholaſticum*, Rigenſem Epiſcopum nominauit et conſecrauit; cum interea Rigenſes Canonici *Nicolaum de Magdeburg* e gremio *Capituli* elegiſſent. Cauſa cum ad Sedem Apoſtolicam delata eſſet; Pontifex Gregorius IX. diſcuſſionem eius commiſit Ottoni, ſancti Nicolai in Carcere Tulliano Cardinali, et Sedis Apoſtolicæ in Dania mox et in Germania Legati. Qui, ne, Rigenſi Sede vacante, Reſpublica Liuonienſis aliquid detrimenti caperet: extemplo *nuntium* ſuum, hodie *Auditorem* vocant, *Balduinum* de *Alna*, Rigam miſit, vt eius eccleſiæ curam haberet, donec lis decideretur. Balduinum de *Alna*, præeunte Codice MS. ALBERICI, ſcribo, quem monumenta Romana apud RAYNALDVM, ſi Raynaldum oculus non fefellit, de *Alua* et *Aluenſem* vocant. Ille vero maiorem *Curlandiæ* partem inuidendo ſucceſſu, fine vi et armis, propoſitis æquis conditionibus, ad amplectendam Chriſti doctrinam illexit, perfectoque breui pulcherrimo opere, Romam redux, *Semigallenſem* infulam, a morte *Lamberti* vacantem, et Sedis Apoſtolicæ Legationem per Liuoniam, Gotlandiam, Vinlandiam, Eſtoniam, Semigalliam et Curlandiam nauatæ operæ præmium tulit anno MCCXXXII. Quo tempore demum Curonibus præfici Epiſcopus potuit: quorum primus Hermannus fuit; alter Henricus. Otto Cardinalis cum interea litem de infula Rigenſi ſecundum *Nicolaum*, a Capitulo electum, decidiſſet; Pontifex ſententiam confirmauit impoſito obmurmurantibus *Bremenſibus* ſilentio. Teſtes dictorum habeo ALBERTVM STADENSEM, *ad annum* MCCXXIX. ita ſcribentem: *Albertus, Liuonienſis Epiſcopus, obiit. Et Bremenſis eccleſia, iure ſuo potita, Magiſtrum Albertum, Bremenſem Scholaſticum, in Epiſcopum elegit, qui poſtea factus eſt Primas in Hibernia. Sed Rigenſes Canonici alium ſcilicet Nicolaum, elegerunt: diuque fuit altrinſecus coram iudicibus impetratis a Sede Apoſtolica litigatum. Tandem Papa Bremenſibus ſilentium impoſuit pro ſua, vt dicitur, voluntate.* Et ALBERICVS *ad annum* MCCXXX. *p. 536. Cardinalis Alemanniæ, Dominus Otto, fuit in Dacia, et diſſenſionem, quæ in electione Rigenſis Epiſcopi emerſerat in Liuonia, perfecte determinauit. Itaque illum, qui eligebatur ex parte Bremenſis Capituli, caſſauit, et Nocolaum de Medebore, canonice electum, conſecrauit.* Item *ad annum* MCCXXXII. *p. 542. Dñs Balduinus de Alna, ad partes Liuoniæ a Cardinali Ottone tranſmiſſus, quibuſdam terris paganorum in magna quantitate adquiſitis, reuertitur, venienſque ad Curiam Romanam, inuenit ibi quoſdam aduerſarios ſuos, qui ſe vocabant* MILITES DEI. *Iſti ab Epiſcopo Theodorico* (Alberto) *primo fuerunt inſtituti, et eum dicant, ſe templariorum ordinem tenere, in nullo tamen ſubiiciuntur Templariis. Sed cum ſint mercatores et diuites, et olim a Saxonia pro ſceleribus banniti, iam in tantum excreuerunt, quod ſe poſſe viuere et ſine lege et ſine rege credebant. Cum itaque Dñs Balduinus ſignificaſſet Dno Papæ, quæ facta ſunt; conſtitutus eſt Epiſcopus Semigalliæ et Legatus totius Liuoniæ.* Cetera ſupplent documenta noſtra; quibus addimus diploma *Nicolai* Rigenſis Epiſcopi, quo inter ipſa Sedis auſpicia crabrones irritaſſe videtur, donando ciuibus Rigenſibus tertiam *Oſiliæ*, *Curlandiæ* et *Semigalliæ* partem, quatenus poſt receſſum Epiſcopi Mutinenſis acquiſitæ erant. *Nicolaus* anno MCCXXXIII. defunctus, eique æmulus *Albertus* ſucceſſiſſe vulgo traditur; ſed in tempore erratur. Neque enim *Nicolaus* tam ſubito mortuus eſt; et *Albertus* diu adhuc hæſit in Sede *Armaghana*. Anno MCCXXXIIII. Balduino in Leagatione Pruſſiæ et Liuoniæ ſuffectus eſt *Guillelmus*, Mutinenſis Epiſcopus; is, qui anno MCCXXIIII. Rigæ fuit. Inſtrumenta huius ſecundæ Legationis damus in appendice documentorum. Inter hæc *Fratres Militiæ Chriſti*, cum hinc barbarorum, inde Danorum Eſtoniæ incubantium crebros impetus non diutius ſuſtinere ſe poſſe crederent, in clientelam Fratrum Ordinis Teutonici, qui tum maxime per Pruſſiam caput efferebant, confugere. At res ante exitum non habuit, quam poſt funeſtam in Lithuania cladem, qua ipſe Magiſter VOLQVINVS cecidit. Audiamus DVISBVRGENSEM *part. 3. c. 28.* ita differentem: *Hoc tempore* (anno ſcilicet MCCXXXVII). *Frater* VOLQVINVS, *Magiſter ſecundus de Ordine Militum Chriſti in Liuonia iam ſex annis per ſolempnes nuncios laborauit circa Fratrem* HERMANNVM *de Salza, Magiſtrum generalem domus Teutonicæ, vt Ordo ſuus Ordini ipſius incorporaretur. Pro quo*

negotio

1225. Vos ſemper ſequitur victoria clara triumphi.
Gloria ſit Domino: laus ſuper aſtra Deo.

FINIS CHRONICI LIVONICI VETERIS.

negotio Fratcr HERMANNVS, *Magiſter prædictus, cum Fratre Ioanne de Megdeburg, nuncio dicti Fratris* VOLQVINI, *acceſſit ad Dominum Papam. Medio tempore ſuperuenit Frater Gerlacus Rufus de Liuonia, nuncians, quod Magiſter* VOLQVINVS *cum Fratribus, peregrinis et populo Dei plures cecidiſſent prælio interfecti. Quo audito Dominus Papa dictum negotium terminauit, et Fratrem Gerlacum et Fratrem Ioannem prædictos ad Ordinem hoſpitalis ſanctæ Mariæ domus Teutonicorum inueſtiuit, dans eis album pallium cum nigra Cruce, iniungens eis et aliis Fratribus eiuſdem Ordinis Militum Chriſti, in Liuonia exiſtentibus, in remiſſionem omnium peccatorum, vt Ordinis domus Teutonicæ ſuſciperent habitum regularem. Hoc facto Frater* HERMANNVS *Magiſter Generalis, miſit Fratrem* HERMANNVM, *dictum Balke, Magiſtrum terræ Pruſſiæ cum XL. Fratribus et pluribus armigeris ad terram Liuoniæ. Vbi cum dictus Frater* HERMANNVS *Balke præfuiſſet fere ſex annis, rediens in Almaniam, in pace quieuit.* Conſtitutio Pontificis Maximi Gregorii IX. eſt MCCXXXVII. Defuncto interea Balduino, Semigallenſi Epiſcopo, Moguntinenſis Archiepiſcopus, a Romano Pontifice Semigallenſi eccleſiæ proſpicere iuſſus, miſit eo Henricum de Litleburg, monachum Ordinis Fratrum Minorum. *Milites* nondum exſatiati, quo liberalius ad defenſionem eccleſiarum inuitarentur, nacti ſunt paullatim duas Curoniæ, et tertiam Semigalliæ partem, tranſlato Henrico Litleburgenſi e Sede Semigallenſi in Curonienſem, exſtinctoque penitus Epiſcopatu Semigallenſi; cuius ditio Rigenſi accreuit MCCXXXXV. Anno MCCXXXXVI. cum Guilielmus, olim Mutinenſis, nunc Sabinenſis Epiſcopus et S. R. E. Cardinalis, Legatus in Sueciam et Norwegiam iret; euocatum e Sede *Armaghana Archiepiſcopum Albertum* Innocentius PP. IV. Legatum in *Pruſſiam*, *Liuoniam* et *Ruſſiam* miſit, data poteſtate, vt, quamcumque Sedem in *Liuonia* et *Pruſſia* aliquando vacaturam electurus eſſet, ea perpetuo *Archiepiſcopalis* et *Metropolitana* totius Pruſſiæ et Liuoniæ eſſet. Redux cum Lubecæ moraretur, obiretque Epiſcopus Ioannes; Lubecenſes Canonici Epiſcopum eum poſtulauerunt et impetrarunt. Qua in ſtatione *miſeratione diuina Archiepiſcopum Liuoniæ et Pruſſiæ, Miniſtrumque Eccleſiæ Lubecenſis* ſemet appellitauit. Quod docet inſtrumentum XXXIII. Cum vero ſex inter Lubecenſes annos exegiſſet; audita morte *Nicolai*, Rigenſis Epiſcopi, *Rigam* euolauit, eamque Sedem elegit *Archiepiſcopalem*, ab Alexandro PP. IV. demum anno MCCLV. confirmatam. Ex his emendandus eſt CRANZIVS *Metrop. l. 7. c. 46.* et *lib. 8. c. 10.* Nam ceteri, præſertim qui de *Liuonia* dedita opera ſcripſerunt, quod ad hanc ætatem, inſanabiles ſunt et hiſtoriæ veræ implacabiles.

SILVA DOCVMENTORVM,
DEVICTAM A SAXONIBVS
ET
AD SACRA CHRISTIANORVM TRADVCTAM LIVONIAM
ILLVSTRANTIVM,
ET
DICTIS IN NOTIS
FACIENTIVM FIDEM.



ELENCHVS DOCVMENTORVM.

I. *Arnoldi Lubecenſis narratio de initiis Chriſtianæ Religionis in Liuonia, anno 1209. cum nota Henrici Bangerti.*

II. *Chronici Magiſtrorum Ordinis Teutonici, (vulgo Homeiſter-Chronic) narratio de iiſdem ex anno 1467.*

III. *Legationis Sueciçæ narratio de Liuoniæ fatis, exhibita in conventu pacificatorum Oliuæ anno 1660.*

a. *Tabulæ clientelares* ALBERTI, *Liuonienſis Epiſcopi, impetratæ ab Henrico Rege, Friderici II. Imperatoris filio, Noribergæ anno 1224.*

b. *Tabulæ clientelares* HERMANNI, *primi Dorpatenſis Epiſcopi, impetratæ ab eodem Henrico ibidem, anno 1224.*

IV. *Lubecenſes recipiunt* Saltwedelenſes *in ſedilia* Wiſbuenſia *1173.*

V. *Chartæ duæ Clementis ſiue Cæleſtini PP. III.*

a. *Prima confirmat Bremenſi Archiepiſcopo quatuor epiſcopatus a. 1189. ſiue 1191.*

b. *Altera confirmat ei Vkeſkolenſem ſolum.*

VI. BERTOLDI, *ſecundi Liuonienſis Epiſcopi, epiſtola, teſtis a ſe conſecratæ eccleſiæ in villa Heſede. 1197.*

VII. *Innocentii PP. III. epiſtolæ tres ad Saxones, Weſtphalos, Slavos et Tranſalbinos Chriſtianos de negotio fidei in Liuonia. anno 1198 vel 1199.*

VIII. *Tredecim chartæ* Apeldernenſes *et vna* Tiſſenhuſiana:

a. *Rumeſchottelii fratres curiam in Apeldern cum XL. iugeribus vendunt. 1330.*

b. *Feudi Dominus, Ioannes Comes in Roden et Wunſtorf, conſentit.*

c. *Idem cum filiis eam curiam emtori attribuit.*

d. *Idem eamdem cum aliis bonis dimittit.*

e. *Fratres in fratris per diuiſionem ſeparati bonis feudalibus nihil ſibi iuris eſſe profitentur. 1330.*

f. *Ioannes Comes in Roden et Wunſtorf manſum Wigerdeſſeniorum in Apeldern, ſibi reſignatum, donat. 1332.*

g. *Conſenſus filiorum Comitis.*

h. *Ioannes de Wigerdeſſen manſum in Apeldern cum curiq dimittit coram Conſulibus Indaginis Comitis Adolfi. 1333.*

i. *Donatio dimidiæ caſæ in Apeldern. 1337.*

k. *Ludolfus de Munchhauſen acquirit quamdam curiam in Apeldern cum tribus manſis. 1463.*

l. *Impetrat feudum ab Erico, Comite Holſatiæ et Schaumburgi. 1481.*

m. *Donat eam monaſterio Ouernkirkenſi. 1486.*

n. *Dominus conſentit, ſaluo iure reuocandi poſt exſtinctam donatoris proſapiam.*

o. *Godefridi de Tiſſenhuſen vxor dimittit duas ſartagines ſalis in Munder. 1281.*

IX. *Flores ſparſi ad genealogiam maternam Alberti, Liuonienſis Epiſcopi.*

a. *Conradi, Verdenſis Epiſcopi, confirmatio altaris in quadam Capella Buxtebudenſi a ciuibus Hanoueranis fundati. 1405.*

b. *Confirmatio dotis Capellæ, a Militibus de Bikiſhouede in villa huius nominis conſtructæ. 1202.*

c. *Confirmatio teſtamenti Henrici de Bikiſhouede, Præpoſiti maioris eccleſiæ Bremenſis. 1241.*

d. *Henrici Mindenſis Epiſcopi dimiſſio bonorum in Kirch-Horſt, coram Ioanne de Bikiſhouede. 1208.*

X. *Confirmatio Pontificia compoſitionis inter Albertum Epiſcopum et Fratres Militiæ Chriſti initæ. 1210.*

XI. Innocentii PP. III. *ea de re ad* Volquinum *Magiſtrum et Fratres epiſtola. 1210.*

XII. a. Innocentii PP. III. *epiſtolæ ad Monaſterienſem, Verdenſem et Paderbornenſem Epiſcopos, qua laudat eorum propoſitum iter in Liuoniam. 1209.*

b. *Eiuſdem literæ tutelares pro Epiſcopo et Eccleſia Raceburgenſi. 1209.*

c. *Philippi Raceburgenſis Epiſcopi in Liuoniam abituri conſtitutio pro augendo ſeruitio Patroni Eccleſiæ ſuæ, Sancti Ioannis ante portam latinam, et pro anniuerſaria ſui memoria poſt obitum celebranda. 1209.*

XIII. Innocentii PP. III. *confirmatio Theodorici, 1210. Eſtienſis Epiſcopi conſecrati. 1213.*

XIIII. Gregorii PP. IX. *epiſtola ad Waldemarum II. Daniæ Regem, qua taxat probationem negatiuæ per ſacramenta contra documenta authentica. 1239.*

XV. *Septem Epiſtolæ ad* Fulconis, *primi Eſtonum Epiſcopi, res pertinentes. 1170 - 1180.*

a. Fulco *monachus e monaſterio Cellenſi apud Trecas Eſtonum Epiſcopus deſtinatus.*

b. *Idem dimittitur.*

c. Idem

c. *Idem ab Abſolone Lundenſi Archiepiſcopo beneficiis afficitur.*
d. *Abſoloni ad preces Fulconis nouum munus gratulatur Petrus.*
e. Alexander PP. III. *contra Eſtones claſſicum canit.*
f. *Idem pro Fulcone Eſtonum Epiſcopo interpretem Eſtonem e Norwegia poſtulat.*
g. *Idem Iulium ſeu Fulconem Eſtonum Epiſcopum caritati Danorum commendat.*

XVI. Innocentii PP. III. *quatuor epiſtolæ pro* Theodorico, *Eſtienſi Epiſcopo. 1213.*
a. *Commendat eum omnibus Chriſti fidelibus per Saxoniam.*
b. *Præſulibus Saxonicis mandat, vt dimittant, quos Theodoricus ſocios ex eorum monaſteriis adſciſcere vellet.*
c. *Fratres Militiæ Chriſti monet, ne ei graues ſint.*
d. *Eſtienſem Epiſcopum nulli Metropolitano ſubiectum edicit.*

XVII. Innocentii PP. III. *Reſcriptum ad Lundenſem Archiepiſcopum Andream, et ad Epiſcopum* Rigenſem Albertum. 1211.

XVIII. *Eiuſdem mandatum ad* Lundenſem *Archiepiſcopum de quodam falſo Legato, perpetuis carceribus includendo. 1213.*

XVIIII. Innocentii PP. III. *octo epiſtolæ, Legationem Gladiferorum in Aulam Romanam inſecutæ. 1212. 1213.*
a. *Repulſa petitionis pro ſede Epiſcopali in tertia Fratrum inſtituenda.*
b. *Priuilegium nouum Templariorum.*
c. *Venia inſtituendi nouum Epiſcopatum in Saccala, ad Lundenſem directa, c. c. ſi preces veritate nitantur.*
d. *Mandatum de Epiſcopo Rigenſi, ad obſeruationem compoſitionis cum Gladiferis initæ adigendo.*
e. *Mandatum, ne idem Neophytos vexet.*
f. *Confirmatio poſſeſſionum, quas Gladiferi per Eſtoniam et Gotlandiam tenent.*
g. *Conſeruatores Apoſtolici Gladiferis dati.*
h. *Præcepta in eccleſia Liuonienſi inter Neophytos obſeruanda.*

XX. Innocentius PP. III. *Rigenſem Epiſcopum nulli Metropolitano ſubiectum declarat. 1213.*

XXI. *Eiuſdem* Arctiores *ad Andream Lundenſem Archiepiſcopum, vt ſine tergiuerſatione Romam veniat ad Concilium. 1214.*

XXII. *Ad res* Alberti *Comitis de* Louenburg *pertinentia:*
a. *Fundatio Cellæ ad Muldam. 1173.*
b. Sifridus *Comes Orlamundanus in monaſterium Heusdorff beneficus. 1192.*

c. *Genealogia Regum* Holmgardiæ *Oeruhielmiana.*
d. *Dedicatio noua eccleſiæ Orlamundanæ. 1194.*
e. *Charta Philippi Raceburgenſis Epiſcopi, qua Albertus* poſſeſſor terræ Wittenborch *appellatur. Poſt annum 1205.*
f. *Charta, qua Albertus* Comes Raceburgenſis *appellatur. 1217.*
g. *Charta, qua Albertus ipſe* Comitem *ſe* in Raceburg *appellitat. 1219.*
h. *Venditio bonorum coram Alberto*, Holzacie Comite, *peracta, cui ſubſcriptus Albertus Liuonienſis Epiſcopus eiuſque frater Rothmarus. 1224.*
i. Hermannus *Comes de Orlamunda, fratre Alberto abſente, prædium Tambuch Valli ſancti Georgii attribuit. 1227.*
k. *Alberti Fratris conſenſus.*
l. *Alberti epiſtola ad Pontificem pro ſacramenti relaxatione.*
m. *Oblatio allodii Orlamundenſis in feudum ex formula iuris Saxonici. 1395.*

XXIII. *Reſcriptum Pontificis in cauſa* Colomanni, *Regis* Galiciæ. *1222.*

XXIV. *Henricus Dux Saxoniæ et Comes Palatinus Rheni Vicarius Imperii. 1219. 1223. 1226.*

XXV. Innocentius PP. IV. *impugnat nuptias Friderici II. Imp. cum filia Ducis Saxoniæ. 1247.*

XXVI. Theodorici, *Vironenſis Epiſcopi, vltima voluntas. 1257.*

XXVII. *Eiuſdem Indulgentiæ pro ſororibus in Franckenberg. 1261.*

XXVIII. Friderici *Dorpatenſis Poſtulati ſimilis charta. 1268.*

XXIX. *Albertus*, Nordalbingiæ Dominus, *monaſterio Ebekesdorpienſi immunitatem a telonio concedit in terris ſuis. 1233.*

XXX. *Idem renuntiat iuri in domum, donatam eccleſiæ Reinfeldenſi. 1237.*

XXXI. *Idem diſturbat Legati Pontificii Concilium, Herbipolin indictum. 1231.*

XXXII. *Idem a* Guilielmo *Rege impetrat pro Marchionibus Brandenburgicis ſpem ſuccedendi in terris ſuis, ſi forte ſine herede feudali decederet. 1252.*

XXXIII. *Epiſcoporum tranſalbinorum deprecatio, ne Duci Saxoniæ ſubiiciantur. 1252.*

XXXIV. Honorii PP. III. *epiſtola, qua ægre fert Ioannis Sueciæ Regis coronationem. 1219.*

XXXV.

XXXV. Gregorii PP. IX. *epiſtola, ex qua patet defectio et immanitas* Taueſtorum *in Finlandia. 1237.*

XXXVI. Honorii PP. III. *cura pro augendo præconum verbi numero in Liuonia. 1220.*

XXXVII. *Waldemari, Domini Nordalbingiæ, confirmatio poſſeſſionum Eccleſiæ Raceburgenſi ab Adriano IV. PP. et Duce Henrico Leone confirmatarum. 1205.*

XXXVIII. a. *Eiuſdem priuilegium pro Canonicis Ripenſibus. 1206.*
b. *Eiuſdem priuilegium pro Ciuibus Ripenſibus.*

XXXIX. Friderici II. Imp. *epiſtola ad Conradum Epiſcopum Hildenſemenſem, qua Waldemarum Regem cum filio nititur redigere in ſuam poteſtatem.*

XL. Honorii PP. III. *epiſtola ad Colonienſem pro liberatione Waldemari. 1223.*

XLI. *Eiuſdem exhortatio ad Comitem Suerinenſem, ad obſides et pecuniam Regi reſtituendam. 1223.*

XLII. Alexandri PP. IV. *Reſcriptum pro Ottone de Luneburg ad Archiepiſcopum Rigenſem. 1255.*

XLIII. Honorii PP. III. *epiſtola, ad Liuonos, qua fidem facit* Guilielmo *Epiſcopo Mutinenſi, Sedis Apoſtolicæ Legato. 1224.*

XLIV. *Eiuſdem epiſtola, qua Reges* Ruſſiæ *inuitat ad eccleſiam Latinam. 1227.*

XLV. *Eiuſdem epiſtola dehortatoria ad Bremenſem Archiepiſcopum. 1224.*

XLVI. a. Balduini *de* Alna *pactum cum parte* Curonum *de ampleſtendis ſacris Chriſtianorum. 1230.*
b. *Eiuſdem pactum cum alia* Curonum *parte.*

XLVII. *Rigenſium et Fratrum Militiæ compoſitio cum Curonibus. 1230.*

XLVIII. Gregorii PP. IX. *epiſtola, qua* Balduinum *de* Alna, *Semigallenſem Epiſcopum, conſtituit per Liuoniam S. A. Legatum. 1232.*

XLIX. Nicolai, Rigenſis *Epiſcopi diploma, quo tertiam Oſiliæ, Curlandiæ et Semigalliæ partem ciuibus Rigenſibus attribuit. 1231.*

L. *Guilielmus, relicto Mutinenſi Epiſcopatu, denuo Legatus mittitur in Liuoniam et Pruſſiam. 1234.*

LI. Gregorii PP. IX. *deſcriptio feritatis Pruſſorum.* 1232.

LII. *Eiuſdem Mandata ad* Guilielmum *Legatum.* 1236.

LIII. *Eiuſdem vlteriora mandata ad eumdem.*

LIV. *Coniunctio Fratrum* Gladiferorum *cum* Teutonicis *a Gregorio IX. confirmata.* 1237.

LV. *Inſtrumentum aulæ Pontificiæ, quo* Teutonicis *maior Curlandiæ et tertia Semigalliæ pars aſſignatur.* 1245.

LVI. *Cautio* Magiſtri *Militum de* Curonienſis *Epiſcopi tertia non minuenda.* 1250. *circiter.*

LVII. Innocentii PP. IV. *epiſtola ad Principes quoſdam* Ruſſiæ, *qua nuntiat,* Albertum *Legatum in Ruſſiam venturum.* 1246.

LVIII. *Eiuſdem mandatum ad* Albertum, *vt in Ruſſiam ſe conferat.* 1247.

LIX. *Alberti ſecundi, qua Lubecenſis epiſcopi, tranſactio cum archiepiſcopo Bremenſi.* 1247.

LX. Alexandri PP. IV. *epiſtola, qua* Rigenſem *Sedem, ab* Alberto *Archiepiſcopo electam, declarat Archiepiſcopalem et Metropolitanam.* 1255.

I.

ARNOLDVS LVBECENSIS *Chron. Slauor. lib. VII. Cap. VIII.*

1. *Liuoni ad Chriſti fidem per Meinardum conuertuntur.* | 2. *Meinardus ab Hartwico, Archiepiſcopo Bremenſi, dignitate Epiſcopi ornatur.* MCLXX.

1. OPPORTVNVM (a) arbitror, memoriæ fidelium commendare, nec ſilentio præterire, deuotionem et laborem multorum religioſorum, quo apud gentiles, qui *Liuones* dicuntur, deſudatum eſt, qui verbi Domini ſemina ſpargentes, ipſum populum ab idololatria ceſſare laborauerunt. Vidimus ſane propter eorum inſtantiam multos cooperatores exiſtere; alios peregrinando; alios ſua conferendo; vt ſeges Chriſti fructuoſa conſurgeret, et multa meſſe Diaboli zizania ſuffocarentur. Fuit autem primus huius inſtitutionis auctor, Dominus *Meinardus, Sigebergenſis Canonicus*, quem eloquium Domini inflammavit, vt eidem populo infideli pacem Domini nunciaret, et ipſum paulatim calore fidei ſcintillaret. Cumque vir bonus per aliquot annos cum *negotiatoribus* illuc iret, et ſuis negotiis deuotus inſiſteret; ſenſit manum Domini non inualidam, et auditorum ſuorum deuotionem plurimam.

2. ACCEDENS igitur ad *Bremenſem* eccleſiam, quam tunc Dominus *Hartwicus* Archiepiſcopus regebat, ſuam intentionem, ſuorumque auditorum deuotionem, Archiepiſcopo ſimiliter et *capitulo* maiori expoſuit, vt non ſine auctoritate vel conſilio cœpto labori inſiſteret. Qui ſperantes, ipſum plantando et *rigando* incrementum Domini percipere, ipſum ad prædicandum gentibus miſerunt, ſimul etiam *Pontificali honore* ſublimantes, maiore auctoritate roborauerunt. Ipſe ergo humilis et deuotus ſuis auditoribus verbi ſpargens ſemina, arguendo, obſecrando, magis tamen obſecrando, duritiam gentilium frangens, ipſorum corda non minus muneribus, quam exhortationibus paulatim ad quod volebat, Deo annuente, perducebat.

Nota Henrici Bangerti.

(a) Res hoc ordine geſta eſt: Mercatores *Lubecenſes*, ſeu tempeſtate maris, vt quidam narrant, ſeu ſtudio mercaturæ faciendæ, ad litus Liuonicum anno MCLVIII. imperante Friderico I. acti, a Liuonis primum licentiam merces ſuas inibi exponendi obtinuerunt. Hi poſtea *Meinardum*, Canonicum Segebergenſem, ſecum illo perduxerunt, virum pietate inſignem, atque ad capiendos barbarorum animos aptiſſimum. Ad *Bremenſes* hoc nonnulli, idque per errorem, ex locorum fortaſſis ignoratione ortum, referunt, quod Epiſcopus Lubecenſis ſub Archiepiſcopo Bremenſi eſſet, a quo Meinardus Epiſcopus conſecratus eſt. Nec veriſimile eſt, Bre-

menſes illa tempeſtate Balthicum mare commerciorum gratia nauigaſſe. Poſtquam Meinardus felices progreſſus aliquot annis in animis gentilium vera religione imbuendis feciſſet, ab Archiepiſcopo Bremenſi, vt diximus, anno MCLXX. conſenſu Alexandri III. Epiſcopi dignitate auctus eſt. Vbi nouæ eccleſiæ annos tres et viginti præfuiſſet; *Bertoldum*, Ciſtercienſis Ordinis Abbatem, ab Hartwico Archiepiſcopo Bremenſi conſecratum, anno MCXCVI. habuit ſucceſſorem. Bertoldus poſtquam Epiſcopatum rexiſſet annos vndecim, in prælio, quod peregrini milites gerebant, qui pietate adducti ad militiam pro Chriſtiana religione in illis locis introducenda confluxerant, fortiter occubuit. Tunc anno MCCIV. *Albertus* ab Innocentio III. eo miſſus eſt. Creſcente multorum pietate, plurimi ſacræ militiæ aduerſus infideles ſe deuouebant, et ſocietate inſtituta Enſiferi (Schwärtbrüder) appellabantur. Hi cum hoſtium barbarorum impetum diutius ſoli ſuſtinere non poſſent; *ordini Teutonicorum* in Boruſſia ſe iungebant. Nam *Volquinus*, Præpoſitus illorum, a Conrado, quinto Boruſſiæ Magiſtro, anno MCCXXXIV. in ordinem Teutonicum ſuſceptus eſt. Ex quo tempore Magiſtri Liuoniæ Ordini huic in Boruſſia Teutonico tributarii fuerunt vſque ad Albertum Marchionem Brandenburgenſem, a quo Liuoni anno MDXIII. pecunia ſe redemerunt. ALBERTVS STADENSIS *ann.* MCXCV. *et* MCXCVIII. BALTHASAR RVSSOW *Chronic. Liuon.* KRANTZ. *Wandal. l. VI. c. 9. 10.* ALEXAND. GVAGNIN. *rer. Polon. Tom. II.*

Caput IX.

1. *Rigæ Epiſcopatus a Meinardo fundatur* MCLXXXVI.
2. *Liuonia fertilitate agrorum diues.*
3. *Meinardo ſuccedit Bertoldus.* MCXCIII.
4. *Bertoldus Chriſtianos ad expeditionem ſacram contra infideles iſtorum locorum hortatur.*
5. *Magna manus militum ſacrorum ex Germania eo confluit.*
6. *Bertoldus per inſidias a barbaris captus obtruncatur,* MCCIV.
7. *Albertus expeditionibus bellicis Liuonos et vicinas gentes ad fidem adducit.*
8. *Equites Enſiferi in Liuonia orti.*
9. *Liuoni nec blandimentis nec tormentis ad fidem Chriſti abnegandam adduci poſſunt.*
10. *Ruſſiæ Princeps tributis exigendis Epiſcopo moleſtias creat.*
11. *Epiſcopus et Enſiferi de terris occupatis inter ſe contendunt.*

1. ANNO igitur verbi incarnati MCLXXXVI. fundata eſt ſedes epiſcopalis in Liuonia a venerabili viro *Meinardo*, intitulata patrocinio beatæ Dei genitricis Mariæ, in loco, qui *Riga* dicitur.

2. ET quia idem locus beneficio terræ multis bonis exuberat, nunquam ibi defuerunt Chriſti cultores, et nouellæ eccleſiæ plantatores. Eſt enim eadem terra fertilis agris, abundans paſcuis, irrigua fluuiis, ſatis etiam piſcoſa et arboribus nemoroſa.

3. DOMINVS quoque *Bertoldus*, Abbas in *Lucca*, relicta prælatione, et ipſe verbi ſemina gentilibus ſpargere ſtudens, huic labori non impiger ſe ingerebat. Vnde, gratia Dei cooperante, non parum gentilibus quibuſdam acceptus erat. Conſiderabant ſane in viro gratiam converſationis, temperantiam ſobrietatis, modeſtiam patientiæ, virtutemque abſtinentiæ, inſtantiam prædicationis, iucunditatem affabilitatis. Vnde poſt deceſſum Domini *Meinardi*, qui, vt præmiſſum eſt, bonum certamen certauit, curſumque felicem conſummauit, quia omnibus, tam clero quam populo, converſatio Domini *Bertoldi* innotuerat, ipſum vnanimi conſenſu locum defuncti ſortiri exoptabant. Qui veniens *Bremam*, Epiſcopus conſecratur; cui etiam ad ſupplementum laboris reditus annuales in eadem eccleſia ad viginti marcas deputantur.

4. CVIVS prædicationis inſtantia nonnulli ſublimes et nobiles, ſignaculo ſanctæ crucis inſigniti, ad deprimendas gentilium vires, vel potius ad cultum Chriſti perdomandas, iter peregrinationis arripiunt. Nec defuerunt ſacerdotes et litterati, ſuis exhortationibus eos confortantes, et ad terram promiſſionis felici perſeuerantia eos pertingere promittentes.

5. ET quia profectio ſiue peregrinatio *Hiero-*

Hieroſolymitana tunc vacare videbatur, ad ſupplementum huius laboris Dominus *Cœleſtinus* Papa indulſerat, vt quicunque peregrinationi memoratæ ſe vouiſſent, huic itineri, ſi tamen ipſis complacuiſſet, ſe ſociarent, nec minorem a Deo peccatorum remiſſionem perciperent. Fit igitur de tota Saxonia, Weſtfalia vel Friſia, Prælatorum, Clericorum, militum, negotiatorum, pauperum et diuitum conuentus plurimus, qui, in *Lubeca* comparatis nauibus, armis et victualibus, Liuoniam vſque peruenerunt.

6. CVMQVE Præſul beatus exercitum produceret contra infideles, Chriſti cultoribus inſidiantes, in manus impiorum cum duobus tantum deuoluitur, occiditur, et vt ſperamus, gloria et honore coronatur. Erat enim flagrans mortis deſiderio;

Qui, ſicut primæ lucratur brauia ſortis,
Sic ipſi primæ fuerat data copia mortis.

Denique die ſecunda, cum requirerentur corpora occiſorum, inuentum eſt corpus Epiſcopi intactum et incorruptum; cæteris corporibus, quia æſtus erat, muſcis et vermibus repletis. Quod cum planctu nimio et exequiis ſolennibus in ciuitate *Riga* tumulatum eſt.

7. POST hæc Dominus *Albertus*, Bremenſis Canonicus, in ſedem defuncti ſublimatus eſt. Qui cum adhuc iuuenili floreret ætate, magna morum pollebat maturitate. Et quia vir *parentatus* erat, ornatus fratribus et amicis, in vinea Domini cooperatores habebat plurimos. Nec facile exprimere potero, quantam inuenerit gratiam apud Reges et magnates, qui ei cooperabantur pecuniis, armis, nauibus, victualibus. Inter quos Dominus *Andreas*, Archiepiſcopus Lundenſis, *Bernhardus* Pathelburgenſis, *Iſo* quoque Verdenſis, manus ſuas Domino conſecrauerunt. Obtinuerat etiam a ſede Apoſtolica, vt, ſi quos inueniſſet viros religioſos, et verbi Dei erogatores, ſiue de ordine Monachorum, ſiue regularium Canonicorum, vel aliorum religioſorum, ipſos ſuo labori cooperatores efficeret. Vnde ipſum ſequebatur multitudo maxima, et militum manus copioſa. Cumque frequenter æſtiuo tempore exercitum duceret contra crucis Chriſti inimicos, non ſolum Liuones, verum etiam alias barbaras nationes ita ſibi ſubiecerat, vt ab eis obſides acciperet, et pacis conditiones cum eo facerent.

CREVIT igitur eccleſia Dei per venerabilem virum *Albertum*, bene diſpoſitaPræpoſitis, parochiis, cœnobiis. Multi etiam continentias vouentes, et ſoli Deo militare cupientes, forma quadam *Templariorum* omnibus renunciantes, *Chriſti militiæ* ſe dediderunt, et profeſſionis ſuæ ſignum in forma *gladii*, quo pro Deo certabant, in veſtibus præferebant. Qui confortati et animo et numero, inimicis Dei terrore non paruo formidabiles effecti ſunt. 8.

NEC defuit diuina miſeratio fidem ſuorum inconcuſſam roborando, et hoc indiciis veritatis demonſtrando. Nam cum quidam neophytorum ab inimicis ſuæ gentis comprehenſi fuiſſent, muneribus et blandimentis ad priſtinum errorem eos immutare ſatagebant. Quibus cum nulla ratione conſentirent, ſed ſuſceptæ fidei ſacramenta inuiolabiliter conſtantiſſime obſeruare decreuiſſent, incredibili tormentorum genere eos trucidabant, qui ſua confeſſione multos confortabant: quia per eos plurimi Deum glorificabant. 9.

VERVM inter hæc proſpera non defuerunt aduerſa. Siquidem Rex Ruſſiæ de *Ploſceke* de ipſis Liuonibus quandoque tributum colligere conſueuerat: quod ei Epiſcopus negabat. Vnde ſæpius graues inſultus ipſi terræ et ciuitati ſæpe dictæ faciebat. Sed Deus adiutor in opportunitatibus ſuos ſemper protegebat. 10.

ORTA tamen fuit inter Dominum Epiſcopum et fratres ſupra dictos, qui *Dei milites* dicuntur, quædam inteſtina ſimultas, et mirabilis quædam altercatio. Dicebant ſane *fratres*, ipſorum iuris eſſe tertiam partem totius gentilitatis, quam Dominus Epiſcopus vel verbo prædicationis, vel violentia expeditionis obtinere potuiſſet. Quod cum Epiſcopus omnino eis negaret, facta eſt inter eos grauis diſcordia, ita vt multum contra ipſum in *Curia Romana* laborarent, nec minus Dominus Epiſcopus ſuam ſententiam confirmaret. 11.

II.

Chronicon Ordinis Teutonici, vulgo Homeiſter-Chronike, ap. ANTON. MATTHAEI *Anal. t. 5. p. 699. ſeq. edit. nouiſſ.*

CXXVI. NVe ſal men van Pruyſſen wat ſwigen ende ſcriuen van *Lieſtant* ende *Coerlant*. In den laere ons Heren duyſent hondert ende LVIII. waren coopluden, die ryc waren, ende grote comanſcap deden. Deſe coopluden quam in den ſinne, dat ſe noch verder vreemde lande beſoecken wolden in heydenſcap, om comanſcap te doen. Ende ſy kregen enen man, die verre lantſcappen doir varen konde, ende deſe man brochtſe op ene tyt op die Oiſterzee, op der *Duna* geheten, ende quam aan *Ruyſland*, ende daer woenden quade heidens volc, die men *Keenen* heit, ende lagen by *Ruyſland*, ende aen dit land quamen deſe coopluden tegens horen danck, ouermits grote ſtorm van wynt. Als die heiden dat vernamen, ſoe quamen ſy mit ſcepen ende oic te lande, ende wolden deſe Kerſten coopluden, die daer veel was, verſlaen; ende al hoir goet nemen. Mer die Kriſten ſetten hem ter weer mit ſcieten, mit werpen, ende mit ſlaen, ſoe datſe die heiden ſeer queſten, alſoe datter van enen vrede geſproken wert, die ſy an elcke ſyde geloifden te houden by hoire ewe. *

CXXVII. Die Kerſten worden doe vrolic, ende Kregen moet, ende ghingen vrylic opt lant, want hem docht Got hadſe dair geſant. Sy hadden groet goet in hun ſcepen, dat vercoftenſy daer veel bet dan anders waer, want ſy manghelden om ander waer, naer ſy veel aen winnen mochten. Ende die Kerſten coepluden waren ſeer vro, dat hem Got deſe grote auontuer verleende. Sy maeften doe voirt enen valten vrede mitten heydenſche *Liſtlanders*, als datſe dahr weder comen ſouden. Ende woude oic yemant mit hem comen om comanſcap: die ſoude oic mede in den vrede weſen, ende willecoem ſyn, ende dit geſcieden by *Dunemude* in *Lieſtant*, ende deſe Kriſten coepluden voeren weder tot horen landen, ende quamen doe weder om comanſcap. Ende veel ander coopluden, die dit mede gewaer worden, die daer oic mit groten hopen togen om comanſcap, ende worden al wel ontfangen, ende dit duerde lange, datſe aldus hoir copmanſcap deden op ten cant van den lande, ende het ginc hem wel te hande. Ende ſy togen ten leſten mit hoir comanſcap vorder in den lande, wel ſes mylen, ende leiden dair hoir comanſcap mit oirlof vanden heiden, ende bleuen dair veel leggen.

CXXVIII. Daer nae gauen hem die heiden oirloff, datſe een gemack mochten tymmeren, ende doe tymmerden ſy by Dunauwe op enen berch een eerlic gemac, ende maeften een borch ſoe vaſt, datſe daer mit vreden wel op mochten leggen, ende die borch wert genoemt *Ykeſhulle*, ende leit noch in *Lieſtant*. mer die heiden en dochten niet, dat hem enich quaet dair of comen ſoude.

CXXIX. Ende op ene tyt ſoe was mit deſen Kriſten coopluden mede int lant gecomen een wys Prieſter, ende heit Prieſter *Meynert*, ende was ſeer wys, cloeck, ende ſtout van moede, ende hy konden hem alſoe hebben, dat hem alle man lieff had. Hy begonde die Heidenen te prediken ende the leren mit goeden onderwys, als dat hy der veel bekeerden, ende der Kerſten coopluden quamen altyt meer int lant.

CXXX. Omtrent dier nywer borch die getymert was, ſoe was daer een alren machtigen heydenſche man geſeten, die ſeer ryck ende machtich von magen was in den landen, ende was geheten *Cobbe*, ende Got ſende ſyne gracie in deſen man, als dat hy Kerſten wert, ende veel van ſyne magen ende vrunden mit hem, ende lieten hem dopen van deſen prieſter *Meynaert*. Die Kerſten waren hier ſeer in verblyt, ende als dit gerucht int lant quam over al, dat *Cobbe* mit ſine vrunden en magen Kerſten geworden was, ſo begonden hen te verheiſen die *Lettauwen*, die *Ruyſſchen* die *Ozeleren* ende *Coeren*, om dat ſy verhoirden, dat die Kriſten geloue in *Lieſtant* gecomen was.

CXXXI. Deſe Prieſter *Meynaert* dio toech ouer Zee an den Paeus, dat hy enen Biſſcop int lant ſenden wilde, ende *Cobbe* toech

* *Ewe*, fides.

tocch mit hem, ende meer ander Kristen. Als sy tot *Romen* quamen, die Paeus vraegten seer na de gestant van den lande, ende wat volck en wat landen dair omtrent lagen. Priester *Meynaert* haddet al in scriften, hoet hem gevallen was. Hy seide die landen soe sy lagen, ende wat heidens volc datse hadden; dese priester seide den heiligen vader den Paeus: Het syn veel grooter heydensscher landen, daer veel quaet volck in is. Een lant is daer, dat heet *Letouwen*, ende is groot ende machtich, daer by lecht noch een groot lant, ende heten *Zemegallen*, ende is oic alten quaden heydensschen volck. Noch leit daer een lant by, ende heten die *Letten*, ende daer by an den Kant van der Zee leit een lant geheten *Koerlant*, ende is lanc wel vyftich mylen, ende is alten quaden bosen volc. Daer by lecht noch een lant ende heit *Ozeler*, ende is een eyland in der Zee, ende plagen veel den Kersten coopluden hoir goet the nemen. Noch lecht daer een lant by, ende heten *Eyssten*, ende is seer groot, breet ende lanc, ende hebben veel herts volcs in. Daer leet noch een groot lant, ende heten *Lieuen*.

CXXXII. Als die heylige vader die Paeus *Innocentius* die *anderde* dit verhoirde, soe was hy blide, ende maecten desen goeden Priester *Meynaert* Bisscop, ende beval hem voirt te predicken, ende dat beste te doen. Dit geschieden int jaer
1170. MC. ende LXX.

CXXXIII. Als Bisscop *Meynaert* en *Cobbe* weder in *Liestant* quamen, worden die Kersten seer verblyt, die daer waren, dat sy ene Bisscop hadden tot *Riegen*, ende synen stoel wert dair geset. Der Kersten macht wies altyt meerre in den landen, ende dese Bisscop predicte seer, ende dede grote caritaet, ende bekeerden veel van den heydensschen volck, ende hy was Bisscop XXIII. jaer, ende sterf in vreden, ende wert seer beclaecht
1193. van den Kersten, in den jaer MCXCIII.

CXXXIV. Die Kersten senden boden an den Bisscop van *Bremen*, dat hy hem holpe, datse weder enen Bisscop hadden. Doe wert daer gesent enen Bisscop, die *Bartalt* hiet, ende was die anderde Bisscop van *Rige*. By synre tyt quamen die *Letauwen*, ende *Ruysschen*, mitten *Lieuen*, ende wouden den Kristen uyt den landen dryven, mer sy weerdent stoutelich, ende daer wert *Cobbe* seer gewont. Ende daer bleuen doot wel XCIII. Kersten in den velde by *Kokenhusen*, mer die Kersten bleuen int lant, ende kregen vast allencken meer hulpen. Korts daer na sterff *Cobbe* van der quetsuire, die hy daer ontfangen hadde.

CXXXV. Dese Bisscop begreep ende began die stat van *Riege* yerst de vesten. Die *Eyssten* wouden dit geerne benemen, ende quamen mit heercraft tot *Riege*, ende daer waren vele Pelgrims den Kersten te hulpe gecomen, ende die goede Bisscop predicte, ende troesten dat Kersten volc seer, ende togen op die heiden *Eyssten*, daer seer gevochten wert, daer bleef dese goede Bisscop *Bartalt* doot, die XI. jaer Bisscop was, ende wel elf hondert Kersten, ende ouer ses hondert heiden, mer die Kersten behielden noch hoir lant. Ende dit geschieden int jaer
ons Heren MCC. ende IV. 1204

CXXXVI. Als die goede Bisscop *Bartalt* doot was, soe waren die Kersten seer rouwich, ende senden boden an den Bisscop van *Bremen*, dat men hem een Hoeft senden. Ende ob die tyt was tot *Bremen* een eersaem man, ende hiet *Aelbrecht*, dese wert gesent an den Paeus *Alexander* den *derden*. Ende die Paeus maeckten desen *Aelbrecht* bisscop van *Riege*, ende die Paeus stichten een Ridder Oirde by den Bisscop in manier, als die Oirde van den Tempel was, ende die soude in *Liestant* wonen, wesen, ende t' lant beschermen, ende voirt aen winnen, ende die Bisscop ginc selue vluysch mede in der Oirden, ende veel goeder Ridder mannen, ende veel luden gingen in deser Oirden, ende die Paeus gaff ende bestedichde deser Oirden al dat lant ende lude, dat in *Liestant* was angewonnen, of dat sy of hoir nacomelingen noch aen winnen souden, datse dat ten ewigen dagen als vry gront erf heeren besitten souden, ende souden der heyligen Kercken bescermers wesen. Ende dese Heeren droegen witte mantel mit een root swert, ende daer op ene rode sterre, ende dese hieten swert broeders. Dit geschieden int laer MCC. ende IV. 1204

CXXXVII. In deser Oirden wert doe vluysch gecoren een alten vromen stouten man tot enen Meister van der Oirden, ende hiet Heer *Vinne*. Ende die Bisscop *Aelbrecht*, ende die *Meister Vinne* kregen veel goeder luden in der Oirden, ende

kregen vele luden, die om Goids wille mede togen in *Lieflant*, om Goids vianden the wreken, ende omt groot aflaet, dat die Paeus daer toe gaff, ende ſy quamen in *Lieflant*, daer alle den Kerſten lief toe was. Deſe *Meiſter Vinne* dede tym meren dat ſlot te *Wenden* tegens die *Letauwen*. De Meiſter was ſeer wys van opſet ende van Rade endeſtout van moede. Ende indeſen tyden ſoe ſtont der *Oſelen* lant, *Lieflant*, ende der *Letten* land al onder den *Ruyſſchen*, ſonder dat die Kerſten in gewonnen hadden. Deſe *Meiſter Vinne* ſtreet veele ſtriden, hy verſloech der *Ruyſſchen* Conink, ende ſloech hem menigen man off, op enen tyt ouer DC. man van den *Ruyſſchen*, ende wan ene borch, ende hiet *Gerſeke*, ende verdreeff dair omtrent wyff ende kynt, ende hy wan oick *Kokenhuſen* den heyden off.

CXXXVIII. Deſe goede *Meiſter Vinne* dede veel goets. Daer was een, die deſe goede Meiſter leet had, ende wert heymelic onderwyſt van den heiden, dat hy den Meiſter doot ſouden ſlaen, als hy ſynen tyt ſage. Ende op een tyt ſtont die Meiſter alleen, ende ſprac mit ſynen Capellaen, ende hy ſloech den Meiſter ende den Capellaen beide doot, mer hy wert gekregen, ende op een rat geſet, ende vele pinen angedaen, dat hy wel verdient had. Die Meiſter wert ſeer beclaecht, ende deſe Meiſter *Vinne* was XVIII. jaer hoir Hoeft van den landen. Ende dit
1223. was in den jair ons Heren duſent CCXXIII.

CXXXIX. Doe wert gecoren tot enen Meiſter een broeder, ende hiet Heer *Volquyn*, ende was een eerſam gemynt man, rechtveerdich, ende getrou ſynen Oirden. Hy begreeb dat ſlot tot Volyn, dat den *Eyſten* leet was, ende die Meiſter ſenden dair broeders mit volck, ende die *Eyſten* quamen heymelic, ende verſlogen ende moerden alle die broeders, ende den Kerſtenen, ſonder twe broeders van der Oirden hielden ſy geuangen, datſe van honger ſauden ſteruen, ende men gaf hem niet te eten. Soe was daer een heydens wyf, ende hiet *Emme*, ende had enen man geheten *Villiamas*. dien verdrooit, dat die broeders van honger ſteruen ſouden, ende quam ende ſeide: laet ghy deſe quade Duytſche leuen; ic falſe mit ſteenen werpen doot. Mer ſy werp hem heymelic t' eten in vanghenisſe, ende als die heiden vernamen, datſe van honger niet ſteruen en konden, ſoe deden ſy die broeders ſteruen mit groter pinen. Ende die Man ende dat wyff worden Kerſten, ende waren alle hoir dage tinſe vry.

CXL. Deſe Meiſter *Volquyn* mitten goeden Biſſcop *Aelbrecht* worden te rade, alſoe ſyt qualic holden mochten tegens die quade heiden. Die Meiſter bewaerde die landen, ende Biſſcop *Aelbrecht* toecht op Goids auontuer ouer die Zee, ende quam int *Saſſen* lant, ende clagede den luden, hoe laſtlic dattet den Kerſten volc in *Lieflant* ſtont, ende predicte den volc ſeer. Die Hertoch van *Saſſen* dede ſyn Ridderſcap ende ſyn ander volc by een comen, ende daer was veel volcs, die die reyſe aennamen, ende vergaderden een groot heer, ende voeren ouer in *Lieflant* mitten Biſſcop *Aelbert*, ende quamen by den Meiſter *Volquyn*. Als die *Eyſten* vernamen, datter vele Kerſten quamen, ſoe verſamelden ſy ende ſpraken: We ons der pine! Sullen ons die Kriſten Pelgrum van onſe erue driuen, ende die Letten ende Lieuen hem helpen; wy willen alle vergaderen, dat wy mogen, ende willenſe ten tyde wederſtaen, ende driuenſe ouer Zee, op datſe ons niet meer en quellen, en wy willen die Letten ende Lieuen mede verdriven, willenſe hem helpen.

CXLI. Die Hertoch Aelbrecht van *Saſſen* quam mit veel volcs, diet cruys mitten Hertoch aangenomen hadden, ende quamen to *Riegen*, ende die Meiſter ontfenſe mit grote weerdicheit, ende ſeide totten Hertoch: Lieue Heer! God almachtich heeft u hier geſent om dit arm lant te helpen beſcermen, dat wy in ghewonnen hebben, want wyt ſonder grote hulp niet houden en mogen. Lieue Meiſter! ſprac die Hertoch, wy ſyn hier als pelgrims gecomen om Gods vyanden te krencken, ende waer gy voir treẽt, daer willen wy mit onſſen pelgrums volgen, ende mit u goet ende quaet wagen. Doe togen die Hertoch ende die Meiſter op die *Eyſten*, daer ſeer geſtreden wert, daer bleuen doot ouer MD. heyden, ende die ander vlogen in boſſchen ende wildernisſe, ende anders, waer ſy mochten. Die Kerſten behelden t' velt, ende en verloren nyet dan IX. doden, die int ewige leuen voeren, ende twe broeders vander Oirden bleuen daer doot.

CXLII. Die Hertoch ende die *Meiſter* togen weder mitten volck tot Riege, ende waren vro. Ende die *Eyſten* geerden

den enen vrede, ende men maecten enen vrede mitten *Eyſten*. Dit verdroet ander heiden, ende hieten die van *Retwen*, ende togen ende roefden op die Kerſten. Die Hertoch ende die Meiſter toghen in *Retwen* lant, daer ſy die *Oſelaer* oic in vonden, dat ander heiden waren. Daer wert doe ſeer geſtreden tot *Kandal*, op dat velt, daer veel heiden bleuen doot, ende oic een deel Kerſten, ende die Kerſten namen horen roeff weder. Doe ſtontet enen wyle in vreden, ende Hertoch *Aelbert* van *Saſſen* toech wederom thuis tot ſynen landen, die daer veel eren ende vromicheit gedaen had.

CXLIII. Daer nae die *Eyſten* en helden ghenen vrede langer, ſy deden alle quaet, datſe mochten. Ende in dien tyden quam een duytſche Kerſten man in een dorp, dat *Rudenaelge* hiet, ende ghinc in ſyne herberge. Als hy de bedde was, ſo nam die wert twe bylen, ende gaf ſyn wyf een, ende ſloeghen den man doet, ende twyf ſloech mede ouer den man, ende ſy ſleepten den naecten man int boſſche, ende lieten hem daer leggen. Dit wyf droech kynt, en wert corts daer na verlediclit van den kynde, ende wat wonden die die man had, ſulcke wonden had dat kynt, ende dit kynt leuede anderhalf jaer mitten wonden.

CXLIV. Daer nae quam Graue *Albrecht* van *Oerlamunde* in *Lieſtant* mit vele pelgrums, ende toech mitten Meiſter *Volquyn* op die *Eyſten*, ende vergaderde op een velt, daer nu dat huys tot *Velyn* ſtaet. Daer wert ſeer geſtreden, ende daer bleuen doot MIV. hondert heiden, ende gheen hondert Kerſten, ende daer nae quam Heer *Berwyn* van *Wentlant* mit vele Ridderſcap ende pelgrums, ende doe wert menige vromicheit gedaen op die *Eyſten*, ende die *Ruyſſchen* ende *Letouwen* begonden dit te beniden, dat die Kerſten victorie hadden, ende begonden veel leets den Kerſten te doen. Ende die *Letouwen* quamen mit veel volcs om die Kerſten te berouen, ende die *Meiſter* mit ſinen volck vocht daer tegens, ende verſloecher negentien hondert doot, ende dit geſcieden tot *Vmmekullen*, ende die ander vlogen, ende die Meiſter mitten uytheemſchen pelgrumen volchden hem nae, ende verſloegen noch v. honderd *Ruyſſchen*, ende dit gheſcieden by *Kokenhuſen*.

CXLV. Daer nae quam die *Graue* van *Amſteyn* * uyt *Doringhen*, mit vele pelgrum, in *Lieſtant*. Die Meiſter mitten pelgrummen die togen int lant van *Oſel* in den wynter, ende ſloeghen wel doet ſoe man, wyff, ende kynder, XXV. hondert.

CXLVI. Daer nae toech die Meiſter *Volquyn* mitten pelgrummen in *Samegallen* lant, dair ſy oic ſtreden, ende der heydenen bleef doot XVI. hondert, ende der Kerſten bleuen doot wel drie hondert, mer die Kerſten togen veylich weder wech te ſcepe. Daer nae quamen die *Samegallen* te velde tegens den *Meiſter*, ende ſynen volc. Daer wert geſtreden ende der *Samegallen* bleuen doot V. hondert, ende der Kerſten twe hondert. Daer na quamen die *Lettauwen* mit groten heer opten *Meiſter*, ende opten Kerſten, ende die Meiſter mit ſynen volck ende mitten pelgrummen quamen hem te gemoet, ende ſloegen doot twee duyſent *Lettauwen*, ende namen wel XXV. hondert peerden, ende VI. hondert Kerſten bleuen daer doot. Dair togen die *Graue* ende andere pelgrims t' huys.

CXLVII. Daer nae quam enen valſchen *Legaet* mit valſche bullen, datmen den heyden niet en moſt nemen, ofte roouen, ofte ſlaen, ſy en quamen in den Kerſten lande om quaet te doen. Hier mede wert dat volck ſeer verſlagen, want de duyvel ſaeyde dat ſaet. De Paus had eerſt geordonneert ende geconſenteert, en had den Oirden gegeuen, gegunt, ende geconfirmeert, wat ſy den heydenen afwonnen, datſe dat vrylicken gebruycken, beſitten, ende behalden mochten ten euwigen daghen, als vry Heeren.

CXLVIII. Meiſter *Volquyn* wert ſeer verſtoert om des *Legaten* predikinge, want hy ſyn alre beſt gedaen had voor den Kerſten gelooue in alle ſaecken.

CXLIX. Die *Sweden* ende die *Denen* hadden die burgh tot *Revele*, mitten landen ende luden, daer onder behoorende, in haren handen gecregen mit onrecht, ende daer off was die *Legaet* heymelick van de *Sweden* ende *Denen* uytgemaeckt, ende dat wert vernomen, ende die *Legaet* wert alſo uytgericht, dat hy

* Arnſtain.

niet meer en geerde daar de comen. Ende die *Meister* sondt aen den Paus, hem alle dinck te kennen gevende. Ende den Paus gaff den *Meister* ende der Oerden *Revel*, ende al dat dair onder hoorde, ende voort alle die landen, ende goeden, die sy den heyden ossgewonnen hadden, ofte noch afwinnen souden, ten euwigen daghen te besitten, als Erfgrontheren.

CL. Die *Meister* wan den *Borgh*, doe sy die niet ruymen en wouden. Hy nam dat lant in handen, ende tymmerde doe die borgh van steenen seer vast, mit mueren, ende toornen seer hoch.

CLI. Daer nae quam int lant den *Grave* van *Danenberch*, ende Heer *Iohan Haseldorpe* mit veel pelgrims, die mitten Meyster streden tegen die *Lettauwen*, ende Meister *Volquyn* bleeff mit XLVIII. broeders van der Oirden doot, ende dié Grave mit veel goeder mannen mit hem. Hy hadde Meister geweest XV. jaer lanck, veel goets gedaen, ende veel tribulatien gehadt.

CLII. Ende dese Meyster *Volquyn* is die geen, die met geduerich anhauden, arbeyt, vlyt, en moeyte, verkregen heeft van den Paus, en met tusschen spreken van vele Heeren en *Princen*, dat die *Oirden* van *Lyssant*, hoewel niet eer als na syn doot, is ingelyst ende verenicht mitten Ridderlycken *Duytschen Oirden* onser Lieyer Vrouwen van *Jerusalem*. etc.

III.

Narratio de fatis Liuoniæ, exhibita a Legatis Suecicis in Tractatu Oliuensi anno 1660.

Ex DIARII EVROP. *Tom. VIII. Append. p. 47. seq.*

Liuonia, ab antiquo gens inculta, nullo certo capite regebatur, sed vicinorum infestationibus expolita plerumque fuit. Nam seculo, post Christum natum, nono, *Curlandia* a *Sueonum* classe subacta fuit, vt videre est in historia vitæ S. Ansgarii. *Dani* etiam *Russi* et *Lithuani* expeditiones et excursiones in *Liuoniam* frequenter fecerunt. Tandem *Germani*, circa annum MCLX. formam certi regiminis ibi constituerunt, exstructis vrbibus et Castellis. Et quidem euocati sunt, e Collegio Canonicorum *Bremensium*, Præsules et *Episcopi*: primum *Meinardus*; deinde *Bartholdus*; et postmodum *Albertus*, ad sacra Christiana ibi propaganda. Quorum *Albertus* omnem *Liuoniam* subegit, et, condita a se vrbe *Riga*, circa annum MCC. illam sibi sedem elegit. Subegit autem eam gentem *Albertus* ope *Ensiferorum*, siue *ordinis Fratrum militiæ Christi*, et *Mariani Cruciferorum*, in quem *Magister Liuoniæ* paulo post cooptatus, certis autem legibus *Magistro Prussico* subiectus fuit. Quæ omnia cum a *Cæsaribus* publica authoritate confirmata essent; *Liuonia* inde, atque inprimis a seculo decimo tertio, successiue in *Prouinciam Imperii Germanici* recepta est. Eius rei exemplum a binis huic adiectis *copiis* inuestiturarum Cæsareanarum constat. Et primo quidem Archi-Episcopus *Rigensis* et Episcopi *Reualiensis*, *Dorpatensis*, *Osiliensis* et *Curoniensis* in numerum Episcoporum Germaniæ adsciti. Tandem etiam *Magister Ordinis*, cum libertatem a subiectione *Prussica* redemisset, Anno MDXIII. in classem Imperii Principum relatus est. Qui quidem status durauit ad annum MDLV. cum *Ioannes Basilides*, Magnus Dux *Moscouiæ*, in *Liuoniam* supra quam dici potest immaniter sæuire cœpit, et incolæ tantæ moli resistendo non fuerunt. Vnde Prouincia illa misere discerpta fuit. *Moscus* subiugauit *Wirland*, *Vellin*, *Marieburg* et totum Episcopatum *Derpatensem*. *Osiliam*, *Wiken* et *Curlandiam Magnus*, Holsatiæ Dux, et Frater *Friderici*, Regis Daniæ, traditam tenuit. Cum autem contra *Moscum* ab *Imperio* auxilia frustra flagitassent *Liuoni*; *Carolus V.* anno MDLVI. vniuersæ Prouinciæ protectionem detulit Regibus et Regno *Sueciæ*: prout pacta, *Gandaui* conclusa, et in Archiuis Regni asseruata, perhibent: quæ subsequentibus deinde annis a Ferdinando I. et Maximiliano II. repetita fuerunt. Atque inde primum *Reualia*, *Padies*, *Borckholm*, ac deinceps tota *Esthonia*, quæ *Magistro Liuoniæ* iuramentum fidelitatis præstitum renunciauit, ac Regi

A. B.

Sueciæ,

Sueciæ ſe ſubiecit, in poteſtatem *Sueciæ*, armis a *Moſcorum* inuaſione et Tyrannide liberata et vindicata, redigitur. Reliqua pars *Liuoniæ*, quæ ad Magiſterium et Archi-Epiſcopatum *Rigenſem* ſpectabat, *Polono* ſe dedit. Et Archi-Epiſcopus quidem *Rigenſis* et Ordinis Magiſter *Sigiſmundum II.* rogarunt, vt defenſionem *Liuoniæ* ſuſciperet, ſaluo *Imperii Romano-Germanici* iure, et pro ſumptibus belli pignoris loco, ſed ſub cautela redemptionis, nouem arces ac præfecturas acciperet. Quæ pactio inita anno MDLIX. Sed *Poloni*, iſtis non contenti, flagitarunt a *Magiſtro Ordinis* et Archi-Epiſcopo, vt ſe cum ſubditis ſuis *Poloniæ* et *Lithuaniæ* penitus ſubderent, et ſolenni ſubiectionis iuramento deuincirent; alias ſe quidem ne conatum aliquem defenſionis aduerſus *Moſcos* ſuſcipere velle. Hinc coacti fuerunt flagitatam a *Polonis* conditionem ſubiectionis ſubire, et totos ſe *Poloniæ* dedere anno MDLXI. Quæ tamen ſine *Imperii* conſenſu ac ſolenni declaratione facta ſunt: accipe * Magiſtro Ordinis pacto particulari, tituloque *Ducatus* in Feudum a Polonia *Curlandiam* et *Semigalliam*. *Poloni* poſthac a *Suecis* arces, in *Harrien*, *Wiken*, *Wirland* et *Ieruen* ſitas, petebant. Et offendebat *Polonos*, quod, dum *Poloniæ* Rex *Pleſcouiam* obſidione cingit, Rex *Sueciæ Naruam* occupauit. Cuius, vt et reliquæ *Liuoniæ*, ceſſionem cum per Legationes in *Sueciam Poloni* impetrare non poſſent; tandem in publicis Comitiis de eiiciendis *Suecis* e *Liuonia* conſultatum fuit. Quin et inter alias Conditiones Electionis, *Sigiſmundo III.* propoſitas, poſtularunt *Poloni*, vt, quam poſſidebant *Sueci*, *Liuoniæ* partem ſibi adiiceret. Sed *Sigiſmundus* id vehementer recuſauit, ſeque potius Regno *Poloniæ* ceſſurum, quam auito *Sueciæ* Regno aliquid detracturum eſſe, ſeque non videre, reſpondit, qua ratione *Poloni* maius in *Liuoniam* ius, quam *Sueci*, prætenderent, cum hi demonſtrare poſſint, *Liuoniam*, vt *membrum Imperii*, a tribus Imperatoribus protectioni *Sueciæ*; non vero *Poloniæ*, delatam fuiſſe. Iam quod *Poloni* cæteram *Liuoniam* poſſiderent; de facto occupaſſe. Deinde, cum Regnum *Sueciæ* deſereret *Sigiſmundus* Rex, et Patruus eius *Carolus IX.* vt fieri ſolet in motibus Regni, in Regem aſſumeretur; res in apertum bellum erupit: in quo *Liuonia* ex maxima ſui parte cum Ciuitatibus ſe *Sueciæ* dedere coacta fuit. Atque ita *Liuonia* ſucceſſiue demum in manus *Suecorum* devenit, et iam, partim facta *Imperatorum ceſſione*, partim incolarum *deditione*, partim denique *iure belli* a *Suecia* poſſidetur.

a.

Inueſtitura Alberti Liuonorum tertii Epiſcopi per Henricum Regem.

Anno 1224. HEnricus Dei gracia Romanorum Rex et ſemper Auguſtus Vniuerſis Imperii fidelibus, ad quos hæ literæ peruenerint, gratiam ſuam et omne bonum. Ad petitionem *Alberti*, venerabilis Liuonienſis Epiſcopi, Marchiam vnam, per totum eius Epiſcopatum, per Liuoniam videlicet et Lettiam, Lehale et Terras Maritimas inſtituimus, et eundem ipſi Principatum, iure aliorum Principum munificentia Regali conceſſimus; dantes ei poteſtatem faciendi *monetam* et *fundandi* ** Ciuitatem in *Riga* et in locis aliis, in quibus eas fieri oportet. Si autem in partibus illis vena metalli cuiuſlibet ſiue Theſaurus occultus manifeſtatus fuerit, in huiuſmodi ius noſtrum ſpeciale ipſius fidei, de conſilio Principum noſtrorum, commiſimus. Statuimus igitur et ſub interminatione gratiæ noſtræ firmiter præcipimus, quatenus Epiſcopo prænominato de omnibus iuſtitiis et rationibus, ad Regalem Iuriſdictionem pertinentibus, plene reſpondeatur, et per omnia intendatur, ſciturі, quod ipſum, tanquam dilectum Principem Imperii, ſincere diligimus. Et cum per eum Imperiales Termini dilatentur, et Barbarorum Infidelitas, annuente Domino, Chriſtiano cultui ſubiugetur; nihil eorum

* leg. *accipiente*.

** Hic ſuo ſe indicio forex prodit. Saluti rei diplomaticæ eſt, quod falſorum diplomatum fabricatores eius temporis, ad quod retrimenta ſua referunt, veram hiſtoriam ignorarunt, falſi ex eo facillime conuincendi.

omittere volumus, quæ commodo ſuo conducere poterunt et honori.

Huius noſtræ Conceſſionis Teſtes ſunt:

Treuirenſis et Salceburgenſis Archiepiſcopi.

Auguſtenſis, Bambergenſis, Patzavienſis, et Eiſtadienſis Epiſcopi.

Auſtriæ, Saxoniæ, Bauariæ et Carinthiæ Duces.

Landgrauius Thuringiæ et alii quam plures principes, Nobiles et Imperii Miniſteriales.

Datum apud Norenberg. Calendis Decembr. Indictione XIV.

b.

Inueſtitura Hermanni, primi Dorpatenſium Epiſcopi per Henricum Regem.

Anno 1224. Noribergæ.

HEnricus Dei gracia Romanorum Rex ac ſemper Auguſtus. Vniuerſis Imperii fidelibus, quibus præſens ſcriptum oſtenſum fuerit, gratiam ſuam et omne bonum. Notum eſſe volumus vniuerſis, quod nos, ad petitionem dilecti fidelis noſtri, *Hermanni*, venerabilis *Torpatenſis* Epiſcopi, Marchiam vnam, per totum eius Epiſcopatum, per has videlicet prouincias, Vgenois, Waigel, Sobolitz, Saccale, Mocke, Alumbus, Nurmegunde, conſtituimus, et eundem ei principatum, iure aliorum Principum, conceſſimus; Dantes ei auctoritatem, *monetam* faciendi, ac *fundandi* Ciuitatem in *Tarbato*, et in locis aliis, in quibus eas fieri oportet. Si autem in illis locis vena metalli cuiuſlibet, vel Theſaurus abſconditus fuerit repertus: in his et huiusmodi ius noſtrum, Speciale, de Conſilio Principum noſtrorum ipſius fidei commiſimus. Mandantes itaque et Regia authoritate firmiter præcipientes, vt de omnibus iuſticiis et Rationibus, ad Regalem Iuriſdictionem pertinentibus, ſæpe fato Epiſcopo reſpondeatur, et per omnia obediatur. Sciturі, quod nos ipſum, tanquam dilectum Imperii Principem, ſincere diligimus, et, cum per ipſum Imperiales Termini dilatentur, et, annuente Domino, barbarorum infidelitas iugo Chriſti ſubiugetur, nihil eorum omittere volumus, quæ ipſius commodo conducere potuerunt, et honori.

Huius autem noſtræ Conceſſionis Teſtes ſunt:

Venerabiles: Salceburgenſis et Treuirenſis. Archiepiſcopi.

Auguſtenſis, Herbipolenſis, Bambergenſis, Patzauienſis et Eiſtadenſis Epiſcopi.

Auſtriæ, Saxoniæ, Bauariæ et Carinthiæ Duces.

Langrauius Thuringiæ et alii quam plures Comites, Nobiles et Imperii Miniſteriales.

Datum apud *Norinbergam* Calendis Decembr. Anno Domini Incarnationis MCCXXIV.

IV.

Lubecenſes recipiunt Saltwedelenſes in ſedilia Wiſbienſia RVDIMAN. *Palæo-Marchica t. 1. pag. 61.*

Anno 1173.

HOnorabilibus viris et dilectis, domino *Aldermanno* ciuitatis Lubycenſis conſtituto in Gotlandia et ceteris conciuibus ſuis ibidem exiſtentibus aut venientibus, ac vniuerſis mercatoribus hanc litteram inſpecturis Advocatus conſilium et commune ciuitatis Lubycenſis ſalutem in domino Ieſu Chriſto.

Vniuerſis et ſingulis notum eſſe volumus, quod, dilectioni et voluntati amicorum noſtrorum de *Saltwedele* intendentes fideliter, ad petitionem et affectionem eorundem, in *ſedilia* et *conſortia noſtra* in ciuitate *Wiſbuy* recepimus ipſos, ipſis eam libertatem, iuſtitiam et leges frui concedentes, que noſtrates ibidem habent et hactenus habuerunt, volentes eiſdem ſpecialibus amicis noſtris, tanquam nobis, perpetuo obſeruari. Vt autem hec donatio ipſis rata et firma permaneat, preſentem paginam inde conſcriptam confirmaramque ſigilli noſtri munimine ipſis contulimus in teſtimonium et inſignum.

Teſtes

Teſtes vero huius facti ſunt:
Conſules Lubycenſes, Heinricus Varradus, Iohannes de Bardewic.
Magiſtri ciuium ipſo anno: Hildemarus. Iohannes Campſor, Fromoldus de Vifhuſen. Heinricus de Yſerlo. Altwinus de domo. Altwinus niger. Butherus. Heinricus albus et Bertrammus.
Camerarii.
Lodewicus. Heinricus. Kuro. Engelbertus de Colonia. Petrus de Boizneburg. Tydemannus Wirot. Mako de Kaſſelde. Chriſtianus de Kolco. Iacobus, et *conſilium vniuerſum*.

Datum anno domini MCCLXXIII. dominica ſecunda poſt Octauam Trinitatis.

V. a.

*Clementis * PP. III. epiſtola, qua Bremenſi Archiepiſcopo, præter Lubecenſem, Suerinenſem et Raceburgenſem Epiſcopatum, confirmat quoque Ykeſkolenſem.*

Ex LINDENBROG. *Scriptor. Septemtr. p. 164.*

CLemens Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili Fratri, Hartwico, Bremenſi Archiepiſcopo, ſalutem et Apoſtolicam benedictionem. Ex iniuncto nobis a Deo Apoſtolatus officio, Fratres et Coepiſcopos noſtros, tam vicinos, quam longe poſitos, ſinceræ caritatis affectu debemus diligere, et eccleſiis, in quibus auctore Domino militare noſcuntur, ſuam dignitatem et iuſtitiam integram conſeruare. Eapropter, Venerabilis in Chriſto Frater, tuis iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, Eccleſiam ipſam, cui auctore Domino præſides, cum omnibus pertinentiis ſuis, Lubecenſem quoque, Zwerinenſem, Raceſburgenſem et *Ixcolanenſem* ** Epiſcopatus, cum vniuerſis bonis, tam ſpiritualibus, ſicut iuſte et ſine controuerſia poſſides, tibi et eccleſiæ tuæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes, vt nulli omnino hominum liceat hanc noſtræ paginam confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumſerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud ſanctam Mariam VII. Kal. Octobr. Pontificatus noſtri anno primo.

* Refero quidem has duas chartas ad *Clementem*, quia Lindenbrogius nomen Pontificis, per literas *Cl.* indicatum, ita expreſſit: quæ tamen *Cæleſtinum* quoque denotare poſſent, arque ſic referendæ eſſent ad annum MCXCI. Chartas autem ipſas non maioris facio, quam præcedentes, Henrico Regi affictas. Nam cum tutorem habenti tutor non detur; neque vxorem habenti vxor: quomodo Lubecenſis, Suerinenſis, Raceburgenſis et Ykeſkolenſis Eccleſiæ, quarum ſuum quæque iam habuit virum, cum vniuerſis tam ſpiritualibus, quam temporalibus bonis, Bremenſi dari potuit Archiepiſcopo et confirmari? Hoc enim ius patronatus pleniſſimum inuolueret. Attamen Lubecenſes Epiſcopi nunquam a Bremenſi Archiepiſcopo, ſed vel a Saxoniæ Duce fuere dati, vel a Capitulo electi. Tum, ſi de ſubiectione ageretur, aliis verbis res efferenda erat, nec ab Innocentio III. et Honorio III. facile reſciſſum fuiſſet, quod Clemens ſanxerat vel Cæleſtinus III. Confictas igitur has arbitror epiſtolas, maxime quod Bremenſes eas Pontificibus vmquam obiciſſe non leguntur; lectoris tamen arbitrio hic quoque, vt in ceteris ambiguis quæſtionibus, vndiquaque ſaluo.

** STAPHORSTIVS *hiſtor. eccleſ. Hamburg. t. 1. p. 595.* cum hanc chartam deſcripſiſſet, ſubiicit: *Quæritur, quid ſit Ixcolanenſis Epiſcopatus?* Et in lemmate fatetur, ſe eum penitus ignorare. Fatentur id et alii, licet *Iſlandicum* legere malint. Sed *Ykeſkolam* hic latere, quam Meinardus, Livonienſis Epiſcopus, ſedem elegerat, res ipſa loquitur. At hæc ipſa appellatio a certa ſede fraudem olet. Non enim caſtri, ſed populi Meinardus Epiſcopus, ſtilo Curiæ *Livonienſis Epiſcopus* vocandus erat.

V. b.

Eiuſdem alia de ſolo Epiſcopatu Vkeſkolenſi. Ex MS.

CLemens Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili Fratri, Bremenſi Archiepiſcopo ſalutem et Apoſtolicam benedictionem. Fratres et Coepiſcopos noſtros ſpeciali tenemur caritate diligere, et iuſtis eorum poſtulationibus fauorem Apoſtolicum benignius impertiri. Eapropter, Venerabilis in Chriſto Frater, tuis iuſtis poſtulationibus clementer annuimus et Ixſcolanenſem Epiſcopatum, quem tu et clerus tuæ curæ commiſſus, per miniſterium Meinardi ſacerdotis, religioſi et diſcreti viri, in Ruthenia, ſancti Spiritus gratia donante, acquiſiuiſſe dicuntur, et, vſque adeo tuba ſacri eloquii in intimis quorumdam barbarorum mentibus intonante, fides Chriſtiani nominis tales proponitur poſuiſſe radices, quod idem, qui ſeminator exſtitit in illis partibus verbi diuini, Paſtor fieri meruerit et Epiſcopus animarum illarum, tibi et eccleſiæ tuæ, tuiſque ſucceſſoribus, cum obſeruantiis, quas futuris temporibus duraturas canonice poſuiſtis et conſtituiſtis ibidem, auctoritate Apoſtolica confirmamus, et præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli igitur omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumſerit; indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, Apoſtolorum eius, (et noſtram) ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud ſanctam Mariam maiorem Kal. Octobr. Pontificatus noſtri anno primo.

VI.

Bertoldus Liuonum Epiſcopus conſecrat eccleſiam in Heſede, modo Heiſe, villa Hildeſhemium et Hanoueram interiacente. Ex Dn. GRVPEN. *orig. Hanouer. p. 310.*

Anno 1197. IN nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Nouerit vniuerſa tam moderni temporis quam ſucceſſura in Chriſto fidelium generatio, quod, cum fideles de *heſedhe* ad augmentum diuini obſequii oratorium in ſua *villa* conſtruere propoſuiſſent, neque ad hoc locum competentem inuenirent, nec etiam reditus, quibus eadem eccleſia dotaretur, eis ſuppeterent, miles quidam, *Bodo* nomine, de *Heſedhe*, miniſterialis Sancte Marie, aream eis in patrimonio ſuo ad hoc opus pia intentione largitus eſt. ipſius etiam *ciues* lucum quendam prope eandem villam ſucciderunt, vt nouale inde proſciſſum doti eiuſdem eccleſie cederet. Verum cum eodem luco fratres de ſancto Michahele in Hildenſem nouem et eo amplius vtilitates, que vulgo *echtwart* nominantur, poſſiderent; dominus *Theodericus*, prefati monaſterii abbas, iam dictorum *ciuium* propoſito vehementer obſtitit -- Eo quod in ſucciſſione illius luci conſenſum ſuum non requiſierant. cum autem ego B. Dei gratia *Liuonum* Epiſcopus, ad conſecrationem ipſius eccleſie vocatus eſſem, et Abbas nobis huius iniurie modum ſignificaſſet, cum citra voluntatem (eius) Eccleſiam dedicari iniurioſum duceremus; memorati *ciues* vnanimi aſſenſu in hoc conuenerunt; vt idem Abbas et ſui ſucceſſores ius patronatus in eadem eccleſia iure perpetuo poſſideant: quam Ecbertus ſacerdos de ſtarthe * ab eodem Abbate nobis preſente recepit. cum autem Wernherus miles peregre profectus huic donationi non intereſſet; Ludolfus, frater eius, fidem de conſenſu ab eo faciendo fecit.

Nos ergo eandem eccleſiam ad honorem omnipotentis Dei et eius genitricis et ad ſpeciale patrocinium beati Bernwardi Epiſcopi et Confeſſoris dedicauimus.

Huius actionis et donationis teſtis ſum ego Bertoldus Liuonum Epiſcopus.

Thiedericus Abbas.

Ecbertus et Nicolaus Sacerdotes.

Ludigerus. Egco. Thidericus. Friderícus. Layici, et alii quam plures.

VII.

* ſ. Tzarſtede.

VII.

De negotio fidei in Liuonia INNOCENTII III. *PP. epiſtola prima. Lib. 2. ep. 191. p. 460.*

Anno 1199. INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei *vniuerſis Chriſti fidelibus in Saxonia et Weſtfalia conſtitutis* ſalutem et ap. bened. Sicut eccleſiaſtice leſionis cenſura compelli non patitur ad credendum inuitos, ſic ſponte credentibus apoſtolica ſedes, que mater eſt omnium generalis, munimen ſue protectionis indulget, et fideles ad defenſionem eorum ſalubribus monitis exhortatur; ne, ſi nuper conuerſis negatum fuerit defenſionis auxilium, vel in primos reuertantur errores, vel eos ſaltem pœniteat credidiſſe. Accepimus enim, quod, cum bone memorie M.* *Epiſcopus Liuonienſis*, fuiſſet prouinciam Liuonienſem ingreſſus, in verbo Domini laxans predicationis ſue retia in capturam, inter populos barbaros, qui honorem Deo debitum animalibus *bruiis*, *arboribus* frondoſis, *aquis* limpidis, virentibus *herbis*, et *ſpiritibus* immundis impendunt, vſque adeo Domino concedente profecit, vt multos a ſuis erroribus reuocatos ad agnitionem perduceret veritatis, et ſacri *baptiſmatis* vnda renatos, doctrinis ſalutaribus informaret. Verum inimicus homo, qui tanquam leo rugiens circuit, querens, quem deuoret, inuidens conuerſioni eorum pariter et ſaluti, perſecutionem *paganorum* circum adiacentium in eos iniquis ſuggeſtionibus excitauit, cupientium eos delere de terra, et de partibus illis Chriſtiani nominis memoriam abolere. Ne igitur noſtre negligentie valeat imputari, ſi hi, qui iam crediderunt, retro cogantur abire, nec preſumant aliqui fidem noſtram recipere, ſi illi, qui iam receperunt, a paganorum incurſibus remanſerint indefenſi; vniuerſitatem veſtram monemus et exhortamur attentius, in remiſſionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus, niſi pagani, circa Liuonienſem Eccleſiam conſtituti, cum Chriſtianis treu- „gas inire voluerint, et initas obſer- „varint, ad defenſionem Chriſtiano- „rum, qui ſunt in partibus illis, potentes „et viriliter in nomine Dei exercituum aſſurgatis. Nos autem omnibus de partibus veſtris, qui *ſanctorum limina* viſitare vouerunt, preſentium auctoritate concedimus, vt in voti commutatione emiſſi, in defenſionem Liuonienſis Eccleſie ad partes illas, pro reuerentia nominis Chriſtiani, procedant. Omnes ſiquidem, qui ad defendendam Liuonienſem Eccleſiam et Chriſtianos in illis partibus conſtitutos diuino zelo ſuccenſi duxerint tranſeundum, ſub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus, et eis apoſtolici patrocinii beneficium impertimur.

Datum Laterani III. Nonas Octobris.

In eumdem modum vniuerſis Chriſti fidelibus in *Slauia* conſtitutis.

In eumdem modum vniuerſis Chriſti fidelibus *trans Albiam* ** conſtitutis.

VIII. a.

Rumeſchottelii fratres Curiam in Apeldern cum XL. iugeribus pro XIV. marcis vendunt.

Anno 1330. NOs Richardus, Herbordus et Wiſſelus, fratres, dicti *Rumeſchotelen*, publice proteſtando notum facimus vniuerſis tam preſentibus quam futuris, ad quos viſu vel auditu preſentia contigerit peruenire, quod nos, grato interueniente conſilio et conſenſu heredum noſtrorum, quorum intererat, vnanimi manu ac libera voluntate, vendidimus pro quatuordecim marcis Bremenſis argenti eccleſie et conuentui in Ouerenkerken huiusmodi bona, iuſte emtionis titulo perpetuis temporibus quiete et pacifice poſſidenda, videlicet vnam curiam, in *Apeldern* ſitam, et quadraginta iugera, pertinentia ad eandem, cum ſingulis pertinenciis ſuis, ſicut hactenus ea in pheodo tenuimus a nobili viro, *Ioanne Comite*

* Meinardus.

** Raynaldus male hic *Tranſalpinos*.

in Rhoden et *in Wunſtorpe*, in aquis, ſilvis, pratis, paſcuis ac vſufructibus ipſorum bonorum, tam in villa, quam extra villam, ſimpliciter vniuerſis. Renuntiantes igitur dictis bonis in manus eiuſdem nobilis viri, Comitis in Wunſtorpe et in Rhoden, liberaliter et ſolute reſignauimus, quicquid iuris habuimus nos et heredes noſtri vel in poſterum habere potuerimus in eiſdem. Eidem etiam eccleſie et conuentui iuſtam warandiam eorum bonorum preſtabimus, vbicumque et quandocumque requiſiti fuerimus, volentes ipſam eccleſiam ab omni euictione ſeu impeticione hereditaria precauere. Ne igitur, quod a nobis iuſte et rationabiliter factum eſt, a poſteris noſtris aliquatenus immutari valeat vel infringi; in huius venditionis, renuntiationis et reſignationis perpetuam noticiam ac euidens teſtimonium premiſſorum dicte eccleſie et conuentui dedimus preſens ſcriptum, quod ſigillis noſtris appenſis firmiter duximus roborandum.

Actum et datum Anno domini milleſimo trecenteſimo triceſimo; Quarto Idus Octobris.

VIII. b.

Ioannes, Comes in Roden, feudi dominus conſentit.

Anno 1330. DEi gracia Nos *Ioannes* Comes in *Roden* et in *Wunſtorpe*, preſentibus recognoſcimus, tam preſentibus quam futuris publice proteſtantes, quod, ob reuerentiam beate Marie virginis, diuine remunerationis intuitu, et pro ſalute animarum noſtrarum, manſum vnum, in *Apelderne* ſituatum, quadraginta iugera habentem, quem Richardus, Wiſſelus et Herbordus, fratres dicti Rumeſcottelen, a nobis hucuſque in pheodo tenuerant, in manus noſtras reſignando libere dimiſerunt, cum area et omnibus pertinentiis ſuis, proprietate et omni iure ad nos pertinente, ſicut nos et progenitores noſtri ipſum hucuſque tenuimus, damus et dimittimus eccleſie et conuentui in Ouerenkerken, perpetuis temporibus obtinendum. Renuntiamus igitur omni iuri, quod nos vel heredes noſtri in dictum manſum poſſemus impoſterum ſuſcitare. Dantes eidem eccleſie preſens ſcriptum, noſtro ſigillo munitum in teſtimonium ſuper eo. Anno domini milleſimo trecenteſimo triceſimo, in vigilia beati Mathei Apoſtoli.

VIII. c.

Ioannes Comes de Roden, cum filiis attribuit monaſterio proprietatem.

Anno 1330. NOs *Iohannes* Dei gratia *Comes in Roden et in Wunſtorpe* vniuerſorum tam preſentium quam futurorum noticie publice proteſtando preſentibus aperimus, quod cum Richardus, Herbordus et Wiſſelus, fratres dicti Rumeſchotelen, curiam vnam, in *Apeldorn* ſitam, cum quadraginta iugeribus et ſingulis pertinentiis ſuis, quam a nobis in pheodo tenuerant, eccleſie et conuentui in Ouerenkerken perpetue venditionis titulo vendidiſſent, et in manus noſtras vnanimi voluntate pariter et conſenſu libere reſignaſſent; Nos, grato interueniente conſilio et conſenſu, *Ioannis*, *Ludolphi* et *Hildeboldi*, filiorum noſtrorum ac omnium, quorum potuit et debuit intereſſe, dictam curiam in manus noſtras libere reſignatam cum quadraginta iugeribus et pertinentiis ſuis, in aquis, ſiluis, pratis, paſcuis, tam in villa quam extra villam, ſimpliciter vniuerſis, proprietatem dictorum bonorum et quicquid iuris habuimus in eiſdem, pro remedio et ſalute animarum noſtrarum perpetue donationis titulo dimiſimus, et per preſentes conferimus nihilominus et donamus dicte eccleſie in Ouerenkerken, quam ſpeciali gratia proſequimur et favore, ob reuerentiam et honorem matris et virginis glorioſe, renuntiantes liberaliter omni iuri, quod in dictis bonis habuimus et habere potuimus, ſeu quod impoſterum nos et heredes noſtri poſſemus aliquatenus ſuſcitare. Vt autem tam noſtra preſens collatio, ſeu donatio,

quam

quam ipſorum venditio firma et inconvulſa perpetuis temporibus perſeueret, contulimus eidem eccleſie et conuentui preſens ſcriptum, quod ſigillo noſtro appenſo pro euidentia et teſtimonio premiſſorum firmiter duximus muniendum.

Actum et datum anno Domini milleſimo tricenteſimo triceſimo. Quarto ydus Octobris.

VIII. d.

Io. Comes de Roden eamdem cum aliis bonis dimittit.

Anno 1330. VNiuerſis Chriſti fidelibus preſentia viſuris vel audituris, *Iohannes* Dei gracia *Comes in Roden* et *in Wunſtorpe* rei geſte noticiam immortalem. Recognoſcimus et preſentibus publice proteſtamur, quod nos, grato interueniente conſilio, vnanimi conſenſu ac libera voluntate filiorum noſtrorum *Ludolphi*, *Ioannis*, *Hildeboldi* et *Ludouici*, ac omnium, quorum potuit et debuit intereſſe, pro remedio et ſalute animarum noſtrarum, bona huiusmodi, videlicet quadraginta iugera in *Apeldern* ſita, cum curia adiacente, que Richardus, Herbordus et Wiſſelus fratres de Rumeſchotelen a nobis in pheodo tenuerant, et in manus noſtras libere reſignarunt; manſum vnum in *Bekedorpe*, dictum *Colhaſen houe*, cum curia ſua, quem Conradus Wuko a nobis in pheodo tenuerat et in manus noſtras libere reſignauit; duos manſos in *Werther* ſitos, cum curia eorum, quos Ludolphus de *Mandelſlo*, miles, a nobis in pheodo tenuerat et in manus noſtras libere reſignauit, liberaliter dimiſimus, proprietauimus ſeu in proprium dedimus, et in hiis ſcriptis conferimus nihilominus et donamus eccleſie et conuentui in Ouerenkerken iure proprietatis et perpetue donationis titulo cum ſingulis ſuis pertinentiis et vſufructibus vniuerſis pacifice poſſidenda. Renuntiauimus etiam et per preſentes renuntiamus dictis bonis et proprietati ipſorum ac omni iuri, quod nos vel heredes noſtri inpoſterum ratione eorundem bonorum poſſemus aliquatenus ſuſcitare. Ne autem factum noſtrum a poſteris ignoretur, preſens ſcriptum pro euidentia et teſtimonio noſtre proprietatis* ſeu perpetue donationis ſigillo noſtro et ſigillis filiorum noſtrorum predictorum firmiter duximus muniendum. Actum et datum anno Domini milleſimo trecenteſimo triceſimo quarto Idus Octobris.

VIII. e.

Fratres in fratris Curia Apeldernenſi et XL. iugeribus feudalibus nihil iuris ſe habere profitentur.

Anno 1330. NOs Richardus et Herbordus, fratres dicti Rumeſchotelen, ſcire cupimus vniuerſos, ad quorum audientiam peruenerit preſens ſcriptum. Nos a Wiſſelo, fratre noſtro, ſeparatos eſſe penitus et diuiſos, ita quod nobis et heredibus noſtris in hereditate paterna cum eodem nihil amplius eſt commune.** Cui pro parte hereditatis, que ipſum contingere potuit vnanimi conſenſu ac libera voluntate dimiſimus vnam curiam, in *Apeldern* ſitam, cum quadraginta iugeribus et ſingulis pertinentiis ſuis: quam curiam eccleſia et conuentus in Ouerenkerken ſibi iuſto et perpetuo emtionis titulo comparauit. Recognoſcimus igitur et preſentibus publice proteſtamur, quod heredibus noſtris nihil amplius in bonis competere poterit memoratis; imo violentiam et iniuriam faceret eccle-

* proprietacionis.

** Declarant fratres tantum, ſe cum fratre feudi diuiſionem inſtituiſſe. Ex quo ſponte fluit, in parte fratris ſe ſuccedere non poſſe, iure quippe feudali impeditos, quod fratres diuiſos pro extraneis habet, non niſi per inueſtituram ſimultaneam ad ſucceſſionem admittendis. Quod non legibus ſolum, ſed etiam obſeruantia multorum ſeculorum per ſingulas Saxoniæ provincias facili opera poteſt demonſtrari, et forſan aliquando a nobis demonſtrabitur.

ſie et conuentui in Ouerenkerken, ſi quis heredum noſtrorum, quod abſit, vel aliquis ex parte ipſorum eandem eccleſiam et conuentum racione eorundem bonorum per impeticionem vel aliquo malo ingenio preſumeret impoſterum moleſtare. In cuius rei proteſtationem ſigilla noſtra vna cum ſigillo Wiſſeli, fratris noſtri, antedicti, preſentibus ſunt appenſa.

Datum anno Domini Milleſimo Trecenteſimo Triceſimo, quarto Ydus Octobris.

VIII. f.

Ioannes Comes in Roden manſum Wigerdeſſeniorum ſibi reſignatum donat.

Anno 1332. NOs Iohannes Dei gratia Comes in Wunſtorpe et in Roden, vniuerſis, quibus preſens ſcriptum perlectum * fuerit, recognoſcimus et preſentibus publice proteſtamur, quod pro ſalute tam anime noſtre quam heredum noſtrorum, cum conſenſu et voluntate libera omnium verorum heredum noſtrorum, ac omnium, quorum conſenſus ad id merito fuerat requirendus, contulimus et titulo perpetue donationis in his ſcriptis conferimus eccleſie et conventui in Ouerenkerken, quam ſpeciali gracia proſequimur et fauore, proprietatem vnius manſi, in villa *Apeldern* ſituati, *Wluinchus* quondam, dictus de *Wigerdeſſen*, et frater ſuus *Hilleboldus*, voluntate et conſenſu *fratruelium* ſuorum, videlicet *Iohannis* et *Borchardi*, in manus noſtras liberaliter reſignauit, cum omnibus iuribus et pertinentiis ſuis perpetue poſſidendum: Renuntiantes omni iuri, quod nos vel heredes noſtri in dictum manſum poſſemus in poſterum ſuſcitare; dando eidem eccleſie preſens ſcriptum noſtro ſigillo munitum in teſtimonium ſuper eo. Anno Domini Milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſecundo. In feſto Martirum Iohannis et Pauli.

VIII. g.

Conſenſus filiorum Comitis.

Anno 1332. NOs *Ioannes* Dei gratia *Comes in Roden* et *in Wunſtorpe*, *Iohannes*, *Ludolphus*, *Hildeboldus* et *Lodowicus*; domicelli, filii eiusdem, omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, ad quorum noticiam preſentia peruenerint, cupimus fore notum, quod nos, zelo deuotionis accenſi, pro remedio et ſalute animarum noſtrarum, et tam parentum quam etiam ſucceſſorum noſtrorum, proprietatem vnius manſi, ſiti in *Apeldern*, quem Hildeboldus de Wigerdeſſen quondam a nobis in pheodo tenuerat, et in manus noſtras libere reſignauit, voluntate vnanimi et conſenſu liberaliter donauimus et in hiis ſcriptis donamus cum omnibus pertinentiis ſuis, ſiluis, pratis, paſcuis, agris cultis et incultis, in honorem matris et virginis glorioſe et ſimpliciter propter Deum, conuentui et eccleſie ſanctimonialium in Ouerenkerken quiete et pacifice perpetuo donationis titulo poſſidendam. Ne vero dicta eccleſia ſeu conventus in huiusmodi donatione aliquo queſito colore defraudari valeat, et via precludatur maliciis; renuntiandum duximus, et per preſentes renuntiamus, beneficio iuris et reſtitutionis in integrum, ſingulis clauſulis tam iuris *Canonici* quam *Ciuilis*, quibus premiſſa donatio per nos vel noſtros ſucceſſores impugnari poſſet inpoſterum quomodolibet vel infringi. In quorum teſtimonium et euidentiam pleniorem ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda.

Donatum et actum anno Domini Milleſimo Trecenteſimo Triceſimo ſecundo, in feſto natiuitatis ſancti Ioannis Baptiſte.

VIII. h.

* prelectum.

VIII. h.

Ioannes de Wigerdeſſen coram Conſulibus in Greuenalueſhagen vendit et dimittit pro XIV. marcis manſum vnum cum curia in Apeldern.

Anno 1333. NOs Ioannes *Gryp* iunior, Bartoldus de Cerſene, Godefridus Hoben, Ioannes Sluter, Ioannes de Oleberge, Iordanus de *Apeldern**, Borchardus Leeſt, Hildebrandus Sonendach, Bernardus Beerman, Henricus Pynneke, Arnoldus Pellifex et Conradus Lowenhagen, pro tempore *Conſules in Greuenalueſhagen*, Notum facimus vniuerſis, ad quos tenor preſentis ſcripti peruenerit, publice proteſtando, quod *Ioannes*, filius quondam *Wluingi*, famuli, dicti de *Wigerdeſſen*, vna cum matre et ſorore ſua, nec non Ioanne de Wigerdeſſen, filio Borchardi patrui ſui, in noſtra preſentia conſtitutus, recognouit, ſe mediante conſenſu matris et ſororis ſue, nec non Ioannis patruelis ſui, omniumque heredum ſuorum, quorum intererat, vendidiſſe pro quatuordecim marcis Bremenſis argenti, ſibi integraliter perſolutis, et ſimiliter coram nobis libere reſignando dimiſit eccleſie et conuentui ſanctimonialium in Ouerenkerken manſum vnum, in *Apeldern* ſitum, cum *curia* et ſingulis pertinentiis ſuis, tam in villa, quam extra villam, iuſte et perpetue venditionis titulo poſſidendum. Cui mater et ſoror eius, nec non Ioannes, patruelis ipſius, tam in venditione, quam in premiſſis omnibus libere conſentientes, renuntiauerunt nichilominus coram nobis omni iuri, ſi quod ipſis in bonis competere potuit memoratis, ac omni actioni ſeu impeticioni, quam ſuper bonis huiuſmodi venditis mouere poſſent, ſeu quomodolibet in poſterum ſuſcitare. Nos igitur ipſorum, videlicet Ioannis de Wigerdeſſen, et Ioannis patruelis ſui antedicti, nec non matris et ſororis ſue, precibus inclinati, pro euidenti teſtimonio premiſſorum, coram nobis actorum, ſigillum noſtre ciuitatis huic litere duximus apponendum.

Acta ſunt hæc omnia coram nobis *conſulibus* anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo Triceſimo tertio, in craſtino ſancti Georgii martiris.

VIII. i.

Donatio dimidiæ caſæ in Apeldern.

Anno 1337. EGo Nicolaus, dictus de *Winninghuſen* famulus: Notum facio vniuerſis preſentia viſuris et audituris, publice proteſtando, quod, cum conſenſu et bona voluntate vxoris mee legitime, ac omnium verorum noſtrorum heredum ceterorumque omnium, quorum intererat, donaui liberaliter et dimiſi, et per preſentes aſſignando dimitto, Hadewigi, ſorori mee, et Hillegundi, filie mee, mihi dilectis conuentualibus in Ouerenkerken, dimidiam caſam meam, ſitam in *Apeldern*, cum omnibus ſuis vtilitatibus et prouentibus, quamdiu vixerint, libere poſſidendum. Ipſis ambabus autem defunctis, Conuentus et monaſterium in Ouerenkerken beate Marie virginis preſcriptam dimidiam caſam cum ſuis vtilitatibus et vſufructibus perpetuis temporibus poſſidebit, conuertendo reditus dicte caſe ad emendationem et procurationem librorum, preparamentorum,

* Habes hic ciuici ordinis hominem, a villa Apeldern agnominatum, e qua familiæ conditor migrauit in ciuitatem, et in *Indagine Comitis Adolfi*, quam veteres *Greuenalueſhagen* appellarunt, nos autem *Stadthagen* vocamus, primus domicilium fixit. Plenæ ſunt Saxoniæ vrbes huiuſmodi familiis, quarum cognomina primas origines oſtendunt. *Patriciæ* propter diuturnam ſucceſſionem et Magiſtratus, quos ſubinde geſſerunt, appellantur. Hæ cum rationem cognominationis cum pleriſque Nobilibus communem habeant; placent ſibi in dicterio: Nobiles interdum fieri; Patricios duntaxat naſci. Quæ tamen aura feminas magis afflat, quam viros, in luce publica conſtitutos.

aliorumque ad diuinum cultum ſpectantium, in capella infra clauſtrum conſtructa, et in honore ſanctorum dedicata. Renuntiamus nichilominus omni iuri ac impeticioni, quibus predictum monaſterium in Ouerenkerken poſſet impoſterum per me vel meos heredes quomodo libet perturbari. In quorum teſtimonium ſigillum meum preſentibus eſt appenſum. Et nos Heinricus de Sabbenſen et Iohannes de Hareboldeſſen, famuli, quia predicte donationi et aſſignationi interfuimus, ad hoc rogati et vocati, pro maiori premiſſorum teſtimonio ſigilla noſtra apoſuimus huic ſcripto.

Datum anno Domini milleſimo trecenteſimo triceſimo ſeptimo, in vigilia omnium ſanctorum.

VIII. k.

Adolfus et Ericus fratres Comites de Schauenburg Ludolfo de Munchhauſen promittunt curiam in Apeldern cum tribus manſis.

Anno 1463. WY *Alff* vnd *Erick*, gebroder, van Godes gnaden Greuen to Holſten vnd Schomborch, Bekennen in duſſem open bezegelden breve, vor ons vnd vnſe eruen, vnd alſweme, dat wy *Luleſſe* van *Monnickhuſen*, zeligen *Ludeleffs ſone*, nu to tiden vnder ons beſeten tor *Arnſborch*, hebben belenet, vnde belenen, mit *bande* vnd mit *munde*, in der beſten forme, iegenwardich in krafft duſſes breues eynen vnſen *hoff*, belegen to *Apeldern*, mit *dren houen* und all oren tobehoringen, alſe den vortides *Steneke* van dem *Wakerfelde* vnd *Steneke* van dem *Hamme*, van ons vnd vnſer herſchop to lene hebben gehat, vnd de genante Steneke van dem *Hamme* ſyne huſſrowe darmede na ſynen dode beliffuchtet hefft mit vnſers ſeligen Vaders willen. Wanner dan ſodan liffucht vorlediget is, vnd nicht ehr, ſo bekenne wy Greuen vorbenomt, dat wy den genanten *Ludeleff* hebben belenet, vnde belenen, mit dem gnanten *haue*, mit alle ſiner rechticheit vnde tobehoringe, to eynen *rechten erffmanlene*. Vnd wy und vnſe eruen ſchollen vnd willen dem gnanten *Luleſſe* vnd ſynen eruen des houes vorgnanten rechte lenheren vnd werende weſen, wan ohme vnd ſynen eruen des noit vnd to donde were. Ock bekenne wy Greffen vorbenompt, alle de wile, dat de liffucht duret, vnd nicht vorlediget is, en ſchollen wy, noch en willen, dar nemande neyn *leyn*, noch *gedinge* innegeuen, noch vorſegelen, ſunder dat by der leenwarſchop laten, vnde hoilden, to behoiff des vorgnanten *Ludeleffs* vnd ſyner medebeſcreuen, in maten vorberort. Vnd hebben duſſes to vorder bekanteniſſe vnde der warheit vnſe Ingezegele beneden an duſſen breff heten hangen.

De gegeuen is na der geborth Chriſti vnſers heren Duſent iar, veerhundert, darentbouen in dem dre vnde feſtigeſten iare, in die Purificationis Marie.

VIII. l.

Ericus Comes de Schauenburg Ludolfum de Munchhauſen inueſtit de Curia in Apeldern.

Anno 1481. WY *Erick*, van Gots gnaden, Greve to Holſten vnd Schomborch, Bekennen openbar in duſſem breue, vor vns, vnſen eruen vnd alſwem, dat wy hebben belenet, vnd belenen mit *hande* vnd *munde*, iegenwardigen in krafft duſſes breues, vp de beſten form vnd wiſe, ſo wy van rechten ſcholen, *Luleff* von *Monnickhuſen*, nu tho tiden wonhafftich thor *Arnſborch*, vnd ſyne rechte eruen, mit eynen *houe* to *Apeldorn*, belegen by dem *Kerckhoue*, den nu to tiden fruchtet vnd arder Bartelt Bleidiſtel, to eynen rechten manlene, vnd vort myt alle ſynen tobehorungen vnd rechticheiden. So de alle belegen ſint in holte, in velde, in watere, wiſche, vnde weide, wo men dat alle benomen mach; Darvan nichtes vthbeſcheden. Vnd wy vnd vnſe eruen willen vnd ſchul-

len

len den vorbenomten *Ludolff* vnd ſynen Eruen alſodens vorgerorden houes mit ſyner tobehoringe rechte bekenninge heren vnd warende weſen, wor, wanne vnd wo vaken on des noit vnd behoiff is, vnd dat van vns eſchet, effte eſchen latet. Vnd hebben des in orkunde vnd eyner openbaren tuchniſſe vnſe ingezegel witliken beneden an duſſen breff heten hangen. Gegeuen na Godes borth duſent verhundert, darna in dem eyn vnd achtentigeſten iar, am Sondage Quaſimodogeniti.

VIII. m.

Ludolfus de Munchhauſen dimittit Monaſterio Ouernkirkenſi curiam quamdam in Apeldern.

Anno 1486. ICk *Ludolph* van *Monnickhuſen*, nu thor Tidt wonhafftich tor *Arnſborch*, do kundt vnd bekenne openbar, vormiddelſt deſſem vorſegelden breue, vor my und myne rechten eruen, und alſweme, dat eck, vmbe zalicheit willen myner zele, vnd myner leuen elderen vnt frunt ſelen, vnd to lone Marien der moder Godes touorn, vnd myner leuen dochter *Agneten*, geue vnd vorlate in krafft duſſes breues eynen mynen hoff to *Apeldoren*, de gelegen is nogeſt dem *Kerckhouе*, vnd den na giffte deſſes Breues Bloigdiſtel nu thor tidt beſidt, vnd den vorgnanten hoff he nutelet vnd fruchtet, mit alle ſyner nuth vnd rente, nomptlicken alle iar twe vnd twintich molder korens, drierlie, vnd ver ſchillingk honouër. Ver honer, vnd ver ſtige eiger, vnd dar nener leige van beſcheden, alſe dar nu to horet. So alſe ick vnd myne eruen den hoff wente her to in weren hebben gehat, vnd alſe ick den benompten hoff van mynen gnedigen lunckeſten von Schomborch tho eynen *Erfleue* hebbe, vnd den vorbenompten hoff vnd al ſyne tobehoringe, vnd wat breue darup ſprekende ſynt, ſchal dat vorbenompte ſtichte to ewigen tiden, beſitten erffliken hebben vnd hoilden mit mynen vnd myner Eruen fulborde vnd willen, vnd dar to nenen tiden wedder vp to ſakende, id en were den ſake, dat myn vorbenommede dochter van dodes wegen voruelle, dat de almechtige Godt friſte na ſyner gnaden, ehe men ſe vor eyne geiſtlicke iunckfrowen ingekledet hedde, den ſcholde deſſe iegenwardige vorſegelinge vnd giffte vnbundich ſyn, vnd den *Ludolffe* vorbenomt vnd ſynen Eruen doſſen iegenwardigen breff, vnd de anderen breve darup ſpreken, vnd den hoff wedder oueranthworden in ſyne rowelicken were, ſunder Inſage. Ock ſchal dat vorbenomte ſtichte my, minen elderen vnd kindere, ſchriuen in ore memorienbock, to ewigen tiden vor ore ſele vnd vor de iennen, de dat van Gode van rechte eget, to biddende, alle iar memorien to donde in ores ſtichts wiſe vp den nogeſten dach *alle Godes hilgen*, vmme den willen dat *Ludolff* de giffte mit dem vorgnanten houe gedan hefft, to ewigen tiden na ſyner dochter by dem ſtichte ewich to bliuende. Deſſes to guder vorwaringe vnd ſekerheit hebbe ick *Ludolff* myn Ingezegel vor my vnd myne eruen beneden an deſſen breff gehangen.

De gegeuen is nader borth Chriſti vnſes heren Duſent iar, verhundert, darna in dem ſos vnd achtentigeſten iare in vigilia Purificationis Marie virginis.

VIII. n.

Ericus et Antonius fratres Comites de Schauenburg conſentiunt in Curiæ alienationem, reſeruato ſibi a Munchhuſiorum vltimi obitu iure reuocandi.

Anno 1486. WY *Erick* vnd *Anthonius*, gebroder, van Godes gnaden Greven to Holſten vnd Schomborch, Bekennen vnde betugen openbar in vnd mit duſſem breue, vor vns, vnſe eruen vnd alſwem, ſo alſe de duchtige *Luleff* von *Monnickhuſen* den hoff to *Apeldorn*, by dem *Kerckhoue* belegen, den nu to tidt fruchtet vnd ardet *Bartelt Bleidiſſel*, den he vor ſik vnd ſyne eruen van vns *to lene* hefft, vmme nudt vnd tho merckliker behoiff ſynes vnd ſyner Eruen, vor *hundert gulden* dem Stichte to Ouerenkerken heft vorkofft, vpgebort vnd tor nöge entfangen, ſo he dat vor vns hekant hefft, vnd gebeden vns angefallen, wy ſodann koip beleuen vnde beſtedigen willen, dat wy dan, vmme mannigerleie vordenſtes willen, beleuen vnd vorgunnen in macht duſſes breffs. Beholden vns daranne de macht, wan *de van Monnichuſen* vorfallen ſyn, wy eder vnſe eruen den mogen ſodanen hoff vnd gud vor ſodane *hundert gulden* vorbeſcreuen van dem ſtichte to Ouerenkerken weder kopen. Duſſes to orkunde hebbe wy vnſe ingezegele witliken don hangen an duſſen breff. De gegeven is na der borth Chriſti vnſes heren Duſent, verhundert, darna in dem ſes vnd achtentigſten iare, am dage Scholaſtice der hilgen iunckfrowen.

VIII. o.

Vxor Godefridi de Tiſſenhuſen duas ſartagines ſalis in Munder, Comite de Wunſtorp aſſentiente, dimittit monaſterio Lodenſi. *

Anno 1281. Wunſtorfii. LVdolphus, Dei gratia Comes de Wunſtorpe, vniuerſis viſuris ſeu audituris preſentia, rei geſte cognoſcere veritatem. Recognoſcimus ac publice proteſtamur, quod, cum Domina Margareta, vxor Domini *Godfridi* de *Tiſenoſſen*, militis, duas ſartagines ſalis in *Munder* a nobis habuiſſet in feodo, et cum viro diutius pacifice poſſediſſet, tandem ipſi, zelo deuotionis accenſi, nobis cum inſtantia ſupplicarunt, vt, eis reſignantibus, ipſas ſartagines Prioriſſe totique conuentui ſororum incluſarum in Lodhenn conferre perpetuo dignaremur. Nos igitur pro anime noſtre remedio, ac pro ſalute noſtrorum parentum et heredum, prefatas ſartagines, cum proprietate ſua cunctiſque pertinenciis, clauſtro de Lodhenn contulimus, cum noſtri filii, Ioannis, aſſenſu, perpetuis temporibus poſſidendas. Et quia duas alias ſartagines ſalis ibidem in *Munder*, que fuerunt Bartoldi, dicti Menge, ſorores eedem per nos aſſequi meruerunt; etiam vxoris noſtre defuncte animam recommendamus eiſdem.

Teſtes huius collationis ſunt:
Gerbrandus et Leuedagus, ſacerdotes.
Engelbertus, Hildebrandus et Bartoldus, dicti de Lenthen, milites.
Hildeboldus, Conradus et Hudeboldus Non, milites,
Theodericus de Landeſberge.
Boldewinus, frater conuerſus in Lodhenn, et alii complures.

Inſuper ad maiorem certitudinem ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum.

Datum *Wunenſtorpe*, anno Domini Milleſimo Ducenteſimo octogeſimo primo, vndecimo Kalendas Nouembris.

IX.

* Hanc chartam adiicimus, vt pateat, Tiſſenhuſios non gente Pomeranos, ſed pariter Angaricæ originis eſſe.

IX.

FLORES SPARSI AD GENEALOGIAM MATERNAM ALBERTI, LIVONIENSIS EPISCOPI.

Margo Libri ſuperior.



Margo a dextra.

I.

In Codice MS. membranaceo formæ maioris, ALBERTI *Abbatis Stadenſis Annales*, nitide ſcriptos, continente, quem aſſeruat Academiæ Iuliæ inſtructiſſima bibliotheca, ad annum MCXL. vbi de Rudolpho Marchione ſermo eſt, margini a dextra et ſuperiori adlitum eſt *ſchema genealogicum*. Quod licet Dn. ANDREAS HOIER in *Continuatione Annalium Alberti Stadenſis* ex eodem Codice de-

ſumta, et Hafniæ anno MDCCXX. typis et impenſis Wielandianis in lucem emiſſa, ære expreſſum iam dederit; accuratius delineandum et recudendum duximus, quia memoriæ Alberti, Liuonienſis Epiſcopi, conſulit, et Hoieri Chalcographus in nonnullis nominibus exprimendis eſt hallucinatus.

II.

Siſtitur in eo familia Comitis cuiuſdam *Aluerici* et *Notburgis* Coniugis; ita quidem, vt marginem *a dextra* impleant horum Coniugum *filii*, et filiorum deſcendentes *vtriuſque ſexus*, vſque ad annum MCCLVI. in quo deſinunt Annales Abbatis Stadenſis. In quibus tamen Hartwicus II. Bremenſis Archiepiſcopus, cum fratre Segebodone et ſorore Sophia, Edelero nupta, qui fuere e genere Militarium de *Lyd*, quia nulla virgula ad Aluericum referuntur, ſed extra laterculum vagantur, computandi non videntur; referendi forſan ad marginem ſuperiorem, cuius anguſtia tot nomina non capiebat. In huius marginis explicatione iam non deſudamus, cum in ea non prorſus infeliciter verſatus ſit Dn. Hoier, adhibitis in ſubſidium locis nonnullis ex Alberti Stadenſis vltimis annis, et MVSHARDI Theatro Nobilitatis Bremenſis, germanice exarato. *Mamelerus* tamen ſeu *Hamelerus* de Blideſtorp male lectus et male expreſſus eſt, cum *Daniel* legendus ſit. Ne tamen et hinc ſine ſymbola diſcedamus; en! tabulam, prout ex mente et more noſtro adornanda videtur, margini ad dextram non nihil lucis adlaturam.



III.

Ad noſtrum inſtitutum pertinet margo ſchematis *ſuperior*, in quo abraſam, cum extrema membranarum ora læuigaretur, lineam reſtituimus, pertinentem ad *Tidericum*, in quo ſchema deſinit. Spectantur autem in eo *Aleidis*, Aluerici et Notburgis filia vnica, per lineolam curuam ad matrem relata, eiuſque Aleidis *filiæ tres*, quæ per nuptias in totidem familias diuerſas et alienas tranſierunt: quarum liberi primi gradus, at ſine cognominibus, notantur; cum ipſa Aleidis nupta forſan fuerit Viro e genere Militarium de Lyd, cui, præter filias tres, pepererit Lydios illos, qui in margine a *dextra* extra cancellos poſiti conſpiciuntur.

IV.

IV.

Coniugum Aluerici et Notburgis, horum liberorum parentum, memoria eſt perobſcura. Sub Aluerico Comite *Helpericum*, Comitem Plozkenſem, fratrem Ermingardis illius, quam Vdo II. Marchio Stadenſis vxorem duxerat, latere ſuſpicatur Hoierus. Chalcographus noſter, ex coniunctione verborum, *Aluericus Comes de Adiko* legendum cenſuit. Neutrum placet. Non prius: quia Haſeldorpii et Blideſtorpii, qui ab Aluerico deſcendunt, ſi proſatorem Comitem Plozkenſem habuiſſent, aliquid e Plozkenſi patrimonio ſine dubio retinuiſſent. Sed hoc partim ad Cæſarem; partim ad Comites Aſcariæ peruenisſe legimus. Non poſterius: quia *Adiko* viri nomen eſt; non loci alicuius, vel prouinciæ: vt mox videbimus.

V.

Lucem in his tenebris foeneramur ex narratione MS. de inſtauratione monaſterii Herſefeldenſis ſeu Roſſenfeldenſis in agro Bremenſi*: quod cum antea *Canonicos ſeculares* ſeu *irregulares* habuiſſet; anno MC. Monachos accepit Ordinis ſancti Benedicti. Ibi enim habentur, quæ ſubiicimus: *Oda vero Marchiſa, ac filii ipſius, Marchiones ſcilicet Luder, qui et Vdo, et Rudolphus, ibidem conuenientes, de conſilio Herrandi, Haluerſtadenſis Epiſcopi, Domnum Wernerum, qui de Hilſeneborch venerat, in Abbatem primum nouellæ plantationi in Roſſenfelde præfecerunt, et eumdem locum multis poſſeſſionibus dotauerunt, ac pluribus donariis ornauerunt. Inſuper etiam, vt per omnia loco atque monachis ibidem prouiderent, et diuinum ſeruitium ibidem confirmarent, præſentibus et conſiliantibus Archiepiſcopo Magdeburgenſi; Herrando, Epiſcopo Haluerſtadenſi, et Domno Heinrico de Haſſelborch, et Domno Hartwico, et Abbate Hildeboldo, et multitudine catholicorum virorum, per* ALVERICVM, LIBERVM HOMINEM, *et per Domnum Andream monachum, pro animabus ſuis ac parentum ſuorum, qui ibidem requieſcunt, ſalute,* ROMAE *beato Petro ipſum locum delegauerunt, et ipſum locum Sedi Apoſtolicæ immediate ſubiicientes, Paſchali Papæ liberaliter obtulerunt etc.* Porro vbi ALBERTVS STADENSIS adannum MCXXXXII. de fundatione Abbatiæ ſuæ agens, ait, *Deum ſuſcitaſſe ſpiritum trium fratrum,* DVDONIS, ADEKONIS *et* RICBERTI; narratio MS. ſubiicit: *filiorum Aluerici et Nothburgis.* Verba autem Alberti deſumta ſunt ex diplomate Adelberonis Bre-

* Nomen monaſterio a loco paſturæ *equorum* accommodo. *Equi* enim nomen *Roſs*, vniuerſæ Germaniæ commune, Saxones, queis literæ caninæ tranſpoſitio frequens eſt, mutarunt in *Ors* vel *Horſe*. Quod vocabulum licet vnacum Anglis in Britanniam quoque migrauerit; in chartis tamen domeſticis diu retentum fuit ad *equum bellatorem* deſignandum. Vt adeo *Roſſenfeldenſe* et *Horſenfeldenſe* ſeu *Herſefeldenſe* monaſterium vnum idemque ſit, vtroque quippe nomine in Annalibus et diplomatibus nuncuparum. In collectionibus CHRISTIANI LVNIGII huius cœnobii documenta nonnulla ad Abbatiam Herſfeldenſem ſeu Herolfeldenſem *Haſſiacam* relata deprehendo. Quod contingere non potuiſſet; ſi ad argumenta diplomatum, quæ prælo ſubiecit, ponderanda ſuffeciſſet otium.

menſis Archiepiſcopi confirmatorio ex anno MCXLVII. In quo hæc lego: *Diuina prouidentia, quæ ante ſecularia tempora Virginis vterum ſibi thalamum deſponſauit, ipſa eadem in diebus noſtris Virgini Matri hanc, quam dicimus, eccleſiam, per manus et deuotionem ſuorum fidelium præparauit. Suſcitauit enim ſpiritum trium fratrum* GERMANORVM *videlicet* VDONIS, ADICONIS *et* RICBERTI, *quorum inſtinctu Conradus, Abbas Roſſenfeldenſis, nobiſcum commutationem fecit pro campo et prato, qui ad noſtram ſedem in omni iure in ſuburbio Stadenſi pertinebant etc.* Vbi inter teſtes Laicos primus eſt WILLERVS, *Aduocatus Stadenſis:* quem ſequuntur *Bruno* et *Thitmarus*, *Miniſteriales Ducis.* WILLERVS autem ille, vt ex tabula apparet, filius fuit ADICONIS. In breuiculo diſtractorum monaſterii Kaminatenſis bonorum apud MARTENE *collect. ampliſſ. t. 2. p. 234.* legimus, quæ prædia et quot mancipia IVDITH abbatiſſa dederit *amatoribus* ſuis, atque in his *Odoni*, *Odiconi* aduocato, et *Ricberto* aduocato. Quibus ſub nominibus horum fratrum trigam latere non dubito, quia Pontifex Eugenius III. *p. 240.* Adalberonem, Bremenſem Archiepiſcopum, hortatur, vt *parochianos* ſuos, h. e. prouinciæ Bremenſis incolas, ad dimittenda illa prædia compellat. In quibus cum *Odico* ſolum et *Riembertus* ſeu *Richertus* nominentur; *Dudonem* ſeu *Odonem* iam ante reſipuiſſe, et ſpolium reddidiſſe, coniici poteſt. Si quem inſpicere iuuat diplomata Hammaburgenſis eccleſiæ, a LINDENBROGIO edita; is *p. 154.* inter Adalderonis teſtes et eccleſiæ Bremenſis Miniſteriales offendet *Dudonem*, *Adiconem*, *Richertum*, *Manegoldum.* Ex his veri fit ſimile, Albertum Stadenſem *Aluericum* illum *liberum hominem*, quem *Dynaſtam* appellare decuiſſet, propter latifundia, quæ in agro Bremenſi poſſedit, ex pietate erga fundatorum ſui monaſterii parentem, vocabulo Curiali *Comitem* ſalutaſſe; quemadmodum a ſcriptoribus domeſticis ſæpe *Duces* appellantur, qui in Regum diplomatibus *Comites* audiunt. Neque patris libertati ciuili officit deuotio filiorum, qui in Bremenſis eccleſiæ ſeruitium conceſſere: ob oculos habentes vulgare illud: *Deo ſeruire libertas.* Ex his ſolus ADICO, ſi tabulam noſtram intuemur, ſobolem reliquit, eamque admodum numeroſam. Si quæris, cuius Dynaſtiæ dominus fuerit Aluericus; ego viciſſim te interrogare poſſem, cuius territorii fuerint, qui ſæpius Regum et Epiſcoporum diplomatibus ſubnotantur, *Comes Vdo. Comes Bernardus. Comes Heinricus. Otto Comes. Comes Hermannus, Comes Meinardus. Berengarius Comes etc.* Quorum domicilia certo conſtituere vti refugiet, qui ſapit; ita nec ego meam erubeſco fateri ignorantiam, quæ carius mihi conſtat, quam aliis, quibus in antiquis nihil imperuium, lucida ſidera. Quamuis enim in familia Lappiorum, qui olim maiorem Hadeleriæ partem atque caſtrum Rizbuttelenſe in ditione tenuere, quo ab Hamburgenſibus exuti ſunt, *Aluerici* nomen frequentatum videam; in *Bederkeſam* tamen magis inclinat animus, quæ Dynaſtia ante, quam a vicinis accideretur, atque intra præfecturæ cuiuſpiam angu-

angustias redigeretur, amplissima fuit, et secundum quatuor plagas mundi longius protensa. Sed hæc talia post tot seculorum decursum haud facile ad liquidum perducuntur; præsertim si in literas vel relata non sunt, vel literæ ab hominum vsu et memoria recessere.

VI.

Pergimus ad marginem *superiorem*, in quo conspicitur *Adeleidis*, Aluerici et Notburgis filia, quam per nuptias in Lydiorum familiam immigrasse puto. Subiiciuntur matri *tres filiæ*, atque harum filiarum liberi aliquot, qui in *Clero* eminuerunt; ceteris præteritis. Virorum nomina iniquum marginis spatium excluſit; quæ tamen nosse maxime intererat. Nunc tabella aliud nihil docet, quam ex *Mathilde Tidericum*; ex *Ermingardi Henricum Capellam* seu *Capellanum*; ex *Aleide Albertum Liuonienſem Episcopum eiusque fratres* natos fuisse. Equidem si lineam *directricem* sequaris; *iunior Adeleidis* sine liberis fuit, et Albertus Episcopus dicendus foret filius *maioris Adeleidis*, filiæ Aluerici. Sed hoc vt ponamus, tempora non sinunt. Cum enim Aluericus floruerit anno MC. nepos annum MCCXXX. attingere vix potuit, præsertim tot itineribus terra mariquè fractus. *Iuuenis* Albertus dicitur fuisse anno MCXCVIII. cum infulæ Liuonienſi admotus est; id quod de anno ætatis tricesimo accipiendum facile concedo, quippe tanto sacerdotio conuenienti. Incidet igitur natalis eius in annum MCLXVIII. quo num *Aleidis*, quæ anno MC. forsan in viuis iam fuit, adhuc parere potuerit, nemo facile affirmauerit. Sed de his liberum cuiusque iudicium esto.

VII.

Nunc dicendum de *Aluerici* pronepotibus. In his familiam ducit TIDERICVS, *Præpositus de Kiuona*. *Karmona* Hoierus legit perperam. Fuit enim *Kiuona* vel *Kiuena*, quod etiam *Ciuena*, *Ceuena* et *Zeuena* scriptum reperio, Virginum sacrarum monasterium, Ordinis sancti Benedicti, diœcesis Bremensis, in præfectura Otterbergensi haud procul ab Osta fluuio: hodie *Closter-Seuen*. In diplomate Friderici Imperatoris apud LINDENBROG. *p. 162*. Bremensi ecclesiæ confirmantur monasteria ad diœcesin pertinentia, atque in his *Cyuena*. Hartwico II. Bremensi Archiepiscopo in diplomate MS. anni MCXCIX. inter Laicos Nobiles testis est *Comes Adolphus*, KIVENAE *Aduocatus*. ARNOLDVS LVBECENSIS *lib 3. c. 3. n. 5.* visionem narrat, quam vidit quædam monialis in *Keuena*. Et *lib 4. c. 11. n. 4. Keuenæ* vastationem describit, quæ tanta fuit, *vt ancillæ Christi, quæ ibidem clausæ sponso suo cælesti die noctuque laudum resonant vota, nimia diu laborauerint inedia.* Vbi porro leges, vastationem illam TIDERICI *Præpositi* causa contigisse. TIDERICVS enim seu THEODORICVS, *Sigebergæ* et *Keuenæ Præpositus*, eodem auctore *lib. 3. c. 13. n. 3.* anno MCLXXXIV. ex hoc monasterio ad Cathedram *Lubecensem* euocatus est, vbi graues simultates exercuit cum Hartwico II. Bremensi Archiepiscopo:

quas deſcribit idem *lib. 4. c. 11. n. 1. 2.* ***Hartwicus***, inquiens, ***Bremenſis Archiepiſcopus, qui tunc a Bremenſibus eiectus, Ducem ſequebatur, Epiſcopo*** (Theodorico) ***moleſtus erat:*** Præpoſituram eius in *Keuena* continue vaſtando, dixerat paullo ante. ***Quia idem Epiſcopus Bremenſibus propter fidem Imperii familiaritate adſtrictus erat: de Brema etiam oriundus, in ipſa ciuitate fratres et cognatos multos habebat, ipſumque Archiepiſcopum ex linea conſanguinitatis contingebat. Archiepiſcopus tamen conſanguinitatis immemor, ei non parcebat, volens a ſtatu ſuo*** CANONICA *eum* IVSTITIA *deiicere.* h. e. vt ego quidem interpretor, cogere ad dimittendas *Sigebergenſem* et *Zeuenenſem Præpoſituras*, quas Domnus THEODORICVS, ad infulam Lubecenſem admotus, contra præſcriptum *canonum*, ***pluralitati beneficiorum*** contradicentium, ſibi retinendas cenſuit. De TIDERICO noſtro hic ſermonem eſſe, principio nullus dubitaui. Cum enim Archiepiſcopi de Lyd *cognatus* fuerit; neceſſario Albertum quoque, Liuonienſem Epiſcopum, ſanguinis propinquitate attigiſſe videbatur. Et cum celebrentur *multi fratres* eius et *cognati*; locum hunc ***claſſicum*** de *parentela* Alberti me reperiſſe, in ſinu gauiſus ſum. Neque mouebat me, ***de Brema oriundum*** dici, qui ſciebam, Nobiles olim paſſim per vrbes habitaſſe, in iiſque magiſtratus geſſiſſe. Omiſſum *Epiſcopi Lubecenſis* elogium tabulæ anguſtiæ tranſcripſi. Sed, re penitus inſpecta, primum mihi ſcrupulum iniecit ætas huius Theodorici, florentis Alberti tempora longe antegreſſa. Tum concinnatori ſchematis genealogici cauſſa nulla fuit, quam ob rem in tabula *Lubecenſis Epiſcopi* nomen omitteret, ſolo ***Præpoſiti in Kiuona*** elogio contentus, ſi de hoc ***Theodorico*** ſenſiſſet. Spacium in membrana tam amplum eſt, vt cum ***Præpoſiti in Kiuona;*** ſi res tanti erat; tum *Lubecenſis Epiſcopi* elogium caperet. Quod dum non implet, ſed in ſolo *Præpoſito* ſubſiſtit; facile apparet, de ***Tiderico*** quodam ſibi ſermonem eſſe, qui in Præpoſitura Zeuenenſi conſenuit, et ad gradum altiorem non adſcendit. Vale tamen priusnon dixi THEODORICO, *Lubecenſi Epiſcopo*, ciuis Bremenſis filio, ciuibus pluribus cognatione iuncto et plebeio, etiamſi quidam de genere Lydiorum diuitis familiæ filiam, quod faciunt nonnumquam Nobiles, vxorem forte duxiſſet, quam TIDERICVM, ***Keuenæ Præpoſitum***, inueniſſem, ætati Alberti conuenientiorem, et in illo gradu ſubſiſtentem. Talem autem deprehendo in chartis MSS. Gerhardi II. Bremenſis Archiepiſcopi, qui poſt patruum Gerhardum I. pontificatum iniit anno MCCXX.** Cum enim ille anno MCCXXI. tranſactionem cum

** Filius ille fuit Bernardi de Lippia, Semigallenſis Epiſcopi; in cuius rebus multi fuimus. Vt tamen pateat, quot liberorum ille pater fuerit, et quas filias habuerit, cum de his nondum liquido conſtet; ſubiicimus Gerhardi huius diploma, quo fratres omnes et ſorores recenſet: *Gerhardus Dei gracia ſancte Bremenſis Eccleſie Archiepiſcopus ſecundus, vniuerſis Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis, in perpetuum. Humane memorie imbecillitatem, que variis agitata negotiis de facili ſenium obliuionemque conſueuit incurrere, literarum linguis, et ſcripturarum vocibus, veluti quadam teſtimonii*

cum Eccleſia Harſefeldenſi initam teſtibus firmaret; in his fuere

Chriſtophorus, Abbas de Stadio.
Alabrandus, Præpoſitus ſancti Georgii.
THIDERICVS, *Præpoſitus in Zeuena.*
Otto Aduocatus.
Heinricus de Borch.
Segebodo, frater eius.
Theodoricus de Haſeltorpe,

et

---

monii perpetuitate, neceſſarium duximus adiuuare. Nouerit igitur venerabilis etas preſentium, et diſcat felix ſucceſſio futurorum, quod nos ea, que ad cultum ſancte religionis pertinent, pro noſtris viribus promouere cupientes, locum et curiam in Wolda, *cum ſuis attinentiis, quam bone memorie* HARDWICVS, *quondam Bremenſis Eccleſie Archiepiſcopus, ad inſtaurandum ibidem* cœnobium *ordinis Ciſtercienſium in honorem beate et glorioſe ſemper Virginis Marie, pro centum et triginta marcis a Wilkino, milite de Merſcele, et ſuis filiis ac heredibus, comparauit, ad honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti et ſacro ſancte Marie virginis, cœnobio ſanctimonialium predicti ordinis in* Wolda, *quod alio nomine in aliquibus ſuis priuilegiis* Vallis liliorum *eſt appellatum, pro memoria memorati Archiepiſcopi, et anteceſſorum noſtrorum Archiepiſcoporum, nec non in remiſſionem noſtrorum peccaminum, et parentum noſtrorum, videlicet* patris noſtri, *Domini* BERNHARDI *Lippienſis,* nobilis *viri, et quondam* Semegallenſis Epiſcopi, * *et* matris noſtre HEILWIGIS, *nobilis matrone, et* fratrum noſtrorum, *Domini* OTTONIS, Traiectenſis *Epiſcopi, et Domini* BERNHARDI, Patherburnenſis *Epiſcopi, et* THEODORICI, *Prepoſiti* Dauentrienſis, *et Domini* HERMANNI *de* Lippia, *et* ſororum noſtrarum, *Domine* HETHELINT, Berſenſis; *Domine* GERTRVDIS, Heruordenſis; *Domine* CONEGVNDIS, Vrekenhorſtenſis; ATHELHEIDIS, Altenenſis ABBATISSARVM; *et Domine* HEILWIGIS *de* Cegenhagen, *et Domine* BEATRICIS *de* Lutterberg COMITISSARVM, *vt ſingulis annis noſtra et predictorum parentum fiat memoria, integraliter contulimus poſſidendam: graciam inſuper hanc addere cupientes, vt ſanctimoniales prelibati cœnobii Domino vberius famulentur, et earum cœnobium melius proſperetur, Parochialem Eccleſiam in* Leſmona *iam dicto cœnobio monialium contulimus, Capituli noſtri accedente conſenſu, iure perpetuo poſſidendam. Inſuper etiam proprietates horum decimarum, videlicet ville Leſmonenſis, quam predictum cœnobium a fratribus militibus Alberone, et Friderico de* Stelle, *de conſenſu ſuorum heredum, pro nonaginta marcis comparauit, qui eam a nobis in feodo tenuerunt, cum omni iure, quod eis in predicta decima competebat, in manus noſtras cum ſuis heredibus libere reſignarunt: item vnius decime ſuper decem et nouem agros, qui vocantur* Stücke, *inter* Walle *et* Wemene, *quas Gerhardus, Burchardus, Heinricus, Iohannes, fratres dicti de* Gropelinge, *in manus noſtras cum ſuis heredibus reſignarunt: Item decime in villa* Woltimerchuſen, *quam Gerhardus* Scole *nobis reſignauit: Item quatuor Vrnarum butiri, que annuatim in terra Nordenſium loco cuiuſdam decime in natiuitate beate Marie ſoluuntur: Item minute decime in* Wurſacia, *que vulgariter* Oethum *dicitur, quam Albero, dictus Rex, ciuis Bremenſis, nobis reſignauit: Item decime duarum domorum in* Merſcele, *quam nobis Heinricus de Merſcele, et fratres ſui reſignarunt, cœnobio ſanctimonialium prelibato, de Capituli noſtri conſenſu liberaliter contulimus, iure perpetuo poſſidendas. Ceterum terram illam, que vocatur* Trupa, *tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus, cum loco, qui dicitur* Walerbrocke, *vſque ad antiquam* Sidewenninge, *et ab antiqua* Sidewenninge *vſque ad marcam ciuium de* Willenſtede, *tam de cultis agris, quam de incultis, preterea, que a nobis per quoſdam in feodo tenentur, de conſenſu noſtri Capituli, prefato cœnobio contulimus iure perpetuo, abſoluentes predictam terram ab omni onere et obligacione decime, et iure aduocacie, ſeu alterius cuiuſlibet iuris et queſtus temporalis. Statuimus nihilominus, quodſi prefatum cœnobium contra ſui ordinis libertatem aduocatum habere decreuerit, nullum, preter Archiepiſcopum*

---

* Qui in tranſactione Henrici Ducis Saxoniæ et Comitis Palatini Rheni anno MCCXIX. cum eccleſia Bremenſi inita, cui teſtis adſtitit, bis *Selonienſis* Epiſcopus appellatur. Hanc primum edere ſibi viſus eſt STAPHORSTIVS *hiſtor. eccleſ. Hamburg. t. 1. p. 641.* centum annos ante iam editam *Aſſert. libertat. Bremenſ. p. 786.*

et alii quam plures. Acta sunt hæc anno Domini MCCXXI. *in monasterio Harsefeld.* VIII. *Kalend. Februar.* Porro idem Gerhardus, cum anno MCCXXVI. Zeuenensi monasterio antiqua priuilegia confirmaret: his chartam verbis orditur: *Omnibus sanctæ Dei ecclesiæ filiis, nostrique fidelibus, compertum esse volumus, quia dilectus et fidelis noster,* THIDERICVS, PRÆPOSITVS ecclesiæ TZEVENENSIS, *ad nos accedens, postulauit, vt eiusdem loci venerabilium sanctimonialium cœnobium nostra auctoritate firmaremus. Acta sunt hæc anno incarnationis Dominicæ* MCCXXVI. Idem *Thidericus, Præpositus in Kyuena,* vna cum Brunone, Hammenburgensi Præposito, arbiter electus a Præposito Noui Monasterii et *honesto Viro, Milite, Domino* EDELERO* *de Ottonebotele,* qui de Aduocatia parochiæ Horst diu litigauerant, hunc compositionis modum inuenit, vt Præpositus et Dominus *Edelerus,* quoad hic viueret, fructus Aduocatiæ æquis partibus perciperent; *Edelero* autem e vita subtracto, neque filii eius, neque cognati sibi quidquam arrogarent, sed Aduocatiam liberam et integram Ecclesiæ perpetuo relinquerent memoratæ. Cuius rei testes sunt:

Venerabilis Dominus Gerhardus, Bremensis Ecclesiæ Archiepiscopus.

ALBER-

Bremensem, vnquam sibi eligendi habeat potestatem. Item proprietatem domus vnius in Esen *prope* Waldesbutle, *cum pratis, pascuis, syluis, et nemoribus; cum prato quod vocatur* Dadelwische, *quam Iohannes miles de* Nienhusen, *et sui filii, nobis resignarunt, cœnobio dedimus memorato. Item proprietatem duarum domorum, videlicet in* Oster Stadel *et in* Nienkerken *eidem cœnobio contulimus, quas Albertus miles de* Hutha *et sui fratres, cum agris cultis et incultis, nobis liberaliter resignarunt. Item dimidiam terram in* Nedelwerde *et quadrantem in* Lesmunderbroke, *que Heinricus de Merscele et sui fratres nobis resignarunt. Item agros quosdam in* Asquarde, *quos Heinricus miles nobis resignauit, dictus de* Lobentorpe. *Item tres quadrantes in* Hinnebeke, *quos* Comes Gerbertus *de* Stotle *cum omni iure eorum nobis resignauit. Item dimidium mansum in* Sciptorpe, *emptum ab Arnoldo milite de Sciptorpe, ministeriali Ecclesie beati Pauli, quem idem miles Albati et Abbas nobis resignauit. Item duas terras in* Buren, *quas Iohannes, miles in* Bederkesa, *et sui filii, Comitibus Hermanno et Heinrico de* Waldenbergh *resignarunt, nobisque predicti Comites. Item vnum mansum in* Redingstete, *quem Iohannes, cuius Bremensis, nobis resignauit. Quos videlicet agros, domos, terras, mansos et quadrantes prefato cœnobio monialium in* Wolda *contulimus, iure perpetuo possidendos. Cum igitur nostre dignitatis officio conueniat, loca religiosa tam in personis quam in rebus pio protectionis munimine confouere; cœnobium prelibatum, cum rebus ac hominibus, in nostram protectionem suscipimus, inuasores eiusdem cœnobii violentos excommunicacionis vinculo innodantes. Ne igitur hec pia nostra donacio ab aliquo in irritum, seu etiam in ambiguitatis scrupulum, deduci valeat; hoc scriptum sigillorum appensione, non solum nostri, verum etiam Capituli nostri maioris, cuius consensu hanc ordinacionem et donacionem fecimus, nec non etiam sigillis quorundam prelatorum nostri Capituli, videlicet Dominorum Ottonis maioris Prepositi, Gernandi Decani, Arnoldi vice-Decani, Willebrandi Scholastici, Ottonis Cantoris, duximus robborandum.*

Testes huius rei sunt:

Canonici maioris Ecclesiæ: Otto Prepositus maior. Gernandus Decanus maior. Arnoldus vice-Decanus. Henricus de Tossem. Bernhardus custos. Willebrandus Scholasticus. Otto Cantor. Nicolaus de Brema. Fridericus de Oumunde. Iohannes de Beuersete. Hernestus. Burchardus de Hoye. Hildeboldus de Limbere. Gerhardus de Oldenborgh. Fratres Predicatores sancte Cuthbarine. Hernestus Prior. Conradus de Rastede. Bertoldus. Wilhelmus.

Laici milites: Marquardus et Otto fratres de Bederkesa. Sifridus Bremensis. Martinus de Hutha. Wernerus Aduocatus. Godefridus, filius Helewici, Thuringi. Rewardus de Weia et alii quam plures clerici et laici.

Datum Breme. Anno Dominice incarnacionis M.CC.XLIV. IX. *Calend. Iul.* XXV.

ALBERTVS, *Abbas Sanctæ Mariæ* (celeberrimus ille Stadenſis Chronographus, et ſchematis genealogici effigiator, Virorumque in eo expreſſorum familiaris).
HENRICVS* *Præpoſitus Sancti Georgii in* STADEN.
Adolfus Comes Holſatiæ.
Milites:
Sygebodo, Marſcalcus.
Heinricus de Borch.
OTTO* *Aduocatus* (de Staden) *et Frater eius* GODEFRIDVS*.
OTTO* *Pincerna.*
IWANVS* *de Blideſtorpe, et alii quamplures, tam clerici, quam laici.*
Acta ſunt hæc in STADIO, *anno gratiæ* MCCXXXVI.

Nomina Virorum, quæ *aſteriſco* notauimus, videntur nobis eos ſiſtere, qui in dextro latere ſchematis genealogici indicantur. Præter quos aliud diploma ex anno MCCXXIV. ſubſcribunt FRIDERICVS *de Haſelthorp, et filius ſuus* THEODERICVS: id quod cum ſchemate noſtro apprime conuenit. Plura ſuperſedeo. Lectoris eſt iudicare, num cogitationes poſteriores noſtræ prioribus ſint meliores; an deteriores.

VIII.

Gradum promouemus ad HENRICVM, cui adſcriptum nomen CAPELLA. Quod cum in chartis propemodum infinitis ex hoc æuo fruſtra quæſiuerim; Clericum tamen eminentioris dignitatis ſub eo latere propemodum manifeſtum ſit: *Capellanum* magni cuiuſdam Principis hic intelligendum puto. Iam vero cum chartis nonnullis MSS. Alberti, Nordalbingiæ Præſidis, ſubnotatus legatur *Henricus Capellanus noſter*, atque in diplomate eiuſdem ex anno MCCXII. apud LAMBECIVM *Orig. Hamburg. lib I. n. 112.* inter teſtes occurrat

Henricus, Decanus Hamburgenſis:

noſtrum illis locis celebrari fit veriſimile. Quæ tamen ita ſcribo, vt non repugnaturus ſim viris doctis, qui me in viam reducent, et *Henricum Capellam* quemdam commonſtrabunt.

IX.

Supereſt, vt de familia ALBERTI, *Liuonienſis Epiſcopi*, nonnulla addamus. Ex eo, quod frater eius IOANNES *de Apeldern, miles*, a Chronographo noſtro appellatur; filum conſecutionis firmum fit, Fratres hoſce non ciuici ordinis homines aut ſortis plebeiæ, ſed e genere Militarium fuiſſe, qui a villa *Apeldern*, vel a maioribus accepta, vel ab ipſis habitata, cognomen traxerint. Et quia villam huius nominis, in quo hodienum nobile prædium cernitur, in vicino agro *Schauenburgico* offendimus, veluti ante pedes; nobiles vaſalli Schauenburgici *Apeldernenſes* iſti ſi fuiſſe dicantur, nihil forte eſt, quod in ſpeciem obiici poſſit. Non diffiteor tamen, qui adſertiones hiſtoricas ſine ſeuero examine adoptare ac meas facere non ſoleo, vnum ab adſerente præterea deſide-

ratum iri, videlicet clarum teſtimonium, vel haud fallax documentum, ex quo pateat, *nobiles* in agro Schauenburgico olim vixiſſe, vel etiamnum viuere, *ab Apeldern* vel *Apelern* dictos. Conſul enim ille Indaginis Comitis Adolphi, *Iordanus de Apeldern*, quem ſub *Num. VIII. b.* adlata Charta ex anno MCCXXXIII. commonſtrat, haud magis propitio Ioue viris nobilibus inſereretur, quam ceteri in eadem nominati, aliique ordinis eiuſdem ex noſtra ciuitate: in quorum gratiam ſubiicimus diploma (a). Atque hic lubens fateor aquam mihi hærere. Spes tamen affulget, fore, vt voti compos fiam. Quæ cum decollare poſſit; exſpatiemur interea per otium ex agro *Schauenburgico* in oras, vrbi Bremenſi viciniores, videamuſque, an vſpiam villæ, vel eiuſdem, vel ſimilis nominis, ſuperſint, *Militum de Apeldern* forſan domicilia. Hoc in itinere ſi *Viſurgim* tranſmittimus, et terras *Hoyenſes* peragramus, in extremis præfecturæ *Ehrenburgenſis* limitibus, *Huntam* verſus, haud procul ab oppido Wildeſhuſano, offendimus villas *Apenderden* et *Duuenek*, ſororio vinculo inter ſe colligatas. Quarum priorem licet hodie *Abbentburn* adpellitent; vetuſtiores tamen ſcripturæ *Apenderden* deſignant, nomine, a vocabulo *Apeldern* parum abludente. Sed hic eadem nos, ſi non maior, difficultas premit. Si quidem Militaris ordinis viros eo loco vmquam habitaſſe, aut ab eo nomen traxiſſe, neque in vetuſtioribus literis, neque in memoria hominum vllum exſtat veſtigium. Immigremus itaque in ipſum agrum Bremenſem, atque in viciniam dynaſtiæ *Bederkeſanæ*, quæ inde ab vltima ætate virorum nobilium fuit fœcundiſſima. Ibi inter *Lunam* et *Geſtam* fluuios prope caſtrum *Nukel*, cuius Caſtellani celebrantur in antiquis ſcripturis, occurrit primum villa *Bexhauen*, et paullo ſuperius villa, *Apelern* dicta. *Bexhauen* ſine dubio *Bikiſhouede* illud eſt, a quo *Milites de Bikiſhouede* dicti ſunt, quod villæ eius *Domini* eſſent, atque ibi habitarent. A quibus cum *Albertus* Epiſcopus eiuſque fratres vulgo genus duxiſſe dicantur; operæ pretium erit, *Militum de Bikiſhouede*, quotquot eorum per hoc tricennium occurrunt, veluti numerum inire, atque diſpicere, num nomina et dignitates eorum ita comparatæ ſint, vt cum nominibus et dignitatibus horum quinque fratrum redigi poſſint in concordiam. Quo ſi pertingere liceret; cognomen *de Apeldern*, quod a vicina villa *Apelern* adſciſci poterat, me non impediret, quo minus Albertum eiuſque fratres cum vulgo *Bikeſhouedianæ* familiæ tranſcriberem atque accenſerem. Primi huius nominis Militares viri, quod quidem ad ſphæram noſtram pertinet, GELTMARVS, ALBERTVS et LVDERVS, fratres, villam *Bekeſhouede* ex beneficio Bremenſis eccleſiæ tenuerunt, atque in ea ſuis ſumtibus primum templum condiderunt, conſecratum a Sifrido Archiepiſcopo, qui Alberti Vrſi filius fuit. Dotem autem firmauit demum anno MCCII. *Sifridi* ſucceſſor, *Hartwicus II.* quod ſubiecta charta (b) pluribus enarrat. Anno MCCIII. VIII. Kal. Iun. diplomati Hartwici

wici Archiepiſcopi, quo decimam in *Emceke* Præpoſito eccleſiæ ſancti Willehadi in vrbe Bremenſi confirmat, inter teſtes ſubſcriptus eſt *Henricus de Bekeſhouede, maioris Eccleſiæ Canonicus.*

Idem *Henricus* emerſit tandem ad dignitatem *Præpoſiti Archiecclesiæ Bremenſis*, et obiit circa annum MCCXLI. relicto eccleſiæ inſigni legato. Diploma Gerhardi II. Archiepiſcopi (c) dignum eſt, quod legatur, ob teſtium numerum et excellentiam: in quibus *Iwanus* (vetuſtiores ſcripſere Vnwanus) *de Blitterſtorpe* ille ipſe eſt, qui in margine *a dextra* ſchematis noſtri comparet, filius ſcilicet *Gertrudis* et *Danielis* et frater iunioris *Danielis*. Præter hos quatuor eodem tempore, ſcilicet anno MCCVIII. vixit quintus, IOANNES de *Bikeſhouede*. Teſtem huius rei chartam (d) propterea damus integram, quia ex illa inferre licet, huius familiæ viros etiam in aula Mindenſis Epiſcopi floruiſſe. Idem IOANNES *miles de Bikeſhouede* ſubnotatus eſt diplomati eiuſdem Gerhardi, quo Virginibus Zeuenenſibus, rogatu Tiderici Præpoſiti, anno MCCXXVI. de obſeruandis priuilegiis cauit. Porro in eiuſdem Gerhardi *dotatione* monaſterii Vallis liliorum anno MCCXXXII. teſtes adhibiti leguntur e Canonicis ALEXANDER *de Bikiſhouede;* e Laicis: *Godefridus Aduocatus de Staden.* THEODORICVS DE HASELDORPE et IWANVS *de Blitterſtorpe.* Anno MCCXXXV. cum idem Gerhardus eccleſiam in *Vilhuſen* confirmaret; adſtitere ENGELBERTVS *de Bekeſhouede* et BERNHARDVS, *frater eius*, *Milites et Miniſteriales eccleſiæ Bremenſis.* Fallit ergo MVSHARDVS, qui *p. 104.* tradit, fratres hoſce *Miniſteriales* fuiſſe *Henrici Hoyenſis*, et *Ottonis Comitis Oldenburgenſis:* quorum in diplomate nulla mentio. Anno MCCXLV. recurrit ENGELBERTVS ſolus, et in alia charta ex eodem anno leguntur teſtes laici: H . . . . *Nobilis de Wiknigerothe.* ENGELBERTVS *de Bikiſhouede.* *Alardus de Hutha.* H . . . *de Haſbergen.* Qui poſt hæc tempora floruerunt, quia huc non pertinent, omittuntur. Iam ponamus tantiſper, *Bikiſhouedenſes* vicinam villam *Apelern* quoque poſſediſſe: ponamus et cetera, quæ ponenda ſunt, vt et *Bikiſhouedenſes* et *Apeldernenſes* ex vna eademque familia prodiiſſe credantur, nimirum, villam *Apelern* in diviſione fraterna *Bikiſhouedenſi* cuidam *Militi* obtigiſſe, qui ab ea cognomen de *Apeldern* adſciuerit, atque ad poſteros tranſmiſerit: Recurret tamen ſubinde quæſtio palmaria, cur in tanta nube teſtium, qui diplomatibus Bremenſibus, Schauenburgicis, Lubecenſibus, aliiſque tam editis, quam MSS. ſubnotantur, ne vnus quidem *miles* compareat, *de Apeldern* dictus? Ad quam cum reponi aliud non poſſit, quam poſſeſſores villæ *Apelern vulgo* quidem *milites de Apeldern* audiiſſe; *ſtilo* tamen *Curiæ* a prædio principe *de Bikiſhouede* fuiſſe ſcriptos, adeoque *Liuonienſes* noſtros ſub nominibus *militum de Bikeſhouede*, modo adlatis, latere; agedum, contendamus inter ſe *Bikiſhouedenſium* illorum et *Liuonienſium* noſtrorum nomina: in quibus non niſi tria conueniunt, *Albertus* ſcilicet, *Ioannes* et *Engelbertus*. *Rotmarus* enim, et *Theodoricus*, et

Hermannus, quæ nomina ceteri fratres Episcopi gesserant, in *Bikesshouedensibus* illis exulant. Iam vero ALBERTVS ille, in dote capellæ *Bikisshouedensis* memoratus, *Albertus Liuoniensis Episcopus* non est, quia alios fratres habuit, *Geltmarum* scilicet, ac *Luderum*. Et ne putes, *Geltmarum* forte vitiose scriptum pro *Rotmaro;* oculorum meorum fidem tuto sequeris, qui *Geltmari* nomen in aliis Bremensibus documentis visitatum vidi. IOANNES autem *miles de Bikisshouede*, qui anno MCCVIII. Mindæ, et anno MCCXXVI. Bremæ degit, *Ioannes* ille *de Apeldern* non est, qui vltimis hisce annis in Liuonia militauit, et tamquam præcipuus castri Dorpatensis expugnator, ad exemplum fratris *Theodorici*, haud dubie pingue quoddam victoriæ præmium in *Vngannia* nactus est, quod eum in Liuonia detinuit. Neque ENGELBERTVS *Bikisshouedensis* Episcopi nostri frater *Engelbertus* esse potest: quia ille *miles* et Bremensis ecclesiæ Ministerialis; hic *monachus* et postremo Rigensis ecclesiæ Præpositus fuit: ille vitam ad annum vsque MCCXLV. produxit; hic anno MCCVIII. iam viuere desierat.

X.

Vides, lector, quam ardua res sit, in antiquis non temere, sed cum ratione, et remotis dubiis omnibus, certi quid constituere. Non habes tamen, quod infirmitati meæ succenseas, si ab his lusibus nihilo doctior; immo longe incertior abis, quam veneras. Non enim ænigmatum solutiones, nec decretoriæ sententiæ, nec multum bonæ frugis exspectandum erat ab eo, qui *flores* promiserat. Quamquam et floribus delectemur, si nitent; modo non fœteant: quod a nostris abesse puto. Neque ea fiducia inuolutissimum hoc schema genealogicum e tenebris denuo exciuimus, quod copiosiori lumine a nobis, quam ab Andrea Hoiero, perfundi posse crederemus; sed vt aliorum, quibus Oedipos se præstare volupe fuerit, sagacitatem acueremus. Cui fini tabulam quoque adiicimus, schematis marginem superiorem eo ordine, qui nobis hodie familiaris est, exhibentem: ex qua, alteri iuncta, patebit demum amplissima Alberti I. Liuonienſis Episcopi *parentela*.



IX. a.

Conradi Verdenſis Epiſcopi confirmatio altaris in Capella quadam eccleſiæ Buxtehudenſis a Thiderico de Anderten et Ioanne Slamſtorp fundati. Ex MS.

Anno 1405. Rodenburgi.

IN nomine Domini. Amen. *Conradus* Dei et Apoſtolice ſedis gracia Verdenſis Eccleſie Epiſcopus, ad perpetuam rei memoriam. Omnibus et ſingulis preſencia viſuris ſeu audituris cupimus eſſe notum, quod ſollicitudo paſtoralis officii ad hoc nos ammonet, vt his, que cultum diuinum reſpiciunt, paterna affectione intendere debeamus. Hinc eſt, quod, cum diſcreti viri, domini *Thidericus de Anderten*, Canonicus ſancti Willehadi Bremenſis, et *Iohannes Slampſtorp* *, perpetuus in eccleſia beate Virginis extra muros Stadenſes, Bremenſis diœceſis, beneficiatus, de conſenſu venerabilis viri, Domini Gerlaci, Prepoſiti, ac Hildegundis, Prioriſſe, et Conventus monaſterii in *Buxdehude*, ordinis ſancti Benedicti, noſtre Verdenſis diœceſis, vnam capellaniam ſiue eleemoſynariam in Capella ſancti Spiritus, in oppido Buxtehude dicte noſtre Verdenſis diœceſis per eos erectam, fundatam et inſtauratam, in honorem Dei, eius genetricis Virginis Marie, ob progenitorum ſuorum et propriam ſalutem, cum bonis eorum, ipſis a Deo collatis, videlicet decem marcarum Lubicenſium annuis redditibus, quos conſules noue ciuitatis in terra Holſatie iuxta tenorem literarum ſuarum ſuper hoc confectarum dicto Iohanni Slampſtorp, aut cum voluntate ſua huiuſmodi literam habentibus, ſingulis annis exſoluere teneantur, dotaverint perpetue duraturam, prout in litera fundationis ſiue inſtauracionis ſuper hoc edita lucidius et plenius declaratur. Quam quidem Capellaniam ſiue eleemoſynariam prefati Domini *Iohannes Slampſtorp* primo, et poſt mortem ipſius *Thidericus de Anderten* preſcriptus, ſine omni onere de ipſa facienda, ad que poſſidens eandem occaſione fundacionis obligatur, et abſque procuracionis ſeu ſubſidii, clero Verdenſi per nos aut ſucceſſores noſtros imponendi, quacunque ſolucione, quiete, quoad vixerint, obtinebunt. Dum tamen ipſis aut alteri eorum placuerit, reſignacione dicte Capellanie aut eleemoſynarie, prout iuris fuerit, facta; poterit alter eorum, vel ſuperſtes; altero ipſorum mortuo, dicto Prepoſito in Buxtehude perſonam idoneam ad eandem preſentare. Quibus vero Dominis, *Iohanne* et *Tiderico*, viam vniuerſe carnis ingreſſis, ius patronatus ſiue preſentandi antedicte capellanie aut eleemoſynarie apud *Iohannem van dem Sode* et *Arnoldum de Holthuſen*, *oppidanos Hannouerenſes*, Mindenſis diœceſis, ac *Iohannem de Holthuſen*, *ciuem Lubicenſem* et heredes eorum, duntaxat linea maſculina deſcendentes, voluerunt et diſpoſuerunt ſub certo modo et ordine, prout in litera fundacionis continetur, permanere. Poſt mortem vero omnium et ſingulorum eorundem, collacio, preſentacio totaliſque diſpoſicio capellanie, ſiue eleemoſynarie prelibate, ad Prepoſitum dicti monaſterii in Buxtehude, qui pro tempore fuerit, perpetuo ſpectabunt. Nobis igitur extitit humiliter ſupplicatum, vt hanc piam ordinacionem dictorum dominorum *Iohannis* et *Tyderici*, noſtra auctoritate ordinaria confirmare et auctoriſare dignaremur. Nos, perfecte attendentes, quod quiſque in tradicione rei ſue poterit pactum apponere, legibus non improbatum, hanc ordinacionem et diſpoſicionem racionabilem iudicantes et piam, predictam capellaniam ſiue eleemoſynariam, ad prefatam Capellam ſancti Spiritus in oppido Buxtehude collatam, et in ipſa capella erectam et inſtauratam, ac alias omnes et ſingulas ordinaciones et diſpoſiciones premiſſas, auctoritate noſtra ordinaria approbando confirmamus et auctoriſamus, cum omnibus et ſingulis bonis et redditibus ac iuribus ſuis, prefertim cum dictis decem marcarum Lubicenſium annuis redditibus, iam ad ipſam capellaniam ſiue eleemoſy-

* Nondum certo ſcio, num hic Ioannes ille ſit, qui anno MCCCCXVII. e gradu Archidiaconi Hadelerienſis Cathedram Bremenſem conſcendit, defunctus anno MCCCCXXI.

nariam applicatis, et aliis bonis, ad eandem in futurum applicandis, volentes et mandantes, vt huiuſmodi decem marcarum Lubicenſium annui redditus et alia bona ac iura, in futurum ad ipſam applicanda, ſub tuicione et libertate eccleſiaſtica perpetue conſiſtant, et inuaſores ipſorum, tanquam bonorum eccleſiaſticorum, que humanis vſibus non ſubiacent, cum opus fuerit, cenſura eccleſiaſtica arceantur.

Datum et actum in caſtro noſtro *Rodenburg*, ſub Anno Domini M. CCCC. V. in vigilia beati Iohannis Baptiſte, noſtro ſub ſigillo, preſentibus appenſo.

Preſentibus honorabilibus et diſcretis viris:

Domino Hermanno de Indagine, Canonico Goſlarienſi Hildeſemenſis diœceſis, Capellano, et

Lippoldo Brockhuſen, Clerico Mindenſis diœceſis, familiaribus noſtris, teſtibus ad premiſſa habitis et vocatis.

IX. b.

Dotem Capellæ, a fratribus Geltmaro, Alberto et Ludero, in villa Bekeſhouede *conſtructæ, confirmat Hartwicus II. Bremenſis Archiepiſcopus. Ex MS.* *

Anno 1202. HArtwicus Dei gracia ſancte Bremenſis eccleſie Archiepiſcopus vniuerſe fidelium ſocietati ſalutem in vero Saluatore. In omni cauſa accedente ad honeſtatem pariter et vtilitatem nobis ſumma debet eſſe deuocio, quatinus ſic eccleſiarum noſtrarum ſtudeamus profectibus, ne hoc, quod noſtris temporibus ad earum incrementum fauorabiliter accedit, per temporis lapſum propter infirmam hominum memoriam vel pocius propter prauorum malignitates deſtruatur. Inde eſt, quod vniuerſitati fidelium tam preſencium quam futurorum notum eſſe volumus, quod dilectus noſter GELTMARVS, cum conſenſu et opere fratrum ſuorum, ALBERTI et LVDERI, Capellam, ad permiſſionem predeceſſoris noſtri, SIFRIDI, conſtruxit in villa *Bekeſhouede*, quam feodali iure ab eodem Archiepiſcopo tenuit. Porro procedente tempore eamdem Capellam in omni ſtructura conſummatam præfatus Archiepiſcopus dedicauit et ſub dote predicti G . . . . et filiorum eius in omni iure roborauit. Vt autem ſuper hac dote omnis ſuſpicio tollatur, propriis vocabulis exprimatur. Fundus eccleſie et cemiterii. area ſacerdotis. decima ipſius ville. vnus manſus ibidem. decima Mulenbeke. naulum Lunenhuſen. Vt autem Capella predicta hec omnia poteſtate inuiolabili perpetuo poſſideat; hanc ordinacionem ſcripti et ſigilli noſtri teſtimonio confirmare volumus. Si quis igitur contra hoc noſtre autoritatis priuilegium venire, et quoquo modo vel in parte vel in toto infringere temptauerit; eterna excommunicacione cum Iuda traditore pereat.

Acta ſunt hec anno dominice incarnacionis M°. CC°. II°.

IX. c.

Gerhardus II. Bremenſis Archiepiſcopus decimam in Achim, ex pecunia Henrici de Bekeſhouede comparatam, Capitulo tranſſcribit.

Anno 1241. Bremæ. GErardus Dei gracia ſancte Bremenſis Eccleſie Archiepiſcopus, vniverſis Chriſti fidelibus, preſentem paginam viſuris, ſalutem in eo, qui eſt omnium ſalus. Cura ſuſcepti regiminis monet nos propenſius et hortatur, vt diligenti ac ſollicita caucione commodis eccleſiarum intendamus, ne, quod ex fidelium deuocione ad eccleſiarum profectum actum eſt, malorum valeat verſucia

* Chartæ huius meminit STAPHORST. *hiſt. eccl. Hamburg. t. 1. p. 604.* ſed ipſam non exhibet.

ſucia perturbari. Ea propter nouerint tam preſentes, quam futuri, quod dilectus in Chriſto Bernardus, Decanus Bremenſis, *executor teſtamenti* bone memorie HINRICI *de Bekeſhoueden, quondam Bremenſis Prepoſiti*, decimam in *Achem*, cum omni iure ſuo, de pecunia eiuſdem Prepoſiti pro centum marcis argenti emit a Hildemaro Schucken, et omnibus heredibus ſuis. Et cum dictus Hildemarus, cum heredibus ſuis omnibus, predictam decimam, quam a nobis iure feodali tenuerat, in manus noſtras libere reſignaſſet; nos eam ob reuerenciam Domini noſtri Ieſu Chriſti, eiuſque intemerate matris, Virginis Marie, et beati Petri Apoſtoli, in remiſſionem peccatorum noſtrorum, Capitulo noſtro contulimus, perpetuo poſſidendam, ſub hac forma: Vt lumen cereum ſine intermiſſione ſingulis diebus et noctibus ardens in choro, in quo officium diurnum pariter et nocturnum frequenter agitur, et corpus dominicum cum reuerencia ſeruatur, de prouentibus eiuſdem decime miniſtretur, vt in hac parte vltima voluntas prefati Prepoſiti firmiter obſeruetur. Preterea in anniuerſario predeceſſoris noſtri, GERARDI *primi*, et in anniuerſario noſtro, cum nos Dominus de hoc mundo vocaverit, in vigiliis et miſſa pro defunctis ad ſepulchra noſtra ſex cerei miniſtrentur. Et quicquid ſuper expenſas predictas de eadem decima poterit prouenire, hoc ſecundum arbitrium Decani Bremenſis inter Canonicos, Vicarios, Campanarios eccleſie, et pauperes ſcholares, chorum frequentantes, qui vigiliis et miſſe in anniverſario memorati Prepoſiti interfuerint, diſtribuatur: ſtatuentes, et ſub obteſtacione diuini iudicii firmiter precipientes, vt, quicunque pro tempore Decanus fuerit Bremenſis, hec, que dicta ſunt, vel per ſe, vel per alium fide dignum, quem ad hoc eligere potuerit, fideliter exequatur, ſi diuinam voluerit effugere vltionem. Ne igitur ea, que de fonte deuocionis prodeunt, poſterorum obliuioni tradantur; nos, ad perpetuum robur ordinacionis prefate, paginam preſentem ſigilli noſtri munimine duximus roborandam.

Huius rei teſtes ſunt:
Iohannes ſancti Willehadi Prepoſitus.
Hermannus ſancti Anſcharii Prepoſitus.
Henricus de Toſſem.
Bernardus Cuſtos.
Wilbrandus Scholaſticus.
Iohannes de Beuerſeten.
Fredericus de Oumunde.
Erneſtus ſacerdos. Borchardus. Hildeboldus. Otto.
Bremenſes Canonici.
Miniſteriales et Laici:
Wilhelmus de Bederikeſa.
Marquardus et Otto, fratres, de Bederikeſa.
Godefridus, Aduocatus de Stadio.
Ywanus de Blitterſtorpe.
Heyno Aduocatus.
Reynoldus Bruſchauere.
Gerardus de Sledeſen.
Gerhardus de Hatheleria.
Martinus de Hudha.
Hinricus Saxo, et fratres ſui.
Luderus et Bruningus de Mercele.
Gerhardus de Gropelinge.
Iohannes de Duuenwarde.
Henricus de Ochtenhuſen, et filius ſuus Iohannes.
Sifridus de Brema.
Gerardus de Scole.
Albero de Stelle, et frater ſuus Fridericus et alii quam plures.

Datum et actum *Breme*, anno Dominice incarnacionis M. CC. XLI. Pontificatus noſtri Anno XXI. In nomine Dei feliciter Amen.

IX. d.

Henrici Mindenſis Epiſcopi dimiſſio bonorum in Kirchhorſt coram Ioanne milite de Bikeſhouede. Ex MS.

Anno 1208. IN nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Henricus* Dei gracia Mindenſis eccleſie Epiſcopus, vniuerſis Chriſti fidelibus, preſentibus atque futuris, ſalutem in vero ſalutari. Cum omnes orthodoxe fidei profeſſores ſic in ſtadio currere iubeantur, vt brauium comprehendant; maxime tamen hii, qui ſuſcepti regiminis gerunt adminiſtrationem, vt, quanto excellentiore prealiis gaudent

prerogatiua, tanto ampliori inuigilantia, ſine iactura cuiuſquam, et eccleſias debent locupletare, et locupletatas in ſuo iure illibatas conſeruare. Notum ergo ſit vniuerſitati Chriſti fidelium, tam preſentibus, quam poſteritati futurorum, quod bona, que Dominus Hildebrandus, prepoſitus de Ouerenkerken, a Domino Lamberto de Emplede, ſuiſque heredibus, comparauit, videlicet tres manſos in *Kerckhorſten*, et decimam ſuper ſeptem manſos in eadem villa, et in *Helperſen* ſuper totidem, ipſi equanimiter in manus dominorum, a quibus eiſdem bonis erant infeudati, id eſt manſos Domino *Hildeboldo Comiti* de *Roden*, et decimam domino *Hermanno* de *Arnheim*, reſignauerunt. Prenominatus vero Comes et dominus Hermannus iuri ſuo, quod ſibi ratione infeudationis a nobis facte in eiſdem bonis vendicabant, omnimodis renuntiauerunt. Nos autem prelibata bona, pro remedio anime noſtre, noſtrorumque ſucceſſorum. Deo et ſancte Marie in Ouerenkerken, ibique Chriſto militantibus, contulimus, perpetuo poſſidenda. Verum ne contractus emptionis huiuſmodi diſſoluatur, ſubſequensque collatio, a nobis debite ac iuſte facta, irritetur, viam precludentes impoſterum ſubdole agere volentibus; huius rei ſeriem, ſub teſtimonio racionaliter actam, preſenti pagina decreuimus innotari, et per bulle noſtre appenſionem corroborari.

Nomina teſtium ſunt hec:
Dominus Gotfridus, et
Dominus Engelbertus, et
Iohannes ſacerdos de Velden. Et
Ioannes de Ditriche, ſcholaris epiſcopi.
Walcherus, filius aduocati de Soſatis.
Euerhardus de Holdelbere,
IOANNES *de Bikeſhouede.*
Ludolphus pincerna
Albertus de Horſt
Henricus Roph, et hii milites.

Preterea alii quam plures. Si quis autem contra hunc tenorem venire preſumpſerit, aut infringere temptauerit; ſciat, ſe omnipotentis Dei, et beati Petri et Romane ſedis offenſionem, et noſtram incurriſſe excommunicationem.

Anno incarnationis Dominice Milleſimo ducenteſimo octauo, anno pontificatus noſtri tertio.

X.

Confirmatio Compoſitionis, inter Albertum Rigenſem Epiſcopum et Volquinum Magiſtrum et fratres militiæ Chriſti initæ.

INNOCENT. *Lib. 13. ep. 141. p. 479.*

Anno 1210. INnocentius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilecto fratri *Al. Rigenſi Epiſcopo* ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum inter *te* ac *fratres militie Chriſti* ſuper ſorte terrarum, quæ per gratiam ſancti ſpiritus nuper ſunt ad cultum fidei Chriſtianæ conuerſæ, ſub examine noſtro controuerſia verteretur; mediantibus demum nobis, ad hanc concordiam deueniſtis, vt videlicet ipſi fratres *tertiam partem* earundem terrarum, *Leciæ** ſcilicet ac *Liuoniæ*, teneant a Rigenſi Epiſcopo, nullum ſibi ex ea temporale ſeruitium præſtituri, niſi quod ad defenſionem Eccleſiæ ac prouinciæ perpetuo contra paganos intendent: verum *magiſter* eorum, qui pro tempore fuerit, obedientiam ſemper Rigenſi Epiſcopo repromittet; ſed fratres aut Clerici, qui eis ſpiritualia miniſtrabunt, nec decimas, nec primitias, nec oblationes, nec cathedraticum ei ſoluent; coloni vero prædictæ ſortis de parte prouentuum ad ipſos ſpectante decimas Eccleſiis ſuis reddent; de quibus quarta pars eidem Epiſcopo perſoluetur, niſi hoc idem Epiſcopus, inſpecta neceſſaria et rationabili cauſa, ſponte duxerit remittendum; ipſi autem fratres et ſucceſſores eorum ius habebunt ad præfatas Eccleſias, cum vacauerint, Rigenſi Epiſcopo perſonas idoneas præſentandi, quas ipſe de cura inueſtire non differet animarum. Ceterum cum tu ac tuorum quilibet ſucceſſorum ipſos duxeri-

* Lettiæ.

duxeritis visitandos, *in domo sua* cum viginti euectionibus semel vos procurabunt in anno; in *plebatibus* autem suis bis in anno vos exhibere curabunt. De terris, quas a modo extra Liuoniam seu Lectiam, cum auxilio Dei dicti fratres acquirent, Rigensi Episcopo minime respondebunt; nec ipse de illis eos aliquatenus molestabit; sed cum Episcopis, creandis ibidem, quoquo rationabili modo component, vel obseruabunt, quod apostolica sedes super hoc prouiderit statuendum. *Regulam* quoque *fratrum militiæ Templi* seruantes, aliud in habitu signum præferent, vt ostendant, se illis nequaquam esse subiectos. Sepulturam quoque ad opus fratrum et familiæ suæ, nec non etiam et eorum, qui apud ipsos elegerint sepeliri, liberam prædicti fratres habebunt; salua canonica portione ipsarum Ecclesiarum, a quibus assumuntur corpora mortuorum. Nos igitur compositionem approbantes eandem, ipsam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino liceat hanc nostræ confirmationis etc. incursurum.

Datum Laterani XIII. Kalend. Novembris, Pontificatus nostri anno tercio decimo.

XI.

Ea de re ad Volquinum Magistrum directa Epistola. ibid.

Anno 1210. INnocentius etc. WOLCVINO Magistro et fratribus militiæ Christi in Liuonia constitutis etc. Cum super sorte terrarum, quæ per gratiam sancti spiritus nuper sunt ad cultum Christianæ fidei conuersæ, inter eos et venerabilem fratrem nostrum Rigensem Episcopum sub examine nostro controuersia verteretur; mediantibus demum nobis ad hanc concordiam deueniſtis, vt videlicet eos tertiam partem earumdem terrarum Lectiæ scilicet ac Liuoniæ, ab eodem Episcopo teneatis, nullum sibi — contra paganos intendetis. Verum Magister vester — duxerit remittendum. Vos autem et successores vestri ius habebitis ad ecclesias ipsas vacantes Rigensi Episcopo personas idoneas præsentandi, quas ipse de cura investire non differet animarum. Ceterum cum ipse vos duxerit visitandos, in domo vestra cum viginti euectionibus semel in anno eumdem curabitis procurare; in plebatibus autem vestris eum exhibebitis bis in anno. De terris vero, quas a modo extra Liuoniam seu Lettiam cum Dei auxilio acquiretis, Rigensi Episcopo minime respondebitis — Datum, vt præcedens.

XII. a.

Innocentius Papa III. hortatur Monasterienſem, Verdenſem et Paderbornenſem Epiſcopos, vt Eſtonienſi cooperatores fiant. Lib. 16. ep. 125. p. 808.

Anno 1213. INnocentius Episcopo Monasterienſi* etc. Ab eo, qui neminem vult perire, sed vt omnes ad agnitionem perueniant veritatis, tibi esse audiuimus et credimus inspiratum, vt venerabili fratri nostro, *Eſtienſi Epiſcopo*, qui, sicut seruus fidelis et prudens, in Domini vinea fideliter operatur, cooperator accedens, cum eo portare proposueris coram gentibus et Regibus nomen Dei, et dare salutis scientiam plebi suæ. Nos igitur, tuum pium propositum dignis in Domino laudibus commendantes, fraternitatem tuam monemus attentius et hortamur, quatenus; accensus zelo fidei Christianæ, ac sperans, quod qui affectum tibi dedit, adiiciet et effectum, Euangelistæ aggrediaris opus et officium confidenter, vt cum illis, qui euntes ibant et flebant, mittentes semina sua, exultationis manipulos valeas reportare. Vt autem prædicationis officium valeas liberius exercere, statuimus, vt, te huiusmodi pietatis operi mancipato, Ecclesia et persona tua cum omnibus bonis tuis sub Apostolicæ sedis protectione

* Monasterienſis non iuit; sed Philippus Raceburgenſis iuit.

consistant. Tu denique, frater Episcope, super te ipso etc.

Datum Laterani III. Kal. Nouembris, Pontificatus nostri anno sexto decimo.

In eumdem modum scriptum est Episcopo Verdensi (Isoni).

In eumdem modum Episcopo Paderbornensi (Bernardo).

XII. b.

Innocentius PP. III. Raceburgensem Episcopum et Ecclesiam in tutelam suscipit.

Anno 1209. INNOCENTIVS seruus seruorum Dei venerabili fratri *Raceburgensi* Episcopo salutem et Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum; tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id, quod sollicitudinem officii nostri exigit, ad debitum perducatur effectum. Quapropter, venerabilis in Christo frater, tuis postulationibus gratum impertientes assensum, personam Tuam et ecclesiam *Raceburgensem*, Tuæ curæ commissam, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemtare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Laterani III. Idus Martii, Pontificatus nostri anno XI.

XII. c.

Philippus Raceburgensis Episcopus Custodiæ ecclesiæ suæ certas decimas donat, sibique anniuersarium instituit.

Anno 1209. EGO PHILIPPVS Dei gratia *Raceburgensis* ecclesiæ Episcopus omnibus Christi fidelibus, tam futuris, quam præsentibus, salutem in Dei salutari nostro. Cum ex officii nostri ratione quibusue indigentibus manum largitionis semper pro posse nostro monemur exhibere; Matri tamen nostræ, scilicet *Raceburgensi* ecclesiæ, cuius vbera a primis rudimentis suximus, et affectu deuotionis, et obsequio recordationis, specialius tenemur intendere. Vnde communicato consilio nostro cum his, quibus credendum esse censuimus, cum bona deliberatione, ad maiorem dilectionis ostensionem circa fratres nostros, Canonicos scilicet prætaxatæ ecclesiæ, nobis quoque in hac parte consulentes, Custodiæ Raceburgensi sex mansorum decimam in villa, quæ *Lancowe* dicitur, assignauimus, sub ea forma, vt quolibet bissextili anno reditus trium annorum intercedentium prædictæ decimæ in vnam summam redigantur, et in his, quæ magis necessaria visa fuerint, res custodiæ corrigantur. Contulimus insuper decimam vnius mansi Custodiæ in villa, quæ *Panthen* dicitur, vt inde quolibet anno comparet oleum chrismatis, quod antea episcopus administrare tenebatur. Dedimus etiam beatæ Virgini et sancto Iohanni in eadem ecclesia cappam de sammetto, sex marcis argenti comparatam, et pixidem argenteam pondere marcarum quinque, reliquiis in ea inclusis, plus quam valore insignem. Assignauimus præterea fratribus ad seruitium in die patroni, *sancti Iohannis* scilicet *ante portam latinam*, vespere, dimidiam decimam villæ, quæ *Swartensee* dicitur, et vt abundantius id fieri possit, quicquid decimarum habuimus in villa *Mikist*, in territorio Raceburg sita, plenarie addidimus. Villam insuper nostram *Mikist* in terra *Boytin* cum omnibus attinentiis, censu, decima, pascuis, pratis et siluis, ad agendam obitus nostri anniuersariam memoriam fratribus nostris dedimus; et interim, dum adhuc supersumus, seruicium, tandem in diem obitus nostri conuertendum, in die sancti Augustini tribus temporibus, vespere, mane, et secundo vespere solenniter exhiberi statuimus. Hanc igitur donationem, vt rata sit et inconuulsa permaneat, corroborare curauimus, vt in præsentiarum cernitur, appensione sigillorum, tam nostri, quam venerabilium Coëpiscoporum, domini

mini videlicet ISONIS *Verdenſis*, domini BERTOLDI *Lubicenſis*, ipſius quoque eccleſiæ noſtræ, ſtatuentes, vt anathema ſit, qui hæc indebite temerare præſumſerit.

Nomina teſtimonialium perſonarum hæc ſunt:

Guncelinus Comes de Zuerin.
Hermannus de Stortenebold.
Conradus de Harſtorp.

XIII.

Pontificalis Epiſcopi Eſtienſis confirmatio. Lib. 16. ep. 127. p. 809.

Anno 1213. INnocentius etc. Epiſcopo Eſtienſi etc. Commiſſi nobis officii ſollicitudo depoſcit, vt iis, quæ ad diuini cultus ampliationem pertinere noſcuntur, fauorem ſtudeamus beniuolum impartiri. Cum ergo venerabiles fratres noſtri, Padeburnenſis, Verdenſis, Raſkeburgenſis,* et Rigenſis Epiſcopi, te in Epiſcopum Eſtienſis prouinciæ duxerint ordinandum, ſicut ex literis accepimus eorundem; nos, quod ſuper hoc ab ipſis prouide atque canonice factum eſt, ratum habentes et gratum, præſentium tibi auctoritate concedimus, vt in ea libere officium exercéas paſtorale.

Datum Laterani II. Kal. Nouembris Pontificatus noſtri anno ſexto decimo.

XIIII.

Gregorii PP. IX. epiſtola, qua probationem negatiuæ per ſacramentales contra documenta authentica affirmantia taxat. Ex RAYNALD. *annal. eccleſ. t. 13. p. 486.*

Pertinet ad an. CXL. not. f).

Anno 1239. GRegorius etc. Regi Danorum etc. Sua nobis venerabilis frater noſter, *Epiſcopus Roſchildenſis*, petitione inſinuauit, quod, cum contingat interdum aliquos in ſua diœceſi commiſſa ſibi exequi teſtamenta in pios vſus, et certis perſonis bona decedentium erogando iuxta diſpoſitionem vltimam teſtatoris, non ſolum ſucceſſores defuncti, verum etiam alii extranei vires teſtamentorum ipſorum, et poteſtatem executorum enervare, ne bona defunctorum ad prædictos vſus peruenire valeant, propria temeritate conantes, ſequuntur in hoc prauam *terræ conſuetudinem*, quæ abuſus potius dici poteſt, videlicet, quod ſi *duodecim teſtes*, qui nominati dicuntur, *negatiuam* aſſerentes, iuramento affirmauerint, quod decedens aliquid in teſtamento nulli dimiſerit, decedentis diſpoſitio infirmatur, quamquam contraria *affirmatiua* per authenticas probetur literas, et teſtes omni exceptione maiores: ſicque teſtamentorum ipſorum executio impeditur, et tam eccleſiæ, quam alii per aſſertionem huiuſmodi *negatiuam* ſuis iuribus defraudantur. Cum igitur ad regiæ ſpectat dignitatis honorem, eccleſiaſtica iura tueri; ſerenitatem tuam monendam duximus attentius et rogandam, quatenus eccleſiarum, et perſonarum eccleſiaſticarum ſtatum in ſolita libertate, tamquam catholicus princeps, ſolito more conſeruans, prædictam *deteſtabilem conſuetudinem* de regno tuo penitus aboleri, et inſuper vbique per regnum prohibere ſtudeas, vt de cetero inibi huiuſmodi conſuetudo nullatenus obſeruetur. Contra detentores vero decimarum ipſarum ſic eidem epiſcopo auxilium et regium fauorem impendas, quod, te ſuffragante, ipſe ac eccleſiæ ſibi commiſſæ ſuis iuribus non fraudentur, noſque celſitudinem regiam dignis in Domino laudibus commendemus.

Dat. Anagniæ X. Kal. Sept. ann. XIII.

* Ratzeburg.

XV. a.

Fulco monachus e monaſterio Cellenſi apud Trecas Eſtonum Epiſcopus deſtinatur.

PETRI CELLENS. *lib. 6. ep. 8. p. 241.*

Anno 1170. circiter.

REgi Sueonum et Ducibus et Principibus, et eorumdem Archiepiſcopo * et cunctis Suffraganeis eius Petrus Abbas Cellenſis **. Cum animi Deo deuoti principale et ſummum debeat eſſe ſtudium, ad gloriam et honorem Dei omnia componere; ſi forte aliquatenus ſe omnipotenti Deo placere vel leuiter ſenſerit; cumulatis intrinſecus gaudiis totum ſe effundit, tamquam liquefactus, poſt ſponſum acclamans et dicens: Exultabimus et lætabimur in te memores vberum tuorum. His noſtra paruitas prouocata exemplis, etſi in multis, immo pene in omnibus, quotidie me ſciam peccare, et non, vt iuſtum eſt, diuinis mancipari ſtudiis; in hoc vno non vſquequaque deſpero de miſericordia Dei, quia de manu noſtra manipulum benigne ſuſcepit, domnum FVLCONEM *Epiſcopum*, quondam monachum noſtrum, et in clauſtrali religione a nobis enutritum, ad ſummum prouexit ſacerdotium. Recognoſcimus in eo vultum noſtrum, et ſperamus, quod non recedat cor eius a Deo noſtro, et a Mandatis eius. Cum ergo opportunitas grata obtulerit, quod tempus habere poſſumus adhuc eum inſtruendi et informandi in ampliorem Dei dilectionem, gratanter et deuote excipiamus, quia vlterius non eum videndum, vſque ad thronum gratiæ, et ad diſtributionem æterni ſtipendii, arbitramur. Ad hæc ipſa temporis incommoditas cooperatur deſiderio noſtro. Si enim vterque noſtrum vellet, diſcrimina et pericula, quæ habet, tranſire non poſſet. Inundantia enim aquarum, vt audiuimus, tanta eſt, vt vix ſereniſſimis temporibus meabile ſit iter, quo ad vos peruenitur. Tertia denique cauſa ſubeſt, quia domnus Archiepiſcopus noſter, Romam pergens, officium ſuum nos ſupplere commiſit. Nequaquam autem in dedicatione Eccleſiarum, vel ordinatione clericorum, vel confirmatione Chriſtianorum, abbatis aſſurgit dignitas. Per ipſum ergo, qui in omnibus noſter eſt, implemus, quod per nos non poſſumus. Veniet autem ad vos plenus Dei benedictione, cum tempora fuerint meliorata. Valete.

XV. b.

Fulconem a ſe dimittit Abbas, Eſkillo Lundenſi Archiepiſcopo commendatum.

PETR. CELL. *lib. 6. ep. 15. p. 253.*

Anno 1170. circiter.

LVndenſi Archiepiſcopo etc. - - - - Adhuc ſtillant manus veſtræ aromata Dei, quæ de thuribulis ſanctorum, per manus Angelorum, in incenſum ſuauitatis, naribus ſedentis ſuper thronum gratiæ referantur: quatinus in æterna tabernacula vos recipiant, qui de bonitate et beneficiis veſtris in terris ſuſtentati, per gratiarum actionem in cœlo iam ſunt recepti, vel adhuc recipiendi. Pauper iſte *Epiſcopus* domnus FVLCO, quem per Euangelium in Chriſto ego genui monachum, et vos Epiſcopum, de magnificentiſſima liberalitate veſtra Deo gratias nobiſcum refert, exponens, quod ſuſtentamentum vitæ et peregrinationis ſuæ vos habet, et ſemper habiturum confidit. Scitis, Domine pater, quam duram

* Eſkillo, qui anno MCLXXVIII. ad monachos Clarauallenſes ſe conferens, ſucceſſorem nactus Abſalonem, anno MCLXXXII. obiit in Claraualle.

** Petrus ille primo Cellenſis in vrbe Trecarum; poſtea Remenſis ſancti Remigii Abbas; demum Epiſcopus fuit Carnotenſis. Initia eius et finem quia ne quidem Epiſtolarum editor, IACOBVS SIRMONDVS, definire auſus eſt, nec nos iam definire audemus, cum hæc eius monumenta ſint notis chronicis deſtituta.

ram prouinciam fortitus ſit, et quod animam ſuam in manibus ſuis poſuerit, potius mortem ſemper expectans, quam longam vitam. Scitis etiam, quia qui prophetam in nomine prophetæ recipit, mercedem prophetæ recipit. Vnde remittimus eum ad vos, et commendamus eum Deo et vobis. Retinuimus eum ſiquidem malo tempore, remittimus autem bono et congruo, vt viſitet meſſem, vtrum matura ſit ad metendum, an immatura ad laborandum. Manum ſiquidem miſit ad aratrum ope veſtra et opere, ad Chriſtianitatem dilatandam, et horrea Dei fertiliori ſegete implenda. Veſtrum enim, veſtrum eſt, quicquid incrementi prouenerit ex labore ipſius, quia et de veſtro viuit, tanquam operarius Dei et veſter: et ad gloriam veſtram reſpicit atque coronam, quodcumque Chriſto acquirere potuerit. Non igitur obturandum eſt os boui trituranti, neque palea ſubtrahenda.

XV. c.

Abſoloni Lundenſi Archiepiſcopo gratias agit Petrus, de collatis in Fulconem beneficiis.

Lib. 8. ep. 19. p. 348.

Anno 1178. circiter.

ARchiepiſcopo Lundenſi (Abſaloni) Petrus Abbas ſancti Remigii* etc. Spiracula virtutum et odoramenta, ſuauia ſunt et perpetua. Nam nec longæuitate veteraſcunt, nec longinquitate odorem ſuum minuunt. Ecce veſtra *Dacia* remota eſt a noſtra *Francia*. Diſtant enim et moribus hominum, et conſuetudinibus, ſiue ſitu terrarum. Sed virtus, ſiue hic, ſiue illic, nec vultum mutat, nec habitum; nec fructum, nec vſum. Species illi vna eſt in *Dacia* et in *Francia*. Quorſum hæc? quid ad materiam præſentem attinet de inſolubili et immobili vigore et decore virtutis ſcribere, cum ſufficit grates referre vobis pro beneficiis, fratri et amico noſtro, FVLCONI *Epiſcopo* collatis, et quod obſequium ſuum tantus Dominus tam indigno monacho literis ſuis porrexit. Sed peccatum reputo, falſa dicere; nihilominus et vera tacere. Sicut enim improbus incenditur, aut inflatur, ſi falſo laudetur; ſic præditus naturali et gratuita bonitate humiliatur, et fortius ad meliora accenditur, cum ad ſe et ante ſe relatione non adulatoria, ſed vera, revocatur. Timet enim, ne non ſit, vel minus ſit, quam dicitur. A multis retro annis, pater cariſſime, de veſtra nobilitate et induſtria plura audiuimus, et quod feruentiſſimo zelo, quæ Dei ſunt, in vobis, et in aliis augmentare ſtudeatis. Tenui fama hoc didiceram; ſed cumulum veritatis et certitudinis adiecit cariſſimus noſter et veſter, FVLCO *Epiſcopus*. Phinees vtinam! tam apud vos, quam apud nos reſurgeret, et filii Mathatiæ antiqua pro lege Dei bella renouarent, et ſibi vſque ad animas non parcerent. Feruentis illius ſpiritus ſtillicidium in vobis infundat Spiritus ſanctus. Satis dictum ſit ſapienti. Pro his, quæ aguntur in partibus veſtris, erga nepotes et amicos prædeceſſoris veſtri, vtinam ea mihi eſſet apud vos gratia et amicitia, quæ apud illum eſt, et ſicut illi honore, ſic dilectione ſuccedatis. Valete.

XV. d.

Abſaloni, Lundenſi Archiepiſcopo, ad preces Fulconis nouum munus gratulatur ille Petrus.

Lib. 8. ep. 20. p. 350.

Anno 1178. circiter.

ARchiepiſcopo Lundenſi (Abſaloni) Petrus Abbas ſancti Remigii etc. Gratias diuinæ agimus gratiæ de bono odore gratiſſimæ famæ veſtræ; cuius tam copioſa redundat affluentia, vt cælos aſcendat, et terras etiam finitimas ſuauiter reſpergat. Larga Dei manus de oleo cæleſtis promptuarii menſuram bonam

* Idem, qui ante Abbas Cellenſis.

nam et confertam, et coagitatam, et ſupereffluentem dedit in ſinum, immo in caput veſtrum. De hoc itaque oleo et lampas propriæ conſcientiæ decenter ornatur, et lucernæ totius provinciæ veſtræ ſufficienter ſuffunduntur. Scio et pro certo habeo, quod, niſi fundamentum ſubeſſet bonæ conſcientiæ, non ſic dilataretur et continuaretur vapor tam lucidæ et præclaræ famæ. Germen antiquum prædeceſſoris veſtri non ſub vna nocte aruit, ſicut cucurbita Ionæ. Requieuit ſpiritus Heliæ ſuper Eliſeum; vtique Eſquilii ſuper Abſalonem. Rigauit, quod ipſe plantauit: nec ſufficit rigare, niſi adieceritis et noua plantare. Deus itaque incrementum dabit, nec erit vtriuſque veſtrum labor inanis, vbi ſuperaddit gratiam manus ſuperni remuneratoris. Nunquam enim Deus fraudat operarium ſuum digna mercede. Vtique et pie iuuat labentem, et iuſte remunerat operatorem. Vnde et ſuum eſt opus nihilominus, et ſuum munus. Nequaquam igitur mentitur opus oliuæ, vbi cooperatur donum gratiæ. Non ceſſet itaque operatio, vbi reſtat certiſſima remuneratio. Denique, pater amantiſſime, carbones viuos et conſolatorios inſtantiſſime animo veſtro ſuggerat, non ſolum ſpes futurorum, ſed etiam ipſa prælibatio, qua iam nunc memoria veſtri traditur et commendatur orationibus fidelium et ſanctorum virorum. Interim ne miramini, quod ego ignotus et terra remotus iam ſecundo ſcribo vobis. Habetis amicos iuxta vos et notos, FVLCONEM, quondam *monachum* noſtrum, nunc *Epiſcopum*, qui multis perſuaſionibus pulſat me, et compellit vobis ſcribere. Præſentium quoque lator, qui vos vſque ad angelos Dei extollit.

XV. e.

Alexandri PP. III. claſſicum contra Eſtones. Ep. 21. p. 433.

Anno 1171. circiter.

ALexander etc. Regibus et Principibus et aliis Chriſti fidelibus per regna Danorum, Norwegenſium, Guetomorum* et Gothorum conſtitutis etc. Non parum animus noſter affligitur, et amaritudine non modica et dolore torquetur, cum feritatem ESTONVM et aliorum paganorum illarum partium aduerſus Dei fideles, et Chriſtianæ fidei cultores grauius inſurgere, et immaniter debacchari audimus, et Chriſtiani nominis impugnare virtutem. Veruntamen laudamus et benedicimus Dominum, quod vos in fide Catholica, et in deuotione ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ omnium Eccleſiarum caput eſt, et magiſtra a Domino conſtituta ſuper omnes alias Eccleſias cæleſti priuilegio obtinet principatum, immobili firmitate perſiſtitis, et Chriſtianæ religionis vinculum et vnitatem ſeruatis. Vnde quoniam expedit officio noſtro, ea quæ ad corroborationem fidei, et animarum veſtrarum noſcuntur pertinere ſalutem, vobis ſollicita exhortatione ſuggerere, et ſtudioſius ſuadere, vniuerſitatem veſtram monemus et exhortamur in Domino, quatinus diuino cultui intendere, miſericordiam et iuſtitiam et iudicium diligere, a rapinis et iniquis operibus abſtinere, deuota Deo et accepta obſequia impendere, prædictæ ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, tamquam matri et magiſtræ veſtræ, debitum honorem et reuerentiam exhibere, Epiſcopis, ſacerdotibus, et aliis prælatis veſtris humiliter obedire, et eis decimas, primitias et oblationes, et alias iuſtitias ſuas reddere, et ipſos tamquam patres et paſtores animarum veſtrarum honorare modis omnibus ſtudeatis, et iura eorum defendere, manu tenere propenſius, et conſeruare curetis, et armis cæleſtibus præmuniti, et Apoſtolicis exhortationibus confirmati ad defendendum Chriſtianæ fidei veritatem ſpiritu fortitudinis accin-

* Hoc nomine Sueones ſunt intelligendi, ſe paratas a Gothis rationes habentes; attamen Regem communem, ſed ex alternis lectum. CLAVDIVS OERNHIAELM *Hiſtor. Suec. eccleſ. l. 4. c. 5. n. 61. p. 493.* Danis primum locum inuidens, nodum in ſcirpo quærit, ſeu potius falſum committit, dum inſcriptionem ita dirigit: *per regna Sueonum, Gothorum, Danorum et Norwegenſium.*

accingamini, taliter in brachio forti ad propagandam Chriſtiani nominis religionem intendentes, vt victoriam de inimicis poſſitis conſequi, et coronam iuſtitiæ, quæ vobis repoſita eſt, patrante Domino, adipiſci. Nos enim eis, qui aduerſus ſæpedictos paganos potenter et magnanimiter decertauerint, de peccatis ſuis, de quibus confeſſi fuerint et pœnitentiam acceperint, remiſſionem vnius anni, confiſi de miſericordia Dei, et meritis Apoſtolorum Petri et Pauli, concedimus, ſicut his, qui ſepulcrum Dominicum viſitant, concedere conſueuimus. Illis autem, qui in conflictu illo deceſſerint, omnium ſuorum, ſi pœnitentiam acceperint, remiſſionem indulgemus peccatorum.

Datum Tuſculani III. Idus Septembris.

XV. f.

Pro Fulcone Eſtonum Epiſcopo e Norwegia interpretem poſtulat Alexander PP. III. monachum Eſtonem.
Ep. 36. p. 442.

Anno 1171. circiter.

ALexander etc. Trundenſi Archiepiſcopo et A ... quondam Stavangr. Epiſcopo etc. Lex diuina et humana deſiderat, et debitum caritatis expoſcit, vt bono et vtilitati communi debeamus intendere, et ad reuocationem et conuerſionem infidelium operam omnimodam et ſollicitudinem adhibere. Inde eſt, quod prudentiam veſtram rogamus attentius et monemus, venerabili fratri noſtro FVLCONI, *Eſtonum Epiſcopo*, qui ad conuertendam gentem illam diuina gratia inſpiratus miniſterium prædicationis et laborem proponit aſſumere, Nicolaum monachum, qui de gente illa, ſicut accepimus, eſt oriundus, virum religioſum atque diſcretum, in ſocium concedatis: vt tantum bonum poſſit perficere, et gentem illam ad agnitionem veri luminis, et ad culturam et doctrinam Chriſtianæ fidei, verbo prædicationis, auxiliante Domino, reuocare, et vobis exinde valeat æternæ mercedis cumulus prouenire.

Datum Tuſcul. * v. Idus Septembris.

XV. g.

Iulius ſeu Fulco Eſtonum Epiſcopus commendatur caritati Danorum ab Alexandro PP. III.
Ep. 20. p. 432.

Anno 1171. circiter.

ALexander etc. Vniuerſis Dei fidelibus per *Daciam* conſtitutis etc. Omnes, qui pie volunt in Chriſto viuere, et ad iubar incircumſcripti luminis, et ad illam cæleſtem patriam, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, vbi nec fures fodiunt, nec furantur, nec tinea demolitur, peruenire deſiderant, diem oportet extremum miſericordiæ operibus præuenire, et æternorum intuitu ſeminare in terris, quæ cum multiplicato fructu, largiente Domino, recolligere poſſint in cælis. Scriptum eſt enim: Qui parce ſeminat, parce et metet, qui ſeminat in benedictionibus, de benedictione metet vitam æternam. Credimus ſane, vniuerſitati veſtræ innotuiſſe, qualiter venerabilis frater noſter, FVLCO **, *Eſtonum Epiſcopus*, inopia et paupertate prema-

Kkk 2 tur,

* Tuſculi non niſi anno MCLXX. exeunte, et anno MCLXXI. et MCLXXII. degiſſe Alexandrum PP. III. oſtendit Dn. MARTENE *collect. ampliſſ. t. 2. p. 624.* Ceterum hanc epiſtolam habent quoque HARDVINVS *Concil. tom. 6. part. 2. p. 1448. circa annum* MCLXXC. et CLAVDIVS DERNHIAELM *Hiſtor. Sue. eccleſ. lib. 4. c. 5. n. 54. p. 492.* ex IO. VASTOVII Vite Aquilonia.

** Vnus CLAVDIVS DERNHIAELM *hiſtor. Suec. eccleſ. lib. 4. c. 7. n. 78. p. 572.* vbi hæc epiſtola integra habetur, IVLIVS legit. Sed vnde ſuum hauſerit apographum, non indicat. Huius ergo vnius viri auctoritate, quæ penes me magna non eſt, ſtatque caditque IVLIVS, *Eſtonum Epiſcopus.*

tur, et ad conuertendam gentem illam ſui Epiſcopatus, quæ Chriſtianæ fidei ignara eſt, totis viribus elaboret, et quantum poteſt ſollicitudinem ac diligentiam adhibere procuret. Quia vero particeps mercedis efficitur, qui ei ad tam pium et ſanctum opus perficiendum conſilium et ſubſidium ſubminiſtrat; deuotionem veſtram monemus et exhortamur in Domino, et in remiſſionem peccatorum veſtrorum iniungimus, quatinus de bonis, a Deo vobis collatis, prædicti Epiſcopi inopiam ſubleuantes, ei manum auxilii porrigatis et caritatis ſolatia, diuini amoris intuitu miniſtretis, vt per hæc et alia bona, quæ Deo inſpirante feceritis, apud altiſſimum peccatorum veſtrorum veniam conſequi, et ad æternæ felicitatis gaudia mereamini, propitiante Domino, peruenire.

Datum Tuſculani XV. Kalend. Octobris.

XVI. a.

Innocentius PP. III. commendat Saxonibus epiſcopum Eſtonienſem. Lib. 16. ep. 124. p. 808.

Anno 1213. INnocentius etc. Vniuerſis Chriſti fidelibus per *Saxoniam* conſtitutis etc. Quoniam, iuxta ſententiam ſapientis, ab adoleſcentia prona eſt vita hominis ad peccandum, et diuerſis inquinamentis obnoxia vitiorum; multa ei caritatis opera proponuntur, vt ibi multiplicentur remedia, vbi morborum diuerſitas inualeſcit. Sane ad veſtram dudum credimus notitiam peruenisſe, quod Dominus noſter, qui neminem vult perire, ſed omnes ad agnitionem pertingere veritatis, calciamentum ſuum in *Liuoniam* miſeratus extendit, ad partes illas *nouos Apoſtolos* dirigendo, per quos populus, qui vſque nunc ambulabat in tenebris, cerneret lucem magnam, ortam ambulantibus in media vmbræ mortis. Inter ceteros autem, per quos in gentibus illis reuelauit Dominus brachium ſanctum ſuum, vt viderent ſalutare Domini Dei ſui, venerabilis frater noſter, *Eſtienſis Epiſcopus*, plurimum laboraſſe dignoſcitur, et diuina cooperante gratia profeciſſe: qui, quamquam ſibi liceat eorum carnalia metere, quibus ſpiritualia ſeminat, cum os bouis alligari non debeat triturantis, et Dominus iis, qui annuntiant euangelium, de euangelio viuere ordinarit, quia tamen, cum ſit neophytorum Epiſcopus, hac vti metuit poteſtate, ne quod offendiculum det euangelio Chriſti, eundem, ſine baculo atque pera portantem coram Regibus et gentibus nomen Dei, vniuerſitati veſtræ duximus propenſius commendandum; caritatem veſtram monentes et obſecrantes in Domino, atque in remiſſionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus ipſum, tamquam Ieſu Chriſti Legatum, recipiatis benigne, ac ſincera tractetis in Domino caritate, ſuam et coadiutorum eius in euangelio ex abundantia veſtra in hoc præſenti tempore ſupplentes inopiam, vt et illorum abundantia veſtræ ſit ſupplementum inopiæ in futuro.

Datum Laterani III. Kal. Nouembris, pontificatus noſtri anno ſexto decimo.

XVI. b.

Idem præſulibus Saxonicis mandat, vt e monaſteriis dimittant, quos Theodoricus ſocios eligeret. Lib. 16. ep. 126. p. 808.

Anno 1213. INnocentius etc. Abbatibus, Archidiaconis, decanis, Prioribus et aliis eccleſiarum prelatis per Saxoniam conſtitutis etc. Ad veſtram iam dudum notitiam credimus peruenisſe, quod Dominus noſter, qui neminem vult perire, ſed vt omnes ad agnitionem perueniant veritatis, ad partes Liuoniæ calciamentum ſuum miſeratus extendit, et nonnullos gentilitatis tenebris obuolutos, ab eis, oſtenſa ſibi luce magna, quæ ipſe eſt, miſericorditer liberauit. Cum autem venerabilis frater noſter *Eſtienſis Epiſcopus*, qui prædicando in iam dictis partibus verbum Dei multum laborauit in euangelio, et diuina gratia cooperante profecit, animo indefeſſo deſideret portare coram gentibus et Regibus verbum Dei, et ad meſſem,

meſſem, quæ multa eſt, ſufficere operarii pauci non poſſint; vniuerſitatem veſtram monemus in Domino, per apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus, „cum idem Epiſcopus aliquos de fratri„bus veſtris ad huiuſmodi miniſterium „vtiles et idoneos a vobis duxerit exigendos, ſibi duos aut ſaltem vnum de veſtris collegiis ſinguli concedatis, vt, cooperantibus ipſis, currat velociter ſermo eius, qui emittit eloquium ſuum terræ. Vos denique filii, Abbates, ſuper vobis ipſis.

Datum Laterani III. Kal. Nouembris pontificatus noſtri anno ſextodecimo.

XVI. c.

Innocentius Papa III. Fratribus militiæ Chriſti per Liuoniam imperat, ne Epiſcopo Eſtienſi graues ſint. Lib. 16. ep. 128. p. 809.

Anno 1213. INnocentius etc. dilectis filiis, *Militibus Chriſti in Liuonia etc.* Etſi cunctis fidelibus cor vnum in Domino et anima debeat eſſe vna; ſpecialiter tamen ii, qui ſecularibus deſideriis abnegatis in medio nationis habitant infidelis, putantes neceſſarium in carne manere ſolummodo propter fratres, ſeruare debent ſpiritus vnitatem; vt ſe, tamquam Dei miniſtros, irreprehenſibiles omnibus exhibentes, ac lucentes ſicut luminaria inter eos, ipſos ad æmulationem fidei valeant prouocare. Noueritis autem, ad noſtram audientiam peruenisſe, quod, cum venerabiles fratres noſtri, Padeburnenſis, Verdenſis, et Raſkeburgenſis Epiſcopi, *T.* quondam *montis ſancti Nicolai Abbatem*, qui calciatus pedes in præparationem euangelii pacis, infidelium multitudinem ad fidem Domino cooperante conuertit, in *Epiſcopum Eſtienſis* prouinciæ, quæ per Dei gratiam iam pro magna parte conuerſa eſt, auctoritate noſtra duxerint ordinandum, vos eidem „in euangelio laboranti non ſolum ve„ſtrum denegatis auxilium, ſed etiam im„pedimenta paratis, niſi vobis certam concedat in eadem prouincia portionem, non tam ſolliciti propagare nomen fidei Chriſtianæ, quam coniungere domum ad domum et agrum agro vſque ad loci terminum copulare, quaſi ſoli habitare in terræ medio debeatis. Præterea cum quoſdam receperitis obſides, ipſi Epiſcopo præſentandos, ipſos ſibi præſentare poſtmodum renuiſtis, temporale lucrum ex eorum retentione captantes, qui lucra huiuſmodi detrimenta deberetis credere propter Chriſtum. Denique Chriſti euangelio præbere offendiculum non timetis, dummodo veſtras poſſitis poſſeſſiones et redditus ampliare. Ne igitur, qui *Chriſti milites* appellamini, militare probemini contra Chriſtum; vniuerſitatem veſtram monemus attentius et hortamur, per apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo mandantes, quatenus, attendentes, quod non eſt regnum Dei poſſeſſiones et villæ, ſed pax atque iuſtitia et gaudium in ſpiritu ſancto, extincto prorſus cupiditatis ardore, præfato Epiſcopo et aliis *baiulis verbi Dei* pro viribus impendatis conſilium et auxilium opportunum, ab eorum impedimento ſic penitus abſtinentes, quod de vobis ad aures noſtras clamores huiuſmodi de cetero non aſcendant; ne, ſi ſecus duxeritis faciendum, conceſſis vobis a ſede apoſtolica priuilegiis, ex quibus aſſumere dicimini audaciam excedendi, vos reddatis indignos, et a gratia, quam hactenus vobis exhibere curauimus, excidatis. *

Datum Laterani II. Kal. Nouembris pontificatus noſtri anno ſextodecimo.

* Non meliores hæc exhortatio Milites reddidit. Honorius enim PP. III. anno MCCXXII. acrius in eos inuectus eſt, quod Liuones recenter ad Chriſtum traductos magna cum eorum offenſione vexarent, et iniqua alia perpetrarent. Compendium epiſtolæ habet RAYNALDVS *ad annum* MCCXXII. *n. 40.*

XVI. d.

Eſtienſis Epiſcopus nulli metropolitano ſubiectus. Lib. 16. ep. 129. p. 809.

Anno 1213. INnocentius etc. Epiſcopo Eſtienſi etc. Cum in memoria hominum non exiſtat, quod Eſtienſis prouincia cuiquam fuerit metropolitico iure ſubiecta; præſentium tibi auctoritate mandamus, ne cuiquam, tamquam Metropolitano, reſpondeas, abſque mandato ſedis apoſtolicæ ſpeciali. Tu denique, frater Epiſcope, ſuper te ipſo etc.

Datum Laterani IV. Non. Nouembris pontificatus noſtri anno XVI.

XVII.

Reſcriptum Innocentii PP. III. ad Lundenſem Archiepiſcopum et ad Epiſcopum Rigenſem de quodam ciue Lundenſi, qui diſpenſationem ſub et obreptitie impetrauerat. L. 14. ep. 121. t. 2. p. 560.

Anno 1211. Romæ. INnocentius etc. Lundenſi Archiepiſcopo et Epiſcopo Rigenſi etc. Ad noſtram noueritis audientiam peruenisse, quod Strango, ciuis Lundenſis, per ſuggeſtionem falſitatis et veritatis ſuppreſſionem, in quarto affinitatis gradu, quo ſuam contingit vxorem, a nobis diſpenſationis litteras impetrauit. Aſſeruit namque, quod ante contractum matrimonium gradum affinitatis eiuſdem ignorarat omnino, ac ſibi vitæ periculum imminebat, niſi cohabitaret eidem: quod vtique a veritate, ſicut accepimus, eſt penitus alienum. Quin potius, ſi huiuſmodi copula permittatur, quamplures exemplo ipſius ad contractus illicitos aſpirabunt, nec ab eis poterunt cohiberi. Quocirca fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, vocatis qui fuerint euocandi, ſi præmiſſis veritas ſuffragatur, cum intentionis noſtræ non fuerit, huiuſmodi precatori mendaci diſpenſationis beneficium indulgere, litteris illis nequaquam obſtantibus, quod canonicum fuerit, ſublato appellationis obſtaculo, ſtatuatis, facientes, quod decreueritis, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſeruari.

Datum Laterani VII. Idus Nouembr. pontificatus noſtri anno quartodecimo.

XVIII.

Innocentii PP. III. mandatum ad Lundenſem Archiepiſcopum de quodam falſo Legato perpetuis carceribus mancipando. L. 16. ep. 10. t. 2. p. 739.

Anno 1213. Romæ. INnocentius etc. Lundenſi Archiepiſcopo, Apoſtolicæ ſedis Legato etc. Per tuas Nobis literas intimaſti, te quendam falſarium in vinculis detinere, qui ſedis apoſtolicæ mentiens ſe Legatum, nomine ac officio Epiſcopi vſurpatis, in multis pontificale præſumpſit officium exercere. Super quo tibi reſcribi deſideras noſtræ beneplacitum voluntatis. Nos igitur, ſollicitudinem tuam in Domino commendantes, fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, quicquid factum eſt taliter ab eodem, denuntians habendum penitus pro infecto, ipſum, ſicut caram habes gratiam diuinam et noſtram, perpetuo carceri facias mancipari, pane doloris et aqua anguſtiæ ſuſtentandum. De aliis vero, qui, ſicut aſſeris, ſuſpecti habentur de crimine falſitatis, diligenter inquiras, et quos inueneris eſſe tales, punias, appellatione remota, ſecundum conſtitutionem a nobis editam ad falſariorum malitiam confutandam. Tu denique, frater Archiepiſcope, ſuper te ipſo etc.

Datum Laterani XII. Kal. Aprilis, pontificatus noſtri anno ſextodecimo.

XIX. a.

XIX. a.

Fratres Militiæ Christi peculiarem Episcopum frustra expetunt in sua tertia.

L. 14. ep. 149. t. 2. p. 580.

Anno 1212. Romæ. INnocentius etc. Magistro et Fratribus Militiæ Christi in Riga etc. Gratias eximias bonorum omnium referimus largitori, quod conatus vester contra barbaras nationes inutilis non exitit, sed de die in diem in vestris manibus prosperatur, ita vt, gressus vestros Domino dirigentes, plures vobis subieceritis ex eisdem, et ad vnum adduxeritis cultum Dei, recepto baptismatis sacramento. Verum dilectus filius . . . confrater vester, lator * præsentium, a nobis cum instantia postulavit, vt in terris illis, quas vobis nuper, diuina præeunte clementia, subiugastis, dignaremur Episcopum ordinare. Sed preces ipsius, cum arduum sit negotium, non duximus protinus admittendas; quin potius vsque ad tempus expectandum prouidimus opportunum; vniuersitatem vestram monentes et exhortantes attentius, quatinus in Domino confortemini, et in potentia virtutis ipsius, prælia Domini viriliter pugnaturi; scientes, quod nostrum vobis non deerit auxilium, in quibus cum Domino viderimus expedire.

Datum Laterani VIII. Kal. Februarii, pontificatus nostri anno quartodecimo.

XIX. b.

Innocentii PP. III. priuilegium pro Magistro et Fratribus Militiæ Templi. **

L. 15. ep. 129. t. 2. p. 654.

Anno 1212. Signiæ. INnocentius etc. Magistro et Fratribus Militiæ Templi etc. Ea, quæ pro defensione nominis Christiani sustinetis, discrimina nos inducunt, vt vos et ordinem vestrum fauore continuo prosequentes, quieti vestræ propensius intendamus, et studeamus auferre vobis materiam grauaminis et laboris. Hinc est, quod vobis auctoritate præsentium indulgemus, vt, si qui e fratribus vestris in se inuicem, siue in alios religiosos quoslibet, seu etiam in Clericos seculares, manus iniecerint violentas, per diœcesanos Episcopos absolutionis beneficium assequantur, etiamsi eorum aliqui prius, quam habitum vestrum susciperent, tale aliquid commiserint, propter quod ipso actu excommunicationis sententiam incurrissent; nisi excessus ipsorum esset difficilis et enormis, vtpote si esset ad mutilationem membri vel sanguinis effusionem processum, aut violenta manus in Episcopum vel Abbatem iniecta, cum excessus tales et similes sine scandalo nequeant præteriri. Nulli ergo etc. concessionis etc. incursurum.

Datum Signiæ IX. Kalend. Iulii, pontificatus nostri anno decimoquinto.

* Huius Legationis fructus conspicitur in epistolis, quæ sequuntur. Has diuersis temporibus scriptas, et per incuriam in vltimum Regesti librum, qui exstat, coniectas crediderim: quia ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. 7. c. 9. n. 11.* dissensionum harum meminit, quem tamen anno MCCIX. scribere desisse constat.

** Pertinere hoc ad Nostros quoque videtur, qui *Templarii per Liuoniam* nonnumquam appellabantur a Pontifice. Exemplum est apud RAYNALDVM *ad annum* MCCXII. *n. 40.*

XIX. c.

Innocentius PP. III. Lundensi Archiepiscopo Andreæ facultatem dat constituendi Episcopum in Saccalam et Hugenbus Lib. 16. ep. 120. p. 807.

Anno 1213. INnocentius etc. Archiepiscopo, Decano et Præposito Lundensibus etc. Cum eo faciente, qui venit saluum facere quod perierat, et Ecclesiam suam noua semper prole fœcundat, *Sakela* et *Hugenbusen* de *nouo* receperint verbum Dei, et per illius misericordiam, qui veste nostræ humilitatis indutus, dignatus est peregrinari pro subditis, vt eos supernæ patriæ ciues et æternæ beatitudinis faceret coheredes, Dei euangelium quasi semen cadens in terram bonam per partes illas sit longe lateque diffusum, ne huic nouellæ plantationi diligentis agricolæ cura desit, nostro fuit Apostolatui supplicatum, vt et locis per episcopalis dignitatis insignia, et populis per circumspecti Prælati sollicitudinem faceremus sine moræ dispendio prouideri. Ne igitur gregi dominico desit cura pastoris, cum adhuc lupus rapax circumeat, quærens quem deuoret, paratus eo fortius ad rapinam, quo recentius perdidit quod diu tenuerat occupatum; discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus, inquisita et cognita veritate, si qualitas locorum poposcerit, ac facultates sufficiant, et expedire videritis, episcopatum auctoritate nostra constituatis ibidem, et vocatis, qui fuerint euocandi, per electionem canonicam faciatis loco et populo prouideri de persona idonea in pastorem, et iura, quæ debent ad Episcopum et ecclesiam pertinere, assignari eis integre ac quiete. Quod si non omnes etc. tu frater Archiepiscope etc. Tu denique, frater Archiepiscope, super te ipso etc.

Datum Signiæ v. Idus Octobris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

XIX. d.

Innocentii Papae III. mandatum ad adigendum Rigensem Episcopum ad obseruationem compositionis cum fratribus militiæ Christi initæ.

Lib. 16. ep. 119. p. 806.

Anno 1213. INnocentius etc. Abbati, Priori et Custodi sancti Nicolai Rigensis diœcesis. Cum olim dilecti filii *Magister et fratres militiæ Christi de Liuonia*, transmissa nobis conquestione, monstrassent, quod venerabilis frater noster, Episcopus, et Præpositus, Rigenses, in insula, que *Holme* dicitur, Ecclesiam construi non permitterent populo suæ partis, nec ad eam præsentare plebanum, ac dictus Episcopus in ciuitate Rigensi Ecclesias, decimas, aduocatiam, *monetam*, piscationes, et ipsius ciuitatis *tertiam partem* eos non sineret, prout ad ipsos pertinet, possidere, contra compositionem, inter Episcopum et fratres prædictos nobis mediantibus initam, veniendo; eisdem Episcopo et Præposito per apostolica scripta mandauimus, vt supradicta, iuxta quod in authentico, de præfata compositione confecto, plenius continetur, possidere permitterent fratres ipsos libere ac quiete, nullam eis de cetero super illis inferentes molestiam indebitam et grauamen, ac idem Episcopus in procurationibus, quas ab ipsis et eorum Ecclesiis debet recipere annuatim, sic se modeste haberet, quod non grauaret eosdem, cum adhuc illorum et Ecclesiarum ipsarum sint tenues facultates. Vobisque nihilominus dedimus in mandatis, vt, si memorati Episcopus et Præpositus mandatum apostolicum negligerent adimplere, vos eos, a prædictorum fratrum super iis molestatione indebita per censuram ecclesiasticam, appellatione remota compescere curaretis. Sed miramur, quod sicut accepimus, cum Episcopus et Præpositus sæpedicti ab eorundem fratrum iniuriis non reuocauerint manus suas, eoque fortius persequantur eosdem, quo difficilius possunt habere recur-

recurſum ad ſedem apoſtolicam, tam remoti, vos mandatum noſtrum exequi non curaſtis, ex abſentia vnius veſtrum occaſione dilationis aſſumpta, ſatis ſiquidem friuola et inani, cum in literis pro eiſdem fratribus ad vos miſſis contineretur expreſſe, quod ſi non omnes iis exequendis intereſſe poſſetis, duo veſtrum ea exequi procurarent, et ſic fratres prædicti ob moræ diſpendium ad ſedem apoſtolicam appellarunt. Nolentes igitur eorundem fratrum differri iuſtitiam, per iterata vobis ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus in prædicto negotio ſecundum tenorem præcedentium literarum, omni occaſione et appellatione ceſſantibus, procedatis, memoratum Epiſcopum ad prædictæ compoſitionis obſervantiam per ſuſpenſionem pontificalis officii, et etiam, ſi opus fuerit, excommunicationis ſententiam compellentes. Tu denique, fili Abbas, ſuper te ipſo etc.

Datum Signiæ VI. Idus Octobris, pontificatus noſtri anno ſextodecimo.

XIX. e.

Eiuſdem mandatum, vt idem prohibeatur a vexatione neophytorum.
Lib. 16. ep. 121. p. 807.

Anno 1213. INnocentius etc. Abbati, Priori et Cellerario de Monte ſancti Nicolai Rigenſis dioceſis etc. Cum paſtores eccleſiæ oues, per deuium infidelitatis errantes, ad ouile dominicum, non ſolum prædicationis officio, ſed etiam beneficiorum gratia, debeant inuitare, graue gerimus et indignum, quod, ſicut accepimus, venerabilis frater noſter *Rigenſis Epiſcopus*, quoſdam neophytos, vix adhuc plene in ſanctæ fidei eruditione plantatos, in iniuriam fratrum militiæ Chriſti, exheredat in Riga, et alias indebita moleſtatione fatigat. Vnde contingit, quod reſpicientes retro, qui ad aratrum iam manum poſuerant, Chriſti iugum abiiciunt, relabentes in priſtinæ gentilitatis errorem; cum in iam Chriſtianos ea præſumat memoratus Epiſcopus, quæ in gentiles nullatenus attentaret. Volentes igitur prædictos neophytos debita quiete gaudere, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſupradictum Epiſcopum ab ipſorum iniuriis, diſtrictione qua conuenit, ſublato appellationis obſtaculo, compeſcatis. Quod ſi non omnes etc. duo veſtrum etc. Tu denique, fili Abbas, ſuper te ipſo etc.

Datum Signiæ V. Idus Octobris, pontificatus noſtri anno ſextodecimo.

XIX. f.

Innocentius PP. III. confirmat fratribus militiæ poſſeſſiones Eſtonienſes.
Lib. 16. ep. 123. p. 808.

Anno 1213. INnocentius etc. *Magiſtro et fratribus militiæ Chriſti in Liuonia conſtitutis* etc. Cum a nobis petitur — aſſenſu, *Saccale* ac *Hugenbuſen Gutlandiæ* adiacentes, et omnia bona, quæ obtinetis in *Gutlandia*, ſicut ea omnia iuſte ac pacifice poſſidetis, ſaluo iure, quod debet ad Epiſcopum et Eccleſiam pertinere, vobis et per vos ordini veſtro auctoritate apoſtolica confirmamus, et præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. confirmationis etc. vſque incurſurum.

Datum Signiæ V. Idus Octobris pontificatus noſtri anno decimo ſexto.

XIX. g.

Innocentius Papa III. fratribus militiæ Christi dat Conseruatores. Lib. 16. ep. 122. p. 807.

Anno 1213. INnocentius etc. Abbati de Gothlandia, et de Northlandia et de Sutherlandia Prepositis, Lundensis diocesis etc. Quoniam nimis dispendiosum est et graue dilectis filiis, *Fratribus militiæ Christi de Liuonia*, cum sint in remotis partibus constituti, pro singulis querelis apostolicam sedem adire, cum frequenter a multis tam clericis quam laicis grauibus sint iniuriis lacessiti, ad supplicationem eorum super hoc eis duximus prouidendum. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus, cum a dictis fratribus fueritis requisiti, malefactores eorum, in *Bremensi prouincia* constitutos, vt eis ablata restituant, et de damnis et iniuriis irrogatis satisfaciant competenter, vel in aliquos compromittant, qui appellatione remota, iustitia mediante, procedant, per censuram ecclesiasticam, sublato appellationis diffugio, compellatis. Quia vero venerabilis frater noster, Rigensis Episcopus eos, sicut accepimus, in multis opprimere consueuit, volumus, vt, cum vobis constiterit, memoratum Episcopum malitiose vexare fratres eosdem, eum ipsis in expensis legitimis condemnetis. Quod si non omnes etc. duo vestrum etc. Tu denique fili Abbas, super te ipso etc.

Datum Signiæ v. Idus Octob. pontificatus nostri anno XVI.

XIX. h.

Innocentii PP. III. præcepta in ecclesia Liuonienſi inter Neophytos obſeruanda: 1) in habitu clericorum omnium vniformi; 2) in matrimoniis aliàs prohibitis tolerandis; 3) in institutione fundamentorum doctrinæ Christianæ et ſacramentorum. *

Anno incerto. INnocentius Episcopus seruus seruorum Dei Liuonienſi Episcopo, et eis, qui cum ipso sunt, fratribus, salutem et Apostolicam benedictionem. Deus, qui Ecclesiam suam noua semper prole fœcundat, volens moderna tempora conformare prioribus, et fidem Catholicam propagare, prædecessoribus vestris, et vobis post eos, pium inspirauit affectum, vt Liuonienſem ingressi prouinciam paganis euangelizetis nomen Domini nostri Iesu Christi. Eorum sequentes exemplum, quibus in Euangelio legimus esse dictum: *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.* De quibus Euangelicus sermo subiungit: *Illi autem profecti, prædicauerunt vbique, Domino cooperante, et sermonem*

* Epistola, qua hæc præcepta continentur, est in deperditis vel nondum editis Innocentii III. Neque enim vel in vlla collectione epistolarum eius vel operum omnium, quæ Coloniæ apud Maternum Cholinum annò MDLXXV. duobus tomis maioribus prodierunt, integra reperitur. Nos eam coagmentauimus ex *c. 11. de vita et honest. cler. c. 9. de diuort.* et *c. 8. X. de pœnitent. et remiss.* non tamen ea forma, qua leguntur in vulgari *decretalium* corpore; sed prout asseruata fuere olim, viuente adhuc ipso Innocentio, a PETRO Beneuentano, et post modum typis tradita ab ANTONIO AVGVSTINO inter *antiquas decretalium collectiones*. Ibi enim præcepti ones istæ verbis paullo vberioribus inculcantur *Collect. III. p. 329. p. 393.* et *p. 420.* titulis sub iisdem. Aliam et quidem omnium primam collectionem decretalium Innocentii III. Pontificis, a RAINERIO quodam confarcinatam, primus edidit STEPHANVS BALVZIVS, insertam Epistolarum Innocentii III. Tomo primo. Quæ cum ex *regesto* anni primi, secundi et tertii dumtaxat compilata dicatur, et tamen *p. 604. capitula de diuort.* et *de pœnit. et remiss.* exhibeat, licet truncata; ad annum MCXCIX. potius, quam ad quodcumque aliud tempus, mandata hæc referenda erunt. Quod prius non animadvertimus, quam chartas nostras iam ordinassemus: si quis in silua ordo requiritur.

monem confirmante ſequentibus ſignis. Attendens etenim Euangelicus ille paterfamilias, quod meſſis eſt multa, operarii autem pauci, adhuc mittit operarios in meſſem ſuam, et in hac, quaſi vndecima hora, vineæ ſuæ vere vos nouos deputat vinitores, quorum labores pari cum primis denario recompenſet. Vnde, cum euangelizandi officium eo aſſumpſeritis inſpirante, qui facit vtraque vnum; oportet vos in vnitatis et charitatis ſpiritu ambulare, illorum ſequentes exemplum, de quibus legitur: *Multitudinis autem credentium erat cor vnum et anima vna.* Ne igitur, ſi diſpar in vobis obſeruantia fuerit et diſſimilis habitus, apud eos, quibus vnum Euangelium prædicatis, ſcandalum ſuſcitetur, priuſque diuidatur populus ille nouus in partes, quam in vnam eccleſiam congregetur, cum paratus ſit adhuc inimicus homo meſſi dominicæ ſuperſeminare zizania: diſcretionem veſtram monemus et exhortamur in Domino, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus, eo non obſtante, quod inter vos monachi ſunt et canonici regulares, vel alii etiam regularem vitam ſub alia diſtinctione profeſſi, pariter in vnum regulare propoſitum et honeſtum habitum, quantum ad hoc ſpectat officium, conformetis, ne noua eccleſia Liuonienſis, plantatio, piæ memoriæ prædeceſſoris tui, frater Epiſcope, ſanguine rubricata ** vel leue in vobis ſcandalum patiatur, per quos radicanda eſt in fide catholica et fouenda. Quia vero in matrimoniis contrahendis diſpar eſt ritus Liuonorum de nouo ad fidem catholicam conuerſorum a noſtro; cum in conſanguinitate, vel affinitate diſtinctionem canonicam non attendant, et relictas fratrum indiſtincte ſibi conſueuerint copulare, propter hoc a bono propoſito retrahantur, cum nec quidam eorum voluerint credere, niſi relictas fratrum eos pateremini retinere, nec vos eos, niſi tales dimitteremus, recipere volueritis ad baptiſma: propter nouitatem, vel infirmitatem gentis eiuſdem, concedimus, vt matrimoniis contractis cum relictis fratrum vtantur, ſi tamen fratribus decedentibus ſine prole, vt ſemen defuncti iuxta legem Moſaicam ſuſcitarent, cum talibus contraxerunt; ne tales ſibi de cetero, poſtquam ad fidem venerint, copulent, prohibentes. Adhæc ſanctæ memoriæ beati Gregorii papæ, prædeceſſoris noſtri, veſtigiis adhærentes; ne populus Liuonienſis a bono, quod cœpit, auſteriora metuendo recedat; vt in quarta et vlterius generatione matrimonium contrahant, donec in fide plenius ſolidentur, cum eis auctoritate Apoſtolica diſpenſamus; non ea intentione concedentes hoc ipſis, vt, poſtquam firma radice in fide fuerint ſolidati, talibus coniungantur; nam ſecundum Apoſtoli verbum, dicentis: *lac dedi vobis potum, non eſcam;* illis modo, non poſteris temporibus tenenda conceſſimus, ne, quod abſit, exuratur bonum, quod adhuc infirma eſt radice plantatum, ſed firmetur potius, et vſque ad perfectionem fideliter conſeruetur. Cum autem ſacramentum coniugii apud fideles et infideles exiſtat, quemadmodum Apoſtolus proteſtatur: *Si quis*, inquiens, *frater infidelem habuit vxorem, et hæc conſentit habitare cum eo, non illam dimittat;* et a paganis, qui conſtitutionibus canonicis non artantur, (*quid enim ad nos*, ſecundum eundem Apoſtolum, *de iis, qui foris ſunt, iudicare*) in ſecundo et tertio gradu quoad eos licite contrahatur: in fauorem Chriſtianæ religionis et fidei, a cuius receptione, per vxores ſe deſeri timentes, viri poſſunt facile reuocari, fideles, in hoc gradu in infidelitate ſibi matrimonialiter copulati, libere poſſunt et facile remanere coniuncti, cum per ſacramentum baptiſmatis non diſſoluantur coniugia, ſed crimina dimittantur. Ceterum cum pœnitentia non tam ſecundum quantitatem exceſſus, quam pœnitentis contritionem, per diſcreti ſacerdotis arbitrium ſit moderanda; penſata qualitate perſonarum, ſuper fornicatione, adulterio, homicidio, periurio, et aliis criminibus, conſideratis circumſtanciis omnibus, et præſertim nouitate Liuonienſis Eccleſiæ, competentem pœnitentiam delinquentibus imponatis, prout ſaluti eorum videritis expedire. Apoſtoli autem veſtigiis inhærentes, dicentis, vt prædiximus, *Lac vobis potum dedi, non eſcam;* paulatim eos inſtruatis in fide; confeſſionis formam, Orationem Dominicam, et ſymbolum illos ſolicitius edocentes. Interim tamen Corporis et Sanguinis Domini ſacramentum renatis fonte baptiſmatis, conſuetis feſtiuitatibus, et in mortis articulo, tribuatis.

** Digitum intendit Pontifex in Bertholdi, ſecundi Epiſcopi, triſtem et funeſtum exitum.

XX.

Ecclesia Rigensis nulli Metropolitano subiecta. Lib. 16. ep. 182. p. 834.

Anno 1213. Febr.

INnocentius etc. Rigensi Episcopo etc. Cum in memoria hominum non existat, *Rigensem* Ecclesiam alicui metropolitico iure subesse, volumus et mandamus, vt, donec in generali Concilio super hoc aliquid certum duxerimus statuendum, nulli, tamquam Metropolitano, interim respondere cogaris *. Tu denique, frater Episcope, super te ipso etc.

Datum *Romæ* apud sanctum Petrum x. Kalend. Martii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

XXI.

Arctiores ad Lundensem Archiepiscopum, vt sine tergiuersatione Romam veniat in Concilium. Lib. 16. ep. 181. t. 2. p. 833.

Anno 1214. Romæ.

INnocentius etc. Archiepiscopo Lundensi, Apostolicæ Sedis Legato etc. Inter cetera deuotionis obsequia, quæ tenentur Episcopi, et præcipue Archiepiscopi, sedi apostolicæ, tamquam matri, fideliter exhibere, hoc vnum præcipue debet esse, vt ad Concilium veniant euocati; ad quod Archiepiscopi iuramento præstito sunt astricti. Vnde plurimum admiramur, quod te super hoc excusare aliquatenus voluisti, cum etiam non vocatus deberes modis omnibus laborare, vt tam sancto Concilio interesses, ad quod ex omni parte cum desiderio multo current Principes et Prælati, et totius cleri generaliter flos et decus, vt tot et tantos *patres conscriptos* ad ædificationem suam videre valeant et audire, ac mereantur esse participes orationum suarum, et bonorum omnium, quæ sancta synodus duxerit statuenda. Non ascendat igitur in cor tuum, vel cuiusquam Pontificis aut Prælati, vt tam ignominiosam maculam in gloria sua ponat, quod se a tanta solemnitate, ac opere sic necessario et tam pio, qualibet occasione subducat; quia, præter inobedientiæ culpam, et pœnam, indignationem Dei et nostram et confusionem incurreret ac opprobrium sempiternum. Ideoque per apostolica scripta mandamus, et districte præcipimus, quatenus tam tu præcipue, quam ceteri Ecclesiarum Prælati, per tuam prouinciam constituti, iuxta primi mandati nostri tenorem a Kalendis Nouembris proximo nunc futuris vsque ad annum, sive per mare, siue per terram, quocunque modo poteritis, ad sedem apostolicam venire pro viribus laboretis. Speramus enim in Domino, quod interim ille, qui potenter imperat ventis et mari, frementis freti fluctus sedabit, vt fiat optata tranquillitas nauigantibus, et inimicos reducet ad pacem, vt fiat iter agentibus via tuta. Ad hæc, quoniam consimiles litteras venerabili fratri nostro Archiepiscopo misimus Vpsalensi, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus ei et suffraganeis eius districte præcipias, vt vsque prædictum ternum

---

* Cum nihilominus Gerardus, nouus Bremensium Archiepiscopus, meritorum Alberti oblitus, Rigensis ecclesiæ subiectionem postularet, profecturosque in Liuoniam variis modis impediret; Honorius PP. III. anno MCCXVIII. eidem mandavit, ne Liuonienſi Episcopo molestiam facesseret, neue illius ecclesiam conaretur metropolis suæ iurisdictioni subiicere, grauiter ipsum præterea redarguens, quod Crucе signatos Christi fidelibus Liuoniæ suppetias ferre prohiberet. Vtriusque epistolæ argumentum habet RAYNALDVS *ad h. a. n. 40.* Defuncto Gerhardo, cum Capitulum idem rentaret, ab Honorio similiter acriter increpatur; Albertus contra cum Liuonienſi ecclesia in tutelam Apostolicam suscipitur; Idem *ad annum* MCCXIX. *n. 31.* Novas autem per Liuoniam ecclesias Cathedrales condendi atque Episcopos præficiendi potestatem dederat ei iam anno MCCXVII. Idem *ad h. a. n. 45.*

num, quocunque modo poterint, ad apostolicam sedem venire pro viribus elaborent. Sane quia, vt asseris, ad crucis negotium promouendum tibi non sufficit euectionum numerus, nostris literis designatus, et vsque ad tricesimum numerum postulas licentiam tibi dari; nos hoc tuæ conscientiæ duximus committendum, vt super hoc procedas, sicut videris expedire. Tu denique, frater Archiepiscope etc.

Datum Romæ apud sanctum Petrum IX. Kal. Martii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

XXII. a.

Fundatio Cellæ ad Muldam, qua mentio filiorum Alberti Vrsi Ottonis, Bernhardi, HERMANNI, *Theodorici Comitis de* Wirbene *et Meinheri de* Wirbene.

Ex diurnis Theolog. MDCCXXII. *pag. 517.*

Anno 1173. Goslariæ.

IN nomine sancte et indiuidue Trinitatis. FRIDERICVS diuina fauente clementia Romanorum Imperator augustus. Quum superna pietas ad defensionem Ecclesiæ suæ imperiali nos autoritate sublimauit, dignum et iustum est, vt nostro cooperante studio continuis incrementis in imperio nostro cultus diuine religionis accrescat. Quapropter notum facimus tam futuris, quam presentibus Christi fidelibus, quod peticione fidelis nostri OTTONIS Marchionis Missenensis et MEINHERI de *Wirbene*, nec non *Dudonis* de *Mymme*, sub regula beati Augustini cellam statuimus infra terminos Numburgensis Episcopatus iuxta flumen *Mulda*, in honorem sancte Trinitatis sanctique Andree, apostoli; dotem autem contulimus eidem Celle, in terra *Plisne*, scxaginta noualia, que vulgo dicuntur *Lebn* *, que diuini timoris et amoris intuitu memoratus Marchio OTTO et MEINHERVS de *Wirbene* nobis resignauerunt, vt prefate Celle per manum liberalitatis conferantur. Decimam vero ipsorum Noualium cum omni vtilitate dilectus noster VDO, Numburgensis Episcopus ipsi Celle contulit, et pontificali autoritate in presentia nostra in perpetuum confirmauit. Ne qua igitur postmodum ecclesiastica secularisue persona hanc nostram largitionem et predicte Celle institutionem quoquo modo infringere seu labefactare presumat, nostra imperiali autoritate prohibemus, et tam ea, que in presentiarum ipsi celle contulimus, quam ea, quæ fideles quique illuc conferre voluerint, presenti priuilegio confirmamus, ita, vt violator, priuilegii quinquaginta libras auri puri, dimidiam partem Camere nostre et dimidiam iniuriam patientibus componat.

Huius rei testes sunt:
Wichmannus Magdeburgensis Archiepiscopus.
OTTO Missenensis Marchio.
OTTO *Marchio Brandenburgensis.*
Theodoricus Marchio.
BERNHARDVS *Comes* de *Aschereleue.*
Henricus Comes de Wettin.
Dedo Comes de Groytz.
Fridericus Comes de Brene.
HERMANNVS *Comes* de *Orlamunde.*
THEODORICVS *Comes* de *Wirbene.*
Burghardus, Burggrafius Magdeburgensis.
Hartmannus et Otto de Lobedeburch.
Godefschalcus de Studitz (Scuditz)
Heinricus Burggrafius de Aldenburch.
Erhenbertus de Detrebitz (de Trebitz)
Albertus de Altenburch.
Sifridus de Hagen.
Hugo de Warda.
Thiemo de Cholditz et alii quam plures.

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris inuictissimi. Ego Gottfridus Cancellarius iure Christiani Archiepiscopi et Archicancellarii recognoui.

Data ** sunt hoc anno Dominice incarnationis millesimo centesimo septuagesimo tercio, Indictione sexta, regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſissimo, anno regni eius vicesimo secundo; Imperii vero decimo nono.

Datum GOSLARIE Nonas Maii feliciter Amen.

* In margine obtemtur, in ea regione prædia conferi *nach Leben*, vt alibi *nach Aeckern oder Ausaat*, ita vt *Leben* sit pars agri, cui certa quantitas fementis committi possit, cum parte prati.

** f. *Acta.*

XXII. b.

Sifridus Comes Orlamundanus in monaſterium Heuſdorff prope Ienam beneficus. Monaſticon Thuring. p. 332.

Anno 1192. Orlamundæ.

IN nomine ſanctæ et indiuidue Trinitatis. Ego Dei gracia Sifridus Orlamunde Comes notum facio tam futuris quam preſentibus, quod ex permiſſione et licencia mea quidam Miniſterialis meus de Louede, Adalbertus nomine, conſenſu heredum ſuorum, partem proprietatis ſue XXXVI. agros nemoris aput *Gimmam* in proprietatem beato Godehardo in Huſdorff donauit. Igitur vt hoc ratum et inconuulſum omni euo permaneat, fecimus hanc cartam conſcribi et ſigilli noſtri impreſſione inſigniri, his adhibitis teſtibus: Herwinus de Budendorff. Theodericus de Appolde. Lodiuicus Wlech, Hartungus de Hugelein.

Data eſt autem hec in Orlemunde Aſſumptione Virginis Marie. Anno MCXCII.

XXII. c.

Holmgardicorum Regum Genealogia Oernhiälmiana.

Valdemarus I. Rex Holmgardiæ ſeu Oſtro Gardiæ, Anno DCCCCLXXXIV. primum conuerſus ad fidem CHRISTI per Olauum Tryggonidem, Regem poſtea Noruegiæ, opera ſacerdotis cuiuſdam Pauli, quem Conſtantinopoli reuertens comitem ſibi aſciuit e Græcia. Vx. Arlogia.

Iarislaus Rex Holmgardiæ. Vx. Ingerda, Olaui Skättkonungs Sueonum Gothorumque Regis filia.

Valdemarus II. Rex Holmgardiæ vx. Gyda, filia Anglici Regis Haraldi Godvinſons, per Guilielmum Conquæſtorem, Normanniæ Ducem, regno occupato, cæſi.	Viſiualdus Princeps, viuus in Suecia combuſtus iuſſu Sigridæ Reginæ, Erici Victorioſi viduæ.	Holte Dänſkkke Princeps.	Chriſtina vx. Haraldi Regis Norvegici bello in Anglia Anno MLXVI. cæſi.	Praxedis vx. Ottonis I. Marchionis Stadenſis, Electoris Brandenburgici, Domini Dithmarſiæ, Anno MLXXXV. mortui.

Haraldus Rex Holmgardiæ. Vx. Chriſtina, Ingonis III. Sueonum Gothorumque Regis filia, et Regis Stenchilli II. neptis.

Valdemarus III. Rex Holmgardiæ, vx. Sophia, Boleſlai Crivouſti Polonici Regis filia, quæ, primo marito mortuo, nupſit Magno, filio Nicolai Danici Regis, cæſo in Fortewick, et tandem Suerchero II. Regi Sueo-Gothico. Ex hoc Valdemaro et Sophia, nata eſt Sophia, altera vx. Valdemari I. Regis Danici.	Malmfrida, vx. Sigurdi Iorſalafars Regis Noruegiæ, cuius filia Chriſtina fuit vxor Erlingi Scackii Iarli, et mater Magni Erlingſons Regis Noruegiæ, per Suerrum Regem ſublatorum.	Ingeburgis, vx. Canuti Ladi, vx. Vardi Regis Obotritorum et Ducis Sleſuicenſis, qui filius Erici Eiegod Regis Danici, et Bo tildæ, Reginæ ſanguinis Suedici, qui parentes erant Valdemari I. Regis Danici, ambo in Cypro mortui.	

XXII. d.

Dedicatio eccleſiæ Orlamundenſis a Moguntino peracta præſente Comite Sifrido et Sophia, parentibus Alberti, Nordalbingiæ Comitis.

Anno 1194.

IN nomine ſanctæ et indiuidue Trinitatis. Diuina fauente clementia Conradus, Sabinenſis Epiſcopus, ſanctæ Maguntinenſis Sedis Archiepiſcopus, in perpetuum. Vniuerſorum fidelium preſentium et futurorum nouerit induſtria, quod

quod nos pro petitione illustris viri, *Comitis* SIFRIDI, ecclesiam consecraturi *Orlamunde* venientes, inuenimus ibi priuilegia Dni et predecessoris nostri felicis memorie SIFRIDI *Archiepiscopi*, et *Palatini Comitis* WILHELMI, hanc formam scripti continentia:

Notum sit tam futuris, quam presentibus, qualiter ego SIFRIDVS, Maguntinensis Archiepiscopus, OTTONEM *Marchionem** et *Coniugem suam* ADELHEYDEN, ambo felicis memorie, qui primi in *Thuringia* pro remedio anime sue, et pro salute animarum omnium parentum suorum, Deo et sancto Martino, mihique Archiepiscopo, *censum Dei*, id est, omnium frugum pecorumque decimas, recognouerunt, corpore et spiritu, quasi filios in Christo genitos, dilexi etc.

Ego Wilhelmus Palatinus Comes traditionem .... renouo et stabilio. Insuper quoque decimam .... perhenniter libera potestate contrado.

Hec itaque pietatis facta prenominatorum Principum deuote suspicientes, SIFRIDO, predicto *Comite*, et religiosa *Coniuge sua* SOPHIA *filiisque suis*, cum reliquis, qui tunc aderant, assensum prebentibus, prefatam ecclesiam sancti Pancratii in *Orlamunde* de nouo instauratam consecrantes, predictis bonis ecclesie, cum omni reliqua dote .... solemnitati diei, venientibus quoque ad ipsam et redeuntibus, *Pacem Dei*, Omnipotentis sanctorum Apostolorum Petri et Pauli autoritate et Dni Pape CELESTINI ex nostro, quo fungimur, officio sub anathematis districtione placuit indicere etc.

Acta sunt hec, Domino Celestino III. Apostolice Sedi presidente, Heinrico quinto Romanorum Imperatore glorioissimo Imperium gubernante, Anno dominice Incarnationis MCLXXXXIIII. Indictione II. XVII. Kal. Februar. Anno nostre Electionis in Archiepiscopatum XXXIIII. Exilii XXIX. Reuersionis vero ab exilio II. **

XXII. e.

Philippus Raceburgensis Episcopus anniuersarium instituit pro anima decessoris Iffridi Episcopi.

Post annum 1205.

IN nomine sanctæ et indiuiduæ Trinitatis. Ego PHILIPPVS Dei gratia *Raceburgensis* Episcopus. Quia sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, et eis in dandis eleemosynis subvenire, vt a peccatis soluantur; Nos, piæ recordationis affectu, pro anima domini nostri et prædecessoris Episcopi ISFRIDI, ecclesiæ nostræ et fratribus quatuor mansos cum omni iure censu scilicet, decima, et achtwort, in villa *Bentin*, in territorio *Wittenborch*, in die anniuersaria iam dicti episcopi dedimus ad seruitium, vt inde vespere et mane reficiantur. Dabunt iidem coloni pro omni exactione Comitis, expeditione scilicet, petitione et Burgwerck, quatuor mensuras tritici medio tempore, intra diem sancti Martini et omnium Sanctorum. Quod Comes *Guncelinus*, cum terram *Wittenborch* haberet, pro anima domini sui episcopi in suis exequiis remisit, et postea *Comes* ALBERTVS, superueniens iam *possessor eiusdem terræ*, ad petitionem nostram coram multis honestis viris apud *Erteneburg* ratum haberi concessit. Vt autem hæc rata sint et inconuulsa, banni nostri denunciatione et sigilli nostri impressione corroborauimus.

Huius rei testes sunt:
Henricus præpositus.
Henricus prior.
Arnoldus custos et totus conuentus in Raceborch.
Guncelinus, Comes, et frater suus, Comes Henricus de Zuerin.
Burwinus.

* V. LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS *ad annos* MLXII. MLXVII. MLXIX. MLXXIII.

** Similibus notis chronicis instructas chartas huius Conradi reperies apud LEVKFELD. *antiquit. Walkenried. p. 213.* et *Ilefeld. p. 55.*

XXII. f.

Albertus Comes Raceburgenſis et Orlamundanus colonos duarum villarum ad eccleſiam Bergerdorfenſem ſpectantium ab oneribus abſoluit, cum exceptione.

Anno 1217. Molnæ.

HEnricus Dei gratia *Raceburgenſis* Epiſcopus, omnibus, ad quos præſens pagina peruenerit, ſalutem in Chriſto Ieſu, ſalutari noſtro. Humanum genus hoc ſibi remedium adinuenit, vt facta ſua commendet in ſcriptis, ne perſucceſſus temporis, qui memoriæ nouercantur, vlla poſſit oriri dubitatio; ſed ſcripturæ teſtimonio facti veritas elucefcat: Conſtare igitur volumus omnibus, in Chriſto renatis, et Deum timentibus, quod ALBERTVS, *illuſtris* COMES RACEBVRGENSIS*, eccleſiæ in *Bergerdorp* ſex manſos, in villa *Burneſſem*, et duos in *Wenerdorp*, et colonos in eis habitantes, ab omni exactione et ſeruitio, et iure, quod in ipſis habebat, abſoluit et liberos eſſe perpetuo donauit, eo tamen in eis iure retento, quod ad munitionem *caſtri* LOWENBVRG tantum *plancas* ducere, et non alia ſeruitia facere, et ad defenſionem terræ, quod vulgo *Landwere* dicitur, prædictorum manſorum coloni ſubſidia præbere tenebuntur. Præterea idem iam dictus *Comes*, cuius memoria ſit cum ſanctis in gloria, ipſi eccleſiæ noſtræ in *Bergerdorp* riuum *Bilne*, ad ædificandum in eo molendinum, ad ſalarium ſacerdotum Deo inibi ſeruientium, ſua contulit liberalitate. Vt autem hæc tam conueniens et laudabilis donatio iam dictæ eccleſiæ firma ſit et ſtabilis, ac ne quis poſſit huic libertati contradicere; præſens ſcriptum ſigilli noſtri appenſione muniuimus, eamque donationem banno noſtro ligamus, et autoritate, qua fungimur, ipſi eccleſiæ confirmamus. Confirmamus etiam præterea et ſtabilimus eccleſiæ noſtræ in *Bergerdorp*, iam ſæpius nominatæ, omnes pertinentias ſuas, quas pertinere fecit prima fundatorum ſuorum inſtitutio, vel legitima emtio, vel deuota fidelium oblatio, ſecundum confirmationem piæ memoriæ domini ISFRIDI et PHILIPPI, Epiſcoporum *Raceburgenſis* eccleſiæ, ſiue ſit in decimis, vel in manſis, vel in pratis, vel in paſcuis porcorum vel ſitu molendinarii, commoditatis, vt eccleſiæ prælibatæ in perpetuum firmæ ſint et ſtabiles. Si quis vero malignorum et dominum non timentium huic donationi et firmationi contraire attentauerit; anathema ſit, et communione ſanctorum priuetur æterna. Confirmata autem ſunt hæc *Molne* in maiori ſynodo noſtra, præſentibus tam laicis, quam clericis:

Wicmanno Raceburgenſi præpoſito.
Henrico Priore.
Godefcalco Camerario.
Godefcalco ſacerdote.
Cunone ſacerdote, Raceburgenſis eccleſiæ Canonicis.
Laicis: Ottone Albo.
Nothelino de Goldenez
Nicolao de Below.
Werdago de Molne, et aliis multis.

Anno incarnationis dominicæ MCCXVII. IX. Calend. Iunii.

XXII. g.

Comitis Alberti de Raceburg donatio Eccleſiæ Raceburgenſi facta.

Anno 1219. Smilowe.

ALBERTVS Dei gratia *Comes in Raceburg*, omnibus, ad quos hoc ſcriptum peruenerit, ſalutem in Domino, ſaluatore noſtro. Notum eſſe volumus tam futuris, quam præſentibus, quod nos, pro honore et reuerentia beatæ Mariæ Virginis, et pro remedio animæ noſtræ, eccleſiæ *Raceburgenſi* teloniam de octo laſtis libere perpetuo indulſimus. Contulimus inſuper eidem eccleſiæ villam,

* Cum Albertus non ſolius *Nordalbingiæ* ſtricte ſic dictæ; ſed etiam ceterarum a Danis occupatarum prouinciarum Comes et Præfectus fuerit; a ſingulis cognominari potuit. Inde, vt alter Proteus, tam ſub ſpecie *Nordalbingiæ*, quam *Holſatiæ*, *Louenburgiæ* et *Raceburgenſis* Comitis in chartis comparet; nec tamen ſine ratione.

lam, quæ *Swartenſee* dicitur, cum omni iure, abſque *Bruckenwerch*, et duos manſos in villa *Bozoue*, cum omni libertate: et in terra *Boitin Lockwiſch* cum omni libertate. Dedimus etiam cum omni iure bona, quæ Volquardus a nobis iure feudali tenet in villa *Goldenſee*, et quinque manſos in villa *Chemelin*. Vt autem hæc rata et inconuulſa permaneant, paginam hanc ſcribi confecimus, et ſigilli noſtri impreſſione roborauimus.

Acta ſunt hæc in *Smilowe* anno dominicæ incarnationis MCCXIX. indictione autem ſeptima.

Teſtium, qui hæc viderunt et audiverunt, nomina ſunt hæc:

Henricus Raceburgenſis Epiſcopus.
Godeſcalcus præpoſitus ibidem.
Bartholdus notarius curiæ.
Reinfridus.
Henricus pincerna.
Volcmarus, Walcherus, Nicolaus, Remboldus, Otto ſenior et Otto iunior et alii quamplures tam laici, quam clerici.

Quicunque hæc infregerit, coram domino Ieſu anathema ſit.

XXII. h.

Roberti Abbatis Dunamundenſis venditio duorum manſorum et dimidii facta Nouomonaſterio, aſſentiente Alberto Holſatiæ Comite, et ſubſcribente Alberto Liuonienſi Epiſcopo cum fratre Rothmaro.

Anno 1224. EGo *Robertus* Dei gratia *Abbas* in *Dunemunda* omnibus tam præſentibus, quam futuris in perpetuum. Ne ea, quæ ſolempniter et legitime acta ſunt, proceſſu temporis in obliuionem vel dubium elabantur, ſcire vos volumus, quod nos duos manſos et dimidium in villa *Brachteuelde*, a domina Thangbrigge, domini Hugonis de Hildeſem vxore, nobis collatos, cum conſenſu Capituli noſtri, Præpoſito et Canonicis in Nouo Monaſterio, ſumma, quæ inter nos conuenit, ab eis recepta, vendidimus, et in perpetuum ac firmum proprietatis ius, ſicut ad nos deuenerat, et in quieta a nobis poſſeſſione obtentum fuerat, domino ALBERTO, HOLZACIAE *Comite*, ſuam auctoritatem adhibente, eis contradidimus. Ne autem huiuſmodi venditionis contractum legitime celebratum, vel nos ipſi aliqua occaſione retractare, vel alter quiſpiam ſuper eo controuerſiam in poſterum eis poſſet mouere; nos, in argumentum facti, præſentem paginam ſigilli noſtri duximus impreſſione roborandam, ſubſcriptis teſtibus, quorum nomina ſunt hæc:

ALBERTVS *Liuonienſis Epiſcopus*, et *frater ſuus* ROTHMARVS.
Io. Sigeberghenſis præpoſitus.
Eppo præpoſitus in Poretze.
Herbordus Abbas Reyneueldenſis
Silardus Scholaſticus Hamburgenſis.
Alardus Canonicus Hamburgenſis.
Hartmodus plebanus in Plone.
Gerhardus de Wittenborgh, Comitis Notarius.
Item Fridericus de *Haſelthorpe* et filius ſuus Theodoricus.
Heinricus de Barnſtede.
Fridericus Aduocatus de Izeho.
Item Helerick de Callingthorp, et frater ſuus Oddo.
Arnoldus et Bertholdus de Haſelow.

Acta ſunt hæc anno incarnationis dominicæ M. CC. XXIIII. quarto Kalendas Aprilis.

XXII. i.

Hermannus Comes de Orlamunde, abſente fratre Alberto, prædium Tambuch Valli S. Georgii attribuit.

LVNIG. *feudal. t. 2. p. 746. Monaſticon Thuringiæ p. 482.*

Anno 1227. IN nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. HERMANNVS Comes de Orlamunde. Notum ſit vniuerſis tam præſentibus quam futuri temporis fidelibus, quod prædium noſtrum *Tambuch*, hereditario iure ad nos deuolutum, Co-

mes Meinhardus de Muleberc de manu noſtra, et ab eo Aduocatus de Arniſtete Rudegerus in pheodi ratione ſuſceptum poſſederat. Idem autem aduocatus debiti cuiuſdam obligatione conſtrictus eadem bona, M. Comite prece ac pretio ad aſſenſum ſuum inclinato, noſtro quoque fauore, iam dicto comite mediante et cooperante, ſuper hoc ſollicite requiſito et accepto, Hermanno Abbati et fratribus de Valle Sancti Georgii pro centum LXXX. marcis vendidit. Nobis vero ad reditus XX. duorum talentorum de bonis Maguntinæ, Vuldenſis ſeu Herſfeldenſis Eccleſiæ aſſignata, ſecundum tenorem et ordinem prioris pheodi Comes M. de Muleberg a nobis, et ab ipſo nihilominus iam dictus Aduocatus in pheodi iure ſuſceperat. Et quia ſupramemoratum prædium *frater noſter Comes Albertus* pari nobiſcum iure poſſederat, bona, quæ in concambio recepimus, ipſi dimidiamus. Quod ſi minus forte acceptauerit, ei de prædio noſtro inphœdato ad reditus V. talentorum, vbicunque voluerit, aſſignamus. Abbas quoque et fratres prænominatæ Eccleſiæ arbuſta quædam iuxta Eichelburnen, annuatim maldrum frumenti ſoluentia, ad ſupplementum factæ commutationis nobis contulerunt. Accepto itaque reſtauro, omnibus, qui ſibi in præmemorato fundo iuris aliquid vendicabant, prece ac precio ſeu recompenſatione amotis, ipſum fundum cum terminis ſuis in arbuſtis, in pratis, in paſcuis, cultis et incultis ipſo iure, quo a progenitoribus noſtris ad nos eſt tranſfuſus, Eccleſiæ memoratæ libere et quiete poſſidendum delegamus. Et vt contractus ipſe ſtabilimentum poſteritatis obtineat, paginam hanc conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione inſignimus, et teſtium aſtipulatione munimus.

Quorum nomina ſunt hæc:

Heinricus Comes de Swartzberg, et duo Filii ſui, Heinricus et Gunterus.

Gunterus Comes de Keuerenberg et frater ſuus Comes Albertus.

Heinricus Comes de Glichen.

Meinhardus Comes de Muleberc

Theodoricus Comes de Bercha.

Luthgerus de Kirchheim.

Bruno Parrochianus de Rudolinſtat.

Heinricus Capellanus de Blanckenberg.

Albertus Dapifer de Dromelitz.

Heinricus Marſchalcus de Driuurthe.

Gotſchalcus de Eichelburnen.

Heinricus de Kale.

Heinricus de Orlamunde, cum tribus Filiis ſuis.

Alexander de Schmidiſtete, Fridericus de Smidiſtete.

Albertus de Riniſtete, Cunradus de Wilrigiſleiben.

Lupoldus de Arniſtete, Rudigerus aduocatus de Arniſtete.

Cunemundus de Kobinſtete, Albertus de Stutirnheim.

Acta ſunt hæc Anno incarnationis Domini M. CC. XXVII. Indictione quinta decima.

XXII. k.

Albertus Orlamundanus ratam habet ceſſionem a fratre Hermanno monaſterio vallis S. Georgii factam prædii Dambach.

LVNIG. *corp. iur. feudal. t. 2. p. 747.*

Anno 1227. circiter. IN nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Albertus Comes de Orlamunde. Vniuerſitati fidelium ex preſenti inſtrumento conſtare volumus, quod predium noſtrum et fratris noſtri, Tambuch dictum, hereditario ad nos iure deuolutum, Comes Meinhardus de Muleberc de manu noſtra et fratris noſtri, ſed et Rudegerus Aduocatus de Arnſtete de manu Meinhardi Comitis pheodi racione ſuſceptum poſſederat. Idem autem Aduocatus debiti cuiuſdam neceſſitate obligatus, eadem bona, Meinhardo Comite ad aſſenſum ipſius inclinato, fratris quoque noſtri ſuper hoc fauore impetrato, Hermanno Abbati et fratribus de Valle Sancti Georgii pro centum LXXX. marcis vendidit, fratri quoque noſtro ad * reditus XX. duorum talentorum de bonis Maguntine, Vuldenſis ſeu Hers-

* leg. annuos.

Herſfeldenſis eccleſie in eiuſdem predii compenſacionem aſſignauit, que vice prioris pheodi Comes Meinhardus de Muleberc a fratre noſtro, et iam dictus Aduocatus a Comite pheodali iure ſuſcepit. Frater itaque noſter, accepto equipollenti reſtauro, omnibus, qui ſibi in prememorato fundo aliquid iuris vindicabant, recompenſacione amotis, ipſum fundum cum terminis ſuis, in arbuſtis, pratis, paſcuis, cultis et incultis, ipſo iure, quo a progenitoribus noſtris ad nos dinoſcitur eſſe tranſfuſus, prefate eccleſie libere et quiete poſſidendum in multorum illuſtrium virorum preſencia delegauit et cyrographi ſui munimine roborauit. Nos igitur factum hoc tam ſolempniter celebratum et caute ac racionabiliter ordinatum, tum diuini timoris reſpectu, tum pro fraterne dilectionis affectu, retractare et reſcindere nolentes, bona xx. duorum talentorum, que frater noſter in predii noſtri commutacione recepit, equa lance cum ipſo parcientes, xl. pro porcione, que ad (nos) contingit, acceptamus, et ipſum contractum preſenti pagina digeſtum gratum et ratum habemus, et ſigilli noſtri exhibicione et teſtium adhibicione communimus.

Quorum nomina ſunt hec:

Comitiſſa *
Frater noſter Comes Hermannus de Orlamund.
Comes Erneſtus de Glichin.
Hugo Valant. Albertus dapifer de Dromelitz.
Sifridus de Eichenebere (f. Erthenebure).
Henricus Capellanus, et alii quam plures.

XXII. I.

Albertus Orlamundanus petit ab Honorio III. relaxationem iuramenti, liberationis cauſſa Henrico Suerin. præſtiti, allegatis multis iuris ſubtilitatibus.

SCHANNAT. *Vindem. I. pag. 196. ex Cod. MS. Mog.*

Anno 1226. VEſtre gratie ſignifico, Pater Sancte, quod cum Dominus et *Auunculus meus*, Rex Dacie, a Vaſallo ſuo, modice Reputationis Viro, perfide captus eſſet, Ego ratione Sanguinis, iniuriam eius meam reputans, abſolutionem eius procurau celeriter, ne mora traheret ad ſe periculum et iacturam. Poſtmodum excogitans, quod expediret Reipublice, ne remanerent Crimina impunita, volebam vindicare, quod factum fuerat fraudulenter, cum nemini patrocinari debeant Fraus et Dolus. Sed, quia varii ſunt euentus rerum, id quod conceperam, non poteram perducere ad effectum. Sed ex inſperato etiam *captus fui* et diutiſſime *detentus in vinculis ferreis*, a quibus eripi non potui nec abſolui, donec *Caſtrum quoddam munitiſſimum*, ad me ſpectans hereditario * iure, oportuit me dimittere; vellem, nollem. Iuraui et Renuncians, quod illud nunquam repetam, Lauenburg.

* Sine dubio *Hedewigis*, Coniux Alberti.

* Apud PETRVM LAMBECIVM titulus *appendicis primi libri rerum Hamburgenſium*, præter duplicem ſancti Anſgarii vitam, promittit quoque *antiquum* HOLSATIAE CHRONICON *rhythmicum ab anno Æ. C.* MCXCIX. vſque *ad annum* MCCXXXI. Intus tamen et *in nigro*, quod aiunt, nihil huiuſmodi comparet. Interim Chronicon illud, a Lambecio neſcio qua de cauſſa omiſſum, aliud ab eo non eſſe videtur, quod diligens hiſtoriæ eccleſiaſticæ Hamburgenſis conſarcinator STAPHORSTIVS inſeruit *tom. 2. p. 118. ſeq.* Ibi autem *p. 121.* de titulo et iure, quo Albertus Lauenburgum nactus eſt ac poſſedit, Poëta ita canit:

Dat eddele Schlott LOVENBORCH *ſe dem* KONIGE *geuen*.
Vp dat Greue ALEFF *quit vnd frie muchte leuen.*
Dat Schlott LOVENBORCH *gaff he in derſuluen Tidt*
Greue ALBERDE, *ſinem Ohme*, FRIE VND QVITT.
He bewahl em ock dat NORDAWINGER LAND,.
Dat he wunnen hadde mit ſtarcker Hand etc.

Quæ verba ſatis indicant, Albertum non mentiri, dum ait, *Lauenburgum* ad ſe ſpectaſſe *hereditario* iure, iure ſcilicet, vt Poëta explicat, liberi *allodii*; non beneficii clientelaris, neque adminiſtratorio nomine, vt reliqua *Nordalbingia*.

tam, nec pro Recuperando eo per me vel per alium Arma ſumam. Cùm igitur valde graue mihi ſit, quod occaſione iuramenti, quod vi inductus preſtiti, tam enormem ſuſtinere debeam Leſionem; Beatitudini veſtre ſupplico, quod illud relaxare dignemini, et, vt mea poſſim repetere, diſpenſetis mecum, cum habeatis plenitudinem Poteſtatis. Non enim iuraui voluntarie, ſed per metum, qui cadere poterat in Conſtantem Virum, et ob hoc merito debeo excuſari. Præterea cum Fidem non ſeruanti Fides ſeruanda non ſit; nemo de facto iſto rationabiliter me redarguere et vindicare poterit, vt videtur etc.

XXII. m.

Otto et Hermannus Canonicus Wirceburgenſis, conſentiente Ottonis vxor Lugharde et filiis Wilhelmo et Sigiſmundo, Balthaſari Landgrauio in feudum offerunt pro 600. ſexagenis groſſorum caſtra Schauenforſt, Madaa et Buffarb.

Ex LVNIG. *feudal. t. 2. p. 548.*

Anno 1395.

WIr von Gottes Gnaden OTTE Grave von Orlamunde, Herr zu Leuwinſtein, vnd alle vnſere Erbin, vnde Wir Grave HERMANN, des egenannten Graven *Otten Brudir*, Thum-Herre zu Wurtzburg, bekennen offentlich mit dieſem Brife, allen den, dy en ſehn adir horen laſſen, daſs Wir mit dem Hochgeborn Furſtin, vnſerm gnedigen Herren, Herren *Balthaſar*, Landgrafe zu Doringen, vnd Marg Grave zu Miſſin, uberkomen ſind, mit wohlbedachtim Muthe, vnd guten Vorrate, alzo, daſs Wir, mit vnſer Erben Loube vnd frigem guthen Willen, die Sloſſe *Schouwenforſt*, *Madela*, vnd *Buchfurte*, dy Vns vnd vnſern Erbin rechte Erbe eigin geweſt ſind, mit allen iren Rechten, Ere, Wirden, Nutzen, Freiheiten vnd Gewonheiten, mit *Cloſtirn*, *Cloſtirhofen*, Dorfern, Gerichten, Vberſtin vnd Niderſtin, mit Waſſirn, Waſſirleufften, Viſcherigen, Wieſen, Weldin, Holtzirn, Widen, Wildebanen, mit allin Manſchafften, Lehenen, Geiſtlichin vnd Weltlichin, dy darzu gehörn, vnd in den Gerichten gelegen ſind, Beten, Dinſten, Zinſen, vnd nemelich mit allin iren Zugehörungen, vnd mit allir Gewalt vbir vnd vndir der Erdin, wy dy Namen habin, adir Nahmen gehabn, mochtin, nichtis vsgenommen, willicklich vfgegebin habin, vnd darzu nemelich dy Lehen vbir den Hoff vnd Dorff Kottendorff, mit allin iren Zugehorungen, dem egenantin vnſirm gnedigen Herrn, Herrn Balthaſer, Land-Grafen zu Doringin, vnd Marggrafen zu Miſſin, vnd ſin Erbin, an den Gerichten zu *Schouwinforſte* vnd zu *Madela*, mit gantzir vnd vollir Macht vnſer Erbin, in Keynwertikeyt Frouwin *Lughard* vnſers *Graven Ottin elichen Gemaheln*, vnd vnſer Sone vnd Tochtere, nemelichen Grafen *Wilhelms* vnd Grafen *Sigemunde**, mit allin iren Eiginſchafften vnd Sachin, alze obene geſchreben ſted, vnd Wir vorgenantir Grafe *Otte* vnde Grafe *Hermann*, vnd vnſſer Grafen Ottin eliche Gemahel, vnd alle vnſere Erbin, habin Vns des auch vor vns ſelbir, vnd alle vnſere Erbin, willichich vnd mit wohlbedachtem Mute vorzihen recht vnd redelich an diſen ſelbin Gerichten zu Schouwinfurſte, vn zu Madela, da ſich das geburte zu thuen von Gerichtis wegen, und Wir von Rechte thun ſollen, vnde der egenante vnſir gnediger Herre, Herre Balthaſar, Land-Grafe zu Doringin, vnd Marg-Grafe zu Miſſin vnd ſeine Erbin haben ouch dy obgenantin Sloſſe Schouwinfurſt, Madela, vnd Buchfurte mit allin iren Zugehorungin, alze obgeſchrieben ſted, darnach, alze Wir en das alzo vfgegeben, vnd yn geantwortet habin, vber lar vnd Tag, vnd alze lange ſy das bedurffin in dem Rechtin, ane rechte Anſprache önne gehatt habin, vnd darnach vns vorgenantin Grafen Ottin von Orlamunde vnd vnſern Lehens

* Ille Sigiſmundus horum Comitum vltimus eſt Leubero ap. Dn. MENCK. *Scriptor. t. 3. p. 1860.* * 1447. *p. 671.*

hens Erbin, die alles wider geliehen habin, vnd Wir Grafe Otte vnd vnſerns Lehens-Erbin auch die wydir von ym vnd ſin Erbin zu rechten Lehn empfangin habin, vnd Vns damete vnn ir ſy vermainnt habin, dy Gut von ym zu beſitzenee gebruchin vnd habin, als Lehns-Gutis Recht vnd Gewohnheit iſt, vnd dem megnantin vnſerm gnedigen Herrn, Herrn Balthaſar, Lant-Grafen zu Doringen, vnd Marggrafen zu Miſſen, vnd ſinen Erbin mit den obgnantin Sloſſern vnd allen irn Zugehorungin geworten vnd dynen ſullen vnd wollen, als mann gein yren rechten Herren billig vnd von Rechte thun ſullen, alle Argeliſt, vnd Gefehrde vſgeſchloſſen. Darumene vns ouch der genante vnſſer gnediger Herre, Herr Balthaſar Landgraff zu Doringen, vnd Marggraff zu Miſſen gegebin, vnd nutzlich bezahlt hat ſechs hundert Schog Groſchen, Friberger Muntze, die Wir in vnſern ſchinbern Nutz vnd Frumen gekard vnd gewand habin. Ouch habin Wir vor genantir Graue, Otte van Orlamunde, vnd vnſer Erbin dy obgenantin Sloſſe Schouwinforſt, Madela vnd Buchforte von den obgeſchriebenen vnſerm gnedigen Herrn, Herrn Balthaſar, Landgrafen zu Doringen, vnd Marggrafen zu Miſſen, vnd von ſin Erbin ouch darumb zu Lehne empfangen, daſſ Sie Vns vnd vnſer Erbin ſchutzen vnd vertheidigen ſullen zum Rechtin gein allirmenlich, vnd vnſſer ouch mechtig ſin ſtete zum rechtin keyn allirmenneglich, ane Wyderede. Ouch iſt geret, were, daſſ Wir vorgenanter Grafe Otte von Orlemunde adir vnſere Lehens Erbin dy vorgenannte Sloſſe eins adir mer adir icht yrie Zugehorunge verkauffen adir vorſetzen woldin, ſo ſollen wir das vnſern Herrn, Herrn Balthaſar, Land-Grafen zu Doringen, vnd Marggrafen zu Miſſen vnd ſein Erbin egnant zuuor anbitin, vnd vor allirmenneliche ſy dazu kumen laſſen, vmb alſo viel Geldis, als andere Lute vns darum thun woldin; woldin ſy aber daran nicht, ſo mochtin wir verkauffen, adir verſetzen eyn adir vnſſern Genoſſen adir vndirn Genoſſen erbarn Lutin, dy zu den Wapen geborn weren, vnd nicht Stetin, vnd wir alzo verkauffin adir verſetztin, den adir die ſolden wir brengen an den megnantin vnſern Herrn, vnd ſyne Erbin, der adet dy ouch damite das alſo von denſelbin vnſerm Herrn vnd ſyn Erbin empfahen, verdinen, vnd gelobin, ſchweren, vnd yn vorbriuen ſullen, als wir, vnd ſie vns gethan habin, vnd dieſer Brief vſwiſet, ane Hinderniſſe. Der egenante vnſer gnedige Herre, Herre Balthaſar, Landgrafe zu Doringen, vnd Marggrafe zu Miſſen, hat vns ouch die ſunderliche Gnade gethan, were es, daſſ wir Grafe Otte von Orlamunde egnant abgienge von Todes wegen, vnd Lehens-Erbin hindir vns dem Lebin nicht liſſen, daſſ „vf vns Grafen Hermanne von Orlamunde egenant die obgenantin Sloſſ mit yrem Zugehorungin geuallin ſollin, die zu habene zu rechtin Lehen von dem vorgenantin vnſirn Herren, vnd ſynen Erbin, dywile wir lebin vnd nicht lengir, vnd wir yn auch dywile damite gewarten vnd dynen ſullen, alze vor vns Grafen Otten van Orlamunde egenannt vnd vnſer Lehens Erbin geſchrieben ſted; doch daſſ wir Grafe Hermann von Orlamunde megnant daran noch dauon danne keyns verkauffen noch verſetzin, deme egenanten vnſern Herrn vnd ſeinen Erben, der Sloſſe noch von Zugehörunge keyns entwenden ſullen. Des zu Bekentnuſſe haben wir vorgnante Grafe *Otte* von Orlamunde vor vns vnd vor vnſer Erbin vnſer Inſigel laſſen hengin an dieſin vffin Briff, des wir egnanter Graf *Herman* von Orlamunde zu deſem mahl mit yn gebruchin, wenne wir itzund eigins Inſigils nich enhabin.

Gegebin noch Gottis Geburt thuſint lar, drihundirt lar, darnach in den vunf vnd nunzigſten lare, des Dinnſtages Sancte Kyliani Tage.

XXIII.

Honorii PP. III. Rescriptum in causa Regis Galetiæ. *Ex* RAYNALDI *Annal. eccles. t. 13. p. 295.*

Anno 1222. Romæ. HOnorius etc. *Andreæ* Vngariæ etc. Regi etc. Nuper ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod, dudum ....* Regi, nato tuo secundogenito, ad regnum *Galetiæ* sibi datum per venerabilem fratrem nostrum, Strigonien sem archiepiscopum auctoritate Sedis Apostolicæ coronato in Regem, ...** filiam nobilis viri, ...*** Ducis Poloniæ, matrimonialiter copulasses; tamen te, quam ab ipso Duce, corporali iuramento præstito, quod neuter vestrum dissolui huiusmodi matrimonium procuraret; quin immo Regem prædictum in obtinendo regnum ipsum defenderetis toto tempore vitæ suæ, casu siniſtro accidit, Regem ipsum cum sponsa, et pluribus aliis viris nobilibus a tuis hostibus captiuari, et tamdiu extra regnum ipsum mancipatos custodiæ detineri, donec necessitate compulsus, cum ipsos aliter liberare non posses, iuramento præstito promisisti, quod et .... **** filio tuo tertiogenito, concesseris ipsum regnum præfatum, et .... filiam nobilis viri, MISCZLAV, matrimonialiter copulares. Super quæ vtique apostolicæ prouisionis suffragium postulasti. Nos igitur, hac et aliis petitionibus tuis in præsentia fratrum nostrorum diligenter expositis, de ipsorum consilio, iuramentum huiusmodi in eo dumtaxat, quod regnum prædictum, alii Regi auctoritate apostolica coronato primo concessum, tetigisse videtur, tamquam illicitum, et primo iuramento contrarium, decreuimus non tenere. In eo vero, quod spectat ad aliud matrimonium contrahendum; expedire non videmus, vt absoluaris a nobis. Cum enim, sicut accepimus, præfatus filius tuus, et filia supradicti *M.* .... in minori existant constituti ætate; antequam ad nubiles annos peruenient, tibi cautius et consultius prouideri poterit in hoc casu. Super eo autem, quod causam, quæ vertitur inter te et charissimam in Christo filiam nostram Constantiam, Romanorum Imperatricem semper Augustam et Reginam Siciliæ, ad nostram petisti audientiam reuocari; noueris nos eidem Imperatrici nostras super hoc literas destinasse, credentes, quod et ipsa velit libenter, vt idem negotium ad Apostolicæ sedis remittatur examen.

Dat. Lat. VI. Kal. Febr. pontif. nostri anno VI.

XXIV.

Henricus dux Saxoniæ et Comes Palatinus Rheni, Vicarius Imperii.

Anno 1219. IN nomine sancte et indiuidue Trinitatis. H.... Dei gracia Dux Saxoniæ et Comes Palatinus Rheni. Notum sit omnibus tam presentis temporis, quam futuri, ad quos presens scriptum peruenerit, quod coram nobis, fungentibus vice glorioſi domini nostri F.... Romanorum Regis et semper Augusti, nec non Regis Sicilie, secundum plenitudinem iurisdictionis nobis datæ ab ipso Goslarie a), in villa nostra Bruneswic, in ecclesia sancti Blasii, multis presentibus

* Colomanno.
** Salomen.
*** Leskonis.
**** Andreæ.

a) Videri posset Henricus huius dumtaxat causſæ iudex datus esse a Friderico, ni alia superessent eius diplomata, quibus *sacri Imperii Legati* nomen præscriptum est: quale est illud, quo anno MCCXXIII. matris *Mathildis felicis memoriæ Anglorum Regis filiæ, ducissæ Saxoniæ,* dotationem *altaris beatæ Mariæ in medio choro sancti Blasii* confirmauit, et aliud ex anno MCCXXVI. quo bona quædam Imperii ecclesiæ in . . . *auctoritate*, vt inquit, *Regia et Nostra* donauit Brunsuici Indictione XIIII. Vnde Chronicon MS. quod allegauimus, de Saxonia sola ab Henrico procurata loquens, rem acu tetigisse non videtur.

ſentibus clericis et laicis, fidelibus noſtris, Nobilis mulier, ALGISA, filia bone memorie Henrici de Weſtenen iunioris, partem patrimonii ſui, quam habebat ex hereditate paterna vel auita, ſua ſpontanea voluntate et proprio motu, nomine venditionis, eccleſie beate Marie Virginis et beate Cecilie dedit per manus Venerabilis Domini I..... (Iſonis), Verdenſis Epiſcopi, conſentientibus ibidem Domina Oda, matre ipſius, quæ erat proxima ipſius, et ſorore minore Alena, vxore Theodorici de Dempnow, et marito ipſius Algiſæ, Wernero de Indagine, hoc eſt, quidquid in villa Weſtene habuit pater eius vel auus nomine proprietatis etc.

Acta ſunt hec in eccleſia ſancti Blaſii in Brunſwic, anno incarnationis Dominicæ b) - - - - - Indictione VII. ſeptimo Idus Nouembris.

XXV.

Friderici II. Imperatoris nuptias cum filia Ducis Saxoniæ meditatas vt intercipiat, Legatum Petrum Capocium Cardinalem monet Innocentius PP. IV.

Ex RAYNALD. *annal. eccleſ. t. 13. p. 566. n. 8.*

Anno 1247. INnocentius etc. Cum Magdeburgenſem Archiepiſcopum et Patauienſem ac Friſingenſem Epiſcopos, velut nobilia membra Eccleſiæ adeo deberet comedere Zelus eius, vt non poſſent opprobria illi exprobrantium, et vſurpantium iura eius, æquanimiter ſuſtinere: iidem, quod non abſque amaritudine cordis accepimus non ſolum non aſſiſtunt ipſi Eccleſiæ, eorum matri, contra malitiam eam perſequentium, vt deberent, opponendo ſe murum pro ea aſcendentibus ex aduerſo; ſed etiam, diuino timore ac humano pudore poſtpoſitis, et pontificali grauitate neglecta, nec non et clauibus Eccleſiæ damnabiliter vilipenſis; FREDERICO quondam Imperatori excommunicato, et Dei et Eccleſiæ inimico, præſtant manifeſte auxilium, conſilium et fauorem; per quod dictam Eccleſiam, vt hoſtes publici perſequuntur, eodem Magdeburgenſi *matrimonium* inter ipſum *Fredericum*, et *filiam ducis Saxoniæ* procurante. Accepimus ſiquidem, quod marchio Miſnenſis, Bauariæ ac Saxoniæ duces, et *filia ipſius ducis Saxoniæ* *, nec non et nobiles de Auſtria, et Stiria, et H. de Ouurſtem**, qui pro ipſorum nobilium capitaneo nomine dicti Frederici ſe gerit; viri nobiles genere, ſed ſuis peruerſis actibus ignobilitantes ſeipſos, et in reprobum ſenſum dati, præfato Frederico contra Deum, et ipſam Eccleſiam aſſiſtunt viriliter, et potenter. Ideoque mandamus, quatenus prædictos archiepiſcopum et epiſcopos auctoritate noſtra citans, præfigas eis terminum peremptorium competentem, quo perſonaliter ad præſentiam noſtram accedant pro meritis recepturi: alias vero iam dictos nobiles, vt ab eodem Frederico penitus recedentes, non præſtent ei auxilium, conſilium, et fauorem, ac ad vnitatem ſanctæ matris Eccleſiæ reuertantur, monitione præmiſſa, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione remota, compellendo, ſi videris expedire.

Dat Lugd. VII. Kalend. Nouembr. anno V.

b) Annus Domini ita in numeris euanuit, vt iam legi non poſſit; ex Indictione tamen facile diuinatur, eſſe annum MCCXIX. quo currebat Indictio VII. et quo Fridericus nondum coronatus erat Imperator. Neque enim præcedens vel ſubſequens Indictio hic intelligi poteſt, quia Fridericus anno MCCIV. nondum Rex, et anno MCCXXXIV. non amplius Rex, ſed Imperator fuit.

* Raynaldus Ottonem Puerum intelligit, quia *1251. n. 8.* Papa *Saxoniæ Ducem* ſollicitauit, vt filiam electo Regi Wilhelmo matrimonio coniungeret. Is autem, cuius filiam Wilhelmus duxit, Otto Puer fuerit.

** Forte *Euerſtein*.

XXVI.

Vltima voluntas Theodorici Vironenſis Epiſcopi.

Ad annum MCCXVIII. *not. f.*

Anno 1257. BOnitate diuina THEODERICVS, Epiſcopus *Vironenſis*. * Notum eſſe cupimus Chriſti fidelibus vniuerſis, tam preſentibus quam futuris, quod nos kariſſimos in Chriſto, Io. Montis et Al. ſancte crucis prepoſitos, Hartmannum ſcolaſticum, *germanum noſtrum*, magiſtrum, Io. conſanguineum noſtrum et dominum Volradum de Goſlaria, canonicos Hildenſemenſes, *teſtatores noſtros* conſtituimus ſuper omnibus rebus noſtris, mobilibus et immobilibus, vt, ſecundum quod eis preſcripſerimus, vel, ſi forſan ex negligencia nullum ſcriptum dederimus, de conſilio fratris Henrici, Capellani noſtri, taliter ordinent et diſponant, vt de hoc indiſtricto examine eterno Deo viuo et vero reddere valeant debitam racionem. Si vero peregrinacionibus vel aliis occupacionibus aliquem vel aliquos ex ipſis in hiis exequendis contigerit impediri; W. prepoſitum de Aleſborch. S. de Schartfelde. H. cellerarium, Io. plebanum vel Flo. canonicos Hildenſemenſes, vnum ex hiis, prenominatis, quilibet ſupradictorum teſtatorum ſubſtituat loco ſui. Recognoſcimus autem et tenore preſencium proteſtamur, quod nec dominus Pad.** epiſcopus, nec *abbas Corbeienſis* nec aliquis hominum in reculis nobis a Deo collatis aliquid habet iuris, quod non de dioceſi noſtra, nec de patrimonio, ſed de officio, et de bonorum hominum ſubſidio et nobilium dono ea, que poſſedimus, habebamus. Vnde nolumus, vt aliquis hominum aliquid ſibi iuris vſurpet. Ad omnem ambiguitatis ſcrupulum ammouendum preſenti pagine ſigillum noſtrum decreuimus apponendum.

Datum et actum anno Domini M.°CC.°LVII. in dominica, qua cantatur: Oculi mei ſemper.

XXVII.

Theoderici, Vironenſis Epiſcopi, Indulgentiæ pro ſororibus in Franckenberg.

Ex Chron. Mont. Franc. p. 28.

Anno 1261. Goſlariæ. THEODERICVS Dei gracia Epiſcopus *Vironenſis* Chriſti fidelibus vniuerſis, preſentes literas inſpecturis, ſalutem in Dominorum Domino, Dei filio, Ieſu Chriſto. Vite perhennis gloria, qua mira benignitas conditoris omnium beatam coronat aciem ciuium ſupernorum, a redemtis pretio ſanguinis fuſi de pretioſo corpore redemptoris, meritorum debet acquiri virtute: inter que illud eſſe pregrande dinoſcitur, quod vbique, ſed precipue in ſacroſanctis eccleſiis maieſtas altiſſimi collaudetur. Hinc eſt, quod, cum nos locum dilectorum nobis in Chriſto, prepoſiti et prioriſſe, totiuſque ſancti Collegii ſororum ſancte Marie Magdalene in Franckenberg Goſlarienſe, Hildenſemen. dioceſis, duxerimus perſonaliter viſitandum, inſpecta eiuſdem loci neceſſitate, earumque fauorabilibus precibus inclinati, omnibus vere penitentibus et confitentibus, qui locum ipſum in beate et glorioſe ſemper virginis Dei genitricis Marie, beatorum Petri et Pauli Apoſtoſtolorum, ſanctique Auguſtini Confeſſoris atque pontificis, ac beate Marie Magdalene, nec non in eiuſdem eccleſie dedicacionis annue feſtiuitatibus, ſeptemque diebus immediate ſequentibus, cum cordis

* Hic vir Hanoueræ aliquando fuit. Namque apud SCHATEN. *Annal. Paderborn. t. 2. p. 109.* Tymoni, Abbati Corbeienſi, Hanoueræ anno MCCLXV. cum Ducibus noſtris de Aduocatia Huxarienſi tranſigenti, teſtis eſt:

Venerabilis Pater, Dnus Theodoricus, Vironenſis Epiſcopus.

** Paderborn.

cordis contricione et humilitate annuatim venerabiliter viſitarunt, quique eiſdem, ad ipſorum, propter Chriſtum pauperem videlicet extreme paupertatis ſarcinam portantibus, inopiam ſubleuandam manum porrexerint quocunque tempore adiutricem, de omnipotentis Dei miſericordia, et prenominatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius, ac ea, quam nobis, licet indignis, Deus contulit, auctoritate confiſi, XL. dierum vniuſque Carene indulgenciam, accedente conſenſu venerabilis Domini Hildenſem. Epiſcopi, in nomine Domini concedimus miſericorditer et largimur; peccata, et oblita *vera fracta* *, ſi ad ea redierint; offenſas patrum et matrum ſine iniectione manuum violenta; iuramenta temeraria, que fiunt abſque tactu reliquiarum aut Euangeliorum; et violationes dierum celebrium, ſimiliter relaxamus.

Datum ibidem in die beati Georgii martyris, anno Domini MCCLXI. pontificatus vero noſtri anno XIV.

XXVIII.

Aliæ Frederici Dorpatenſis Poſtulati. Indidem p. 36.

Anno 1268. Goſlariæ.

FREDERICVS Dei gracia Kapolienſis epiſcopus, *Tharbatenſis* poſtulatus, Crucis Chriſti miniſter, vniuerſis in Chriſto credentibus, preſentem paginam viſuris, in domino ſalutem. Licet is, de cuius munere venit, vt ſibi a ſuis fidelibus digne ac laudabiliter ſeruiatur, de habundancia pietatis ſue, que et merita ſupplicum excedit, et vota, multo maiora retribuat ſibi ſeruientibus, quam valeant promereri; deſiderantes tamen domino populum reddere acceptabilem ad complacendum ei, quibuſdam illectiuis muneribus, indulgenciis videlicet et remiſſionibus, inuitamus, vt exinde diuine gracie reddantur aptiores. Cum igitur occaſio ad veſtram ſaluacionem multipliciter vobis a domino offeratur, vt videlicet per largicionem elemoſinarum et expietis peccata, et premia conquiratis eterna; vniuerſitatem veſtram rogamus, monemus, et exhortamur in domino, in remiſſionem peccatorum vobis iniungentes, quatenus ad emendacionem eccleſie beatorum Apoſtolorum Petri et Pauli in Vrankenberch, et ad ſuſtentationem ſanctimonialium ibidem Deo ſeruientium, de bonis vobis a Deo collatis pias elemoſinas et grata ſubſidia erogetis. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia confiſi, ac beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius, et ea, qua fungimur, auctoritate ſuffulti, omnibus contritis et confeſſis, qui ad eandem eccleſiam manum porrexerint adiutricem, accedente conſenſu et licencia domini dioceſani, XL. dies et vnam Karrenam de iniuncta ſibi penitencia miſericorditer relaxamus.

Dat. in Goſlar. anno Domini MCCLXVIII. in die beate Marie Magdalene.

XXIX.

Albertus I. Dux monaſterio Ebbekeſtorpienſi concedit immunitatem a telonio in terris ſuis.

Anno 1233. Lauenburgi.

IN nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. ALBERTVS Dei gratia dux Saxonie et *Dominus Nordalbingie* tam preſentibus, quam poſteris, preſens ſcriptum inſpecturis omnibus in perpetuum. Ne facta mortalium ab eorum ſucceſſoribus valeant immutari; ſtatuerunt acta ſua temporibus ipſorum et ſcriptis commendari, et ſigillorum ſuorum appenſione pariter roborari. Nos igitur, ſacri conuentus Dominarum in *Ebeckeſtorp* intuentes deuotionem, nec non et ad inſtantiam Venerabilis in Chriſto *Gerwaſii*, eiuſdem loci Præpoſiti, et ob ipſius dilectionem maxime, ac iuge ſeruicium, quod per multos annos conſanguineis noſtris

* Legendum haud dubie: *forefacta*, delicta.

cariſſimis de Luneborg in partibus peregrinis exhibuit, ad vſus eius ac predicti conuentus liberaliter duximus conferendum, vt, quidquid in Cibariis neceſſarium fuerit, ſingulis annis, noſtros per terminos, abſque theloneo, et *Vngeldo* et ſine exactione, ac impedimento quolibet, abducantur. Ad huius itaque robur perpetuo duraturum, huiuſmodi factum noſtrum, et ſcripto commendari, et ſigilli noſtri appenſione pariter iuſſimus confirmari.

Cuius rei teſtes ſunt:

HOIERVS Comes de *Walkenſten.*
Geuehardus de *Luneburch.*
Bertramus Pincerna, et alii plures viri nobiles diſcreti.

Actum *Louenborch* anno gratiæ MCCXXXIII. Indictione Vta.

XXX.

Albertus Dux Saxoniæ renuntiat iuri in domum quamdam villæ Dachmiſſen, eccleſiæ Reinueldenſi donatam.

PFEFFINGER. *hiſt. Brunſu. t. 2. pag. 364.*

Anno 1237. IN nomine ſanctæ et indiuidue Trinitatis. Albertus Dei gratia dux Saxonie, Angarie et Weſtphalie et *Dominus Nortalbingie* in perpetuum. Quum neceſſe habet memorie commendari, ita vt et poſteris innoteſcat, quicquid rationabiliter ordinatum fuerit, et diſcretis inſtrumentis autenticis vtiliter annotatum; igitur notum eſſe cupimus tam preſentibus, quam futuris, quod pheodalia cuiuſdam domus in villa *Dachmiſſen*, que *Comites* HENRICVS et BERNHARDVS de *Dannenberge* b. Marie Virgini Patrone venerabili in Reineuelde contulerunt, quicquid ad nos de hiis bonis pertinere videtur, eidem domui pro animarum noſtrarum remedio contulimus. Vt autem huiuſmodi factum ſine infractione cuiuſlibet ratum habeatur et inconuulſum perpetuis temporibus, preſentem paginam ſigilli noſtri munimine et robore fecimus communiri.

Huius rei teſtes ſunt.

Burggrauius Vlricus.
Geuehardus de Luneborc (Wittorp).
Eſeco de Dornow.
Pincerna Bertrammus et alii quam plures.

Actum ab incarnatione domini M. CC. XXXVII. Indictione decima.

XXXI.

Alberti Ducis epiſtola ad Prælatos Germaniæ exhortatoria, ne pareant Concilio et decretis Ottonis Cardinalis, Legati Papæ.

Ex Cod. membranac. Chron. ALBERICI *monachi Trium fontium pag. 539. ad annum* MCCXXXI.

CVm dominus Otto Cardinalis voluiſſet in Alemannia concilium ſuum tenere apud Herbipolim civitatem, quæ *Wirceburg* dicitur, miſit contra eum * litteras iſtas dux Saxoniæ cum ſuis Baronibus in hunc modum:

Anno 1231. Venerabilibus dominis Archiepiſcopis et Epiſcopis Alemanniæ ac aliarum eccleſiarum Prælatis ALBERTVS Dei gratia *dux Saxoniæ*, HENRICVS *frater eius*, *Comes Aſcariæ*, cum aliis Nobilibus per Saxoniam conſtitutis, promtum in omnibus famulatum.

Intelleximus, quod Cardinalis tam in partibus Saxoniæ, quam in aliis Imperii partibus, præbendas dare diſpoſuit; inſuper

* Cardinali infenſus fuit Albertus, quia is Ottonem Puerum ad Imperium promouere nitebatur, qui in illo gradu Alberto ſpolia tranſalbina atque aliis alia eripere poſſe videbatur. Concilio Herbipolenſi, *reuentibus Principibus laicis, et paucis Eccleſiarum Prælatis venientibus*, rupto, Legatum *iratum receſſiſſe*, teſtatur GODOFRIDVS COLON. ad annum MCCXXX.

ſuper alias ſeruitutes ac oppreſſiones eccleſiis noſtris inducere meditatur. Propter quod, ſi vultis euadere iugum perpetuæ ſeruitutis, (in tempore ei reſiſtendum.) Pro legibus patrum conſeruandis et quia poſſeſſiones et ſancta in manus externas tradebantur, Macchabæi, quorum feſtum eccleſia ſolemnizat, bella domini ſtrenue pugnauerunt. Veriſſime dignitas Clericalis maiori hodie ſubiacet ſeruituti, quam tempore Pharaonis, qui noctitiam non habebat diuinæ legis. Nam cum tempore famis poſſeſſio omnium menſæ ſuæ deſeruiret; res tamen ſacerdotum a talibus erant immunes. quin immo de publicis horreis eis alimoniam præberi mandauit. An neſcitis, quod eſtis inter Epiſcopos aliarum terrarum ſingulari priuilegio decorati, cum non tantum Epiſcopi, ſed et Principes et Domini ſitis? Quare ergo vos trahi permittitis ad tam remota loca contra conſtitutiones hactenus approbatas?

Et quædam alia ſignificata ſunt, per quæ Archiepiſcopi et Epiſcopi, habito cum *rege* concilio, inſtiterunt, quod totum illud concilium remanſit.

Et cum idem Cardinalis tranſacto tempore exiret portam ciuitatis Leodienſis, quidam *de mandato regis*, vt dicitur, ipſum interficere voluerunt. Vnde et crimen illud, quod vnus vel duo Ribaldi attentabant, Cardinalis in totam ciuitatem retorſit, et hac occaſione ipſa ciuitas fere per annum graui interdicto ſubiacuit.

XXXII.

Albertus Dux Saxoniæ a Wilhelmo Rege impetrat patruelibus Brandenburgicis ſpem ſuccedendi in terris ſuis, ſi forte ſine herede feudali decederet.

Ex Dn. de LVDEWIG *reliq. t. 2. p. 247.*

Anno 1252. Brunſuici.

WIlhelmus Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus, vniverſis ſacri Imperii fidelibus, preſentes literas inſpecturis, gratiam, ſalutem et omne bonum. Illuſtrium virorum precibus inclinata noſtra ſerenitas, et (ad) ea, que, dilectorum principum votis competunt per affectum, promtis deſideriis occurrit noſtra benignitas per effectum. Supplicante ſiquidem noſtro culmini dilecto principe noſtro, ALBERTO, *duce Saxonie*, vt in omnibus bonis ſuis *pheodalibus*, que idem dux a nobis et Imperio tenet, illud ius, quod vulgariter dicitur *aneuelle*, illuſtribus viris IOHANNI et OTTONI *Marchionibus Brandenburgenſibus*, principibus noſtris, concedere dignaremur, ita, ſi predictum ducem ſine herede contingat decedere, vel etiam, ſi heredes habuerit, et eoſdem infra annos diſcretionis vel ſine heredibus contingerit exſoluere iura carnis. Nos itaque, memorati ducis precibus grato et benigno concurrentes aſpectu, omnia bona ſua *pheodalia*, que idem dux a nobis et Imperio tenet, cum omni iure, quod *aneuelle* dicitur, ante dictis Marchionibus conferimus, et preſentis ſcripti teſtimonio confirmamus.

Acta ſunt hec *Brunſwig*, anno gratie M.o CC.o LII.o XV. Kal. Martii, Indictione XI. in preſentia nobilium virorum,

Alherti ducis de Brunſwig,
Burckardi de Querenuorde et Hermanni de Warborch.
Heinrici de Gaterſleue,
Rychardi de Tſerwiſt,
Heinrici, pincerne de Spandowe, cum ceteris.

XXXIII.

Epiſcoporum Lubecenſis, Swerinenſis et Raceburgici deprecatio, ne duci Saxonico ſubiicerentur.

Anno 1252.

VNiuerſis Principibus illuſtribus Romani Imperii, apud Regem in Curia conſtitutis, ALBERTVS, miſeratione diuina *Archiepiſcopus Lyuonie* et *Prucie*, Miniſter Eccleſie Lubencenſis, Rudolphus Zwerin. et Fridericus Raceburg: Epiſcopi, Salutem, orationes et obſequium. Eccleſia Domini, Re-

gum lactata mamillis, præſtante Domino incrementum, iam adeo eſt adulta, ac de Priſtine conſuetudinis ſeruitute in libertatem ſortis filiorum Dei diuinis mancipata præceptis, vt ei, quo ſurſum eſt libera, hæc militans pro libertate ſpiritus ſit conformis. Vnde in ſeruitutem degenerare non debet, quandoquidem Princeps Regum terre eam ſibi deſponſavit, non habentem maculam, neque rugam. Videant ergò oculi veſtri, Principes ſereniſſimi, qualiter ſuſtinere poſſemus et conniuentibus oculis pertranſire, quod *nos*, quorum anteceſſores immediate ſub imperialis culminis maieſtate militare ſolebant, ſponſe dicti Principis populorum, minori Domino ſubderemur: Quod eſſet procul dubio eccleſias ancillare. Oculi veſtri videant æquitatem, ſi, nobis et eccleſiis noſtris irrequiſitis, Dominus Rex Domino *Duci Saxonie* nos ſubiicere potuit, ſalua Eccleſiarum, quas defenſare ac liberare tenetur, omnimoda honeſtate. Quamuis enim idem Dux inter potentiſſimos Principes habeatur; tamen ſub eo non poſſet dici *regale* ſacerdotium, ſed *ducale:* quod hactenus in vſu non fuit, nec per nos in vſum veniet, Domino concedente. Vnde placeat excellentiæ veſtræ, Dno Regi ſuggerere, vt de conſilio Principum reuocet, quod, nobis et Eccleſiis noſtris abſentibus, et non conſentientibus, ſed contemtis, ſuggeſtione priuata forſitan eſt perſuaſum. Et quia omnium Principum et Nobilium intereſt, pares ſuos ſibi impares fieri non debere; Archiepiſcoporum, quorum ſigilla inferius ſunt appenſa, ſuffragia inuitamus, vt pro nobis propugnatorem in perſona ipſius mittat nobis Deus contra illam, qua olim premebamur, tyrannicam poteſtatem.

Datum Anno gratie M. CC. LII. menſe Iunio.

XXXIV.

Honorius PP. III. ægre fert Ioannis Sueciæ Regis coronationem. *Ex* RAYNALDI *Annal. eccleſ. t. 13. p. 268.*

Anno 1219. Romæ.

HOnorius etc. Lubicenſi, Sueri-nenſi et Raceburgenſi Epiſcopis etc. Cariſſimus in Chriſto filius noſter, WALDEMARVS, Danorum Rex illuſtris, nobis inſinuare curauit, quod, claræ memoriæ ERICO, Rege Sueciæ, rebus humanis exempto, nobilis vir, 10. regnum Sueciæ, ad defuncti filium, dicti Regis Danorum nepotem, iure hæreditario deuoluendum, quorundam magnatum eiuſdem regni fauore ſuffultus, violenter inuaſit. Porro idem Rex intellecto, quod venerabiles fratres noſtri ... Archiepiſcopus Vpſalen. et ſuffraganei eius in Regem volebant inungere ſupradictum nobilem, ne id facerent, inhibuit appellando; præfatum nepotem ſuum, et omnia iura eius, Apoſtolicæ protectioni ſupponens, ac præfigens terminum, quo per ſe, vel per nuntios ſuos, in noſtra compareret præſentia, iis, qui venirent pro tutela dicti nepotis ſui, iuſtitiæ reſponſuri. Sed ipſi, legitima eius appellatione contemta, in Regem inunxerunt nobilem antedictum, in præfati nepotis ſui, pupilli, ac etiam poſt patris obitum nati, grauiſſimum præiudicium, et contemptum noſtrum, ac ſedis Apoſtolicæ manifeſtum. Nolentes igitur huiuſmodi præſumptionis exceſſum ſub diſſimulatione tranſire, cum debitæ pœnæ remiſſio audaciam tribuat delinquendi; per apoſtolica vobis ſcripta mandamus, quatenus, inquiſita plenius veritate, ſi vobis conſtiterit, dictos Archiepiſcopum et Epiſcopos ad inunctionem huiuſmodi poſt appellationem legitimam proceſſiſſe, auctoritate noſtra firmiter iniungatis ipſi Archiepiſcopo, et vni Epiſcoporum, qui aſtiterunt eidem, vt infra competentem terminum, ſibi præfigendum a vobis, cum procuratoribus aliorum, apoſtolico conſpectui perſonaliter ſe præſentent, de huiuſmodi ſatisfacturi contemptu, ipſos ad id, ſi neceſſe fuerit, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellentes. Quidquid autem inde feceritis, nobis per literas veſtras veraciter intimetis. Quod ſi non omnes etc.

Dat. *Reate* VII. id. Aug. Pont. noſtri ann. IV.

XXXV.

XXXV.

Gregorii PP. IX. epiſtola, ex qua patet defectio et immanitas Taveſtorum in Finlandia.

Ex RAYNALD. *annal. eccleſ. t. 13. p. 457.*

Pertinet ad annum MCCXIX. *not.* k)

Anno 1237. GRegorius etc. Vpſalenſi Archiepiſcopo et ſuffraganeis etc. Plantauit vineam dextera Domini, eamque ſanguine Filii ſui voluit irrigari, vt ex fluente de Chriſti latere riuulo fœcundata vinum produceret, cuius refectus dulcedine plantator Altiſſimus exultaret. Sed proh dolor! ecce ab apro de ſylua exterminium patitur: ecce ſingularis ferus eandem ſuis paſtibus demolitur. Nam, ſicut tranſmiſſæ ad nos veſtræ literæ continebant, illorum, qui *Taueſti* dicuntur, natio, quæ olim multo labore et ſtudio veſtro et prædeceſſorum veſtrorum ad fidem catholicam conuerſa extitit, nunc procurantibus inimicis crucis prope poſitis, ad antiqui erroris reuerſa perfidiam, cum quibuſdam barbaris nouellam Eccleſiæ Dei plantationem de *Taueſtia* funditus, diabolo coadiuuante, ſubuertunt; paruulos, quibus in baptiſmo Chriſti lumen illuxit, violenter de hac luce ſubtractos interimunt; quoſdam adultos, extractis ab eis primo viſceribus, dæmonibus immolant, et alios vſque ad amiſſionem ſpiritus arborem circuire compellunt; ſacerdotes vero quoſdam exoculant, et quibuſdam eorum manibus et cæteris membris crudeliter mutilatis, reliquos in combuſtionem et cibum ignis paleis inuolutos exponunt; ſicque ipſorum paganorum fœuitiis regnum Suetiorum opprimitur, quod de facili extremam fidei deſolationem incurret, niſi ſibi Dei et Apoſtolicæ ſedis auxilio ſuccurratur. Verum cum tanto libentius contra huiuſmodi apoſtatas et barbaros impugnandos ſit a viris Deum timentibus inſurgendum; quanto maioribus Eccleſiam Dei damnis affligere cupiunt, qui fidem catholicam tam deteſtabili crudelitate confundunt: mandamus, quatenus viros catholicos, in regno prædicto et vicinis inſulis poſitos, vt contra eoſdem apoſtatas et barbaros crucis ſignaculum aſſumentes, ipſos viriliter et potenter expugnent, præceptis ſalutaribus inducatis. etc.

Datum Lateran. v. idus Decembr. ann. xi.

XXXVI.

Honorii Papæ III. epiſtola pro augendo Præconum verbi numero in Liuonia.

RAYNALD. *ad an.* MCCXX. *n. 38. p. 278.*

Anno 1220. HOnorius etc. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis cum Ciſtercienſis tum aliorum ordinum etc. Cum, ſicut venerabiles fratres noſtri, *Liuonienſis*, *Selonienſis* et *Lealenſis*, Epiſcopi, noſtris auribus intimarunt, in partibus *Liuonie* duritia cordium paganorum, tamquam terra vaſtæ ſolitudinis, imbre gratiæ diuinæ compluta, et ex parte vomere ſanctæ prædicationis exculta, in eis ſemen verbi Dei feliciter in ſegetem pullulet, quin etiam albæ ſint iam regiones ad meſſem, quæ quidem, Domino dante benignitatem, multa eſt, operarii vero pauci; expedit, vt alii mittantur illuc metere, quod alii ſeminarunt, quatenus, ſecundum euangelicam veritatem, qui ſeminant, ſimul gaudeant, et qui metunt. Cum igitur per Dei gratiam *in ordine veſtro* ſint multi, ad huiuſmodi opus idonei; charitatem veſtram rogamus attentius, et hortamur, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus *monachos* et *conuerſos*, quos prædicti epiſcopi, vel miſſi ab eis, a vobis duxerint poſtulandos, illos ad opus miniſterii huius non ſolum permittatis accedere, verum etiam tranſmittatis, vt et ipſi erudientes plurimos ad ſalutem mereantur tamquam ſtellæ in perpetua æternitate lucere, ac vos retributionis eorum, quam ſine vobis nequeunt promereri, participium promerentes, poſſitis apud Deum et homines commendari.

Dat. Viterbii xiv. Kal. Maii. pontificatus noſtri anno iv.

Extat etiam pontificium diploma ad *episcopos*, quibus Honorius poteſtatem fecit, vt religioſos viros, rogato eorum, qui ipſis præeſſent, aſſenſu, ad inferendum iis populis euangelium mitterent. Quemadmodum etiam per eos dies *epiſcopo Reuellenſi*, qui ardenti fidei Chriſtianæ amplificandæ ſtudio inflammatus *apud ethnicos Eſtoniæ* euangelium ſerebat, conceſſit, vt quos ad id operis ex iiſdem religioſis familiis idoneos noſſet, de præpoſitorum, ad quos ea de re ſcripſit, licentia adduceret.

XXXVII.

Waldemarus II. Danorum Rex et Dominus Nordalbingiæ confirmat eccleſiæ Raceburgenſi priuilegia ab Adriano IV. PP. et Henrico Bauariæ et Saxoniæ Duce conceſſa.

Anno 1205. WALDEMARVS Dei gratia Danorum, Sclauorumque Rex, Dux Iutiæ, *Dominus Nordalbingiæ*, omnibus iuſtis hæc ſcripta cernentibus in perpetuum. Circumſtancias conditionis humanæ et varietates rerum, nunquam in eodem ſtatu permanentium, in momento diligentius intuentes, nihil in humanis actibus ita firmum vel ſtabile in præſenti ſeculo conſideramus, quod diuturnitate temporis, quæ mater eſt obliuionis, non poſſit ignorantiæ nebulis ſepeliri, et ab humana, quæ valde labilis exiſtit, memoria exſtirpari. Volumus itaque ea, quæ digna memoriæ a Nobis geruntur in tempore, ne cum tempore labili a memoria hominum elabantur, literarum irrefragabili ſuffragio perennare, vt in poſterum filii, qui naſcentur et exſurgent, enarrent ea filiis ſuis, et occaſus neſcia nouo ſemper Sole humanis mentibus ſcripturæ teſtimonio eluceſcant. Cum igitur ex iniuncto nobis diuina permiſſione officio teneamur omnibus, in iuſtis cauſis ad Nos confugientibus, ſubuenire; præcipue tamen et quadam ſpeciali prærogatiua eos, qui diuino ſunt ſeruitio mancipati, tenemur in iuſtitia conſouere, et ab iniuriis omnium eis malignari volentium protectionis munimine defenſare. Sciant itaque tam poſteri, quam præſentes, Nos *Raceburgenſi* eccleſiæ, et illius loci Canonicis conceſſiſſe, vt omni libertate et immunitate ſuper poſſeſſionibus ſuis, quæ priuilegio et auctoritate domini Pontificis ADRIANI quarti, et priuilegio HENRICI *Ducis Saxoniæ et Bauariæ* ſunt confirmatæ, inpoſterum gaudeant et feliciter fruantur. Vt igitur gratia hæc noſtra firma, et ſtabilis, et inconuulſa in poſterum perſeueret; eam ſigilli noſtri dignam duximus teſtimonio confirmare.

Datum in Lalandia apud Oſterburch anno Domini MCCV. Indictione octaua.

XXXVIII. a)

Waldemari II. Regis, Nordalbingiæ domini, priuilegium pro Canonicis Ripenſibus.

Ex TERPAGER. *Ripæ Cimbricæ p. 177. 178.*

Pertinet ad annum MCCXXIII. *not. a*)

Anno 1206. Sild. V. Dei gracia Danorum Slauorumque Rex, Dux Iutie, *Dominus Nordalb.* omnibus preſentem paginam inſpicientibus ſalutem et gratiam. Preteritorum cognitio habetur certior et ſolet diutius ſcripture patrocinio perdurare. Vniuerſis igitur preſentibus et futuris notificamus, quod Canonicis Rip. Eccleſie hanc indulſimus libertatem, vt villici eorum ab expeditionis grauamine et ab omni iuris noſtri exactione ſint immunes. Hanc itaque immunitatis conceſſionem ſigilli noſtri appenſione confignantes confirmamus. Si quis vero hanc donationem noſtram proceſſu temporis reuocare preſumpſerit, profecto in Deum et in nos ſe nouerit deliquiſſe.

Datum in *Sild* anno MCCVI. regnante Venerabili Rege Waldemaro, anno IIII.

XXXVIII. b)

XXXVIII. b)

Aliud eiuſdem pro ciuibus Ripenſibus. Indidem p. 685.

Anno .... WDei gracia Danorum Slauorumque Rex, Dux lucie, *Dominus Nordalbingiæ*, omnibus exactoribus et villicis in regno noſtro conſtitutis ſalutem et dilectionem. Cum vniuerſis in regno noſtro conſtitutis ex iniuncto nobis diuinitus officio ſubuenire et condeſcendere teneamur; illis tamen ſpecialius nos recognoſcimus obligatos, qui voluntati noſtre ſe ſpecialius protulerint, nec labori nec expenſis ad beneplaciti noſtri promocionem in aliquo parcentes. Huius itaque non immemores, ciuibus Ripenſibus, auctoritate freti Regia, hanc libertatis prerogatiuam concedimus, vt vbicunque infra regni noſtri terminos eos declinare contigerit, negociandi cauſa, ne aliquibus angariis pregrauentur, nec quicquam ab eis reſpectu fori vel thelonei exigatur, ſed ſine omni oppreſſione liberi dimittantur. Vt igitur iſta donacio firma et immutabilis habeatur, preſentem paginam dignam duximus roborari ſigilli noſtri teſtimonio. Quicunque autem contra predictam donationem eos moleſtauerit vel aliqua indebita perſoluere coëgerit; Maieſtati Regie profecto ſe nouerit obuiare.

XXXIX.

Fridericus II. Imp. in ſuam poteſtatem redigere molitur Waldemarum II. Daniæ regem cum filio captum ab Henrico Comite Suerinenſi.

Ex SCHANNAT. *Vindem. I. p. 194. ex Cod. MS. Mogunt.*

Anno 1224. FRidericus Dei gratia Romanorum Imp. dilecto principi ſuo C. Hildeſheimenſi Epiſcopo etc. Filium circumſpectioni tuæ commendamus etc. Sane relatum eſt Celſitudini noſtræ, quod *Rex Daciæ* ac *Filius eius* capti a Comite H. de Zwrin Dilecto Fideli noſtro in Cuſtodia detinentur, qui Rex, ſicut tu ipſe noſti, præter præcedentem Cauſam, multa de Bonis Imperii occupauit, ad nos et imperium, Reſpectum, quem debuit, non habendo; vnde cum ad Recuperationem Bonorum Imperii totis viribus et affectibus anhelemus, vt ipſa poſſimus ad Imperium reuocare, affectionem tuam Rogandam duximus omnimodis et monendam, quatenus ad hoc, *quod ipſe rex et Filius eius ad manus veſtræ deueniant*, prorſus et totaliter elabores, facturus quod quicquid venerabilis Erbipolenſis Epiſcopus propter hoc promiſit, vel dehinc promiſerit Comiti prædicto, et ipſe promittas cum eo, quia nos illud Ratum habebimus, et omnia cum conſilio tuo curabimus efficaciter obſeruare.

XL.

Honorii PP. III. epiſtola ad Engelbertum Colonienſem Archiepiſcopum pro liberatione Regis Waldemari et filii.

Ex RAYNALDI *annal. eccl. t. 13. p. 301. n. 24. ſq.*

Anno 1223. Romæ. HOnorius etc. Colonienſi Archiepiſcopo etc. Immanitas deteſtandi facinoris, quod HENRICVS Comes de *Zwerin*, in chariſſimum in Chriſto filium noſtrum .... illuſtrem Regem *Daciæ*, dominum ſuum, et eius filium, attentauit, Deum procul dubio incitat, et incitare debet homines contra eum, ipſumque reddere odibilem vniuerſis, qui perfidiæ doloſitatem oderunt, et diligunt fidei puritatem. Sicut enim ex literis prælatorum et principum regni Daciæ nobis innotuit, cum idem Rex in quandam inſulam ipſius regni, æſtiuo tempore, ob aëris clementioris temperiem cum ſua priuata familia ſeceſſiſſet, nec

aliquas ſuſpicaretur inſidias, vtpote qui non moliebatur aduerſus aliquem quicquam mali; ecce! dictus Comes, tranſgreſſor iuramenti fidelitatis, quod ei præſtiterat, et multorum beneficiorum, quæ ab ipſo receperat, immemor et ingratus, nocturno tempore in tentorium eius irruens cum armatis, immitis mitem, armatus inermem, vaſſallus dominum, in ſtrato ſuo dormientem, inuaſit, et quod ſine dolore nec audire potuimus, nec poſſumus recitare, ipſum Regem impie vulneratum, vna cum præfato filio, in ſyluam quandam abduxit, ac deinde cum illis extra regnum ſe tranſferens, eos in diſtrictu Imperii captos detinere præſumit. Omnes ſiquidem Reges et principes tangere debet tam enorme flagitium, eo quod aliis attentandi contra dominos ſuos ſimilia tribuere potuit incentiuum, audentibus hoc exemplo præſumere, quæ Comitem prædictum audiuerint præſumpſiſſe. Sane licet apoſtolatus officium nos vniuerſorum conſtituat debitores; dicto tamen Regi ſpecialis ratio non vna, ſed multiplex, aſtringit, ita quod ſine læſione famæ noſtræ, ac etiam conſcientiæ, ſibi non poſſemus in tam grauis articuli neceſſitate deeſſe. Primo enim regnum *Daciæ* ſpecialiter ad Romanam ſpectat Eccleſiam, et ad ſpecialis ditionis indicium ei eſſe noſcitur *cenſuale:* idemque Rex, ſicut et prædeceſſores ſui, ſe Apoſtolicæ ſedi fidelem ſemper exhibuit, et deuotum. Vnde ſi eadem ipſum in hoc caſu, quod abſit, defereret; ſe non ſolum ingratam, ſed indignam quoque fidelitatis et deuotionis huiuſmodi exhiberet. Accedit et alia ratio, non inualida, ſed quæ ſola ſufficeret, nos ad ipſius Regis ſubuentionem inducere, etiamſi rationes deficerent ſupradictæ. Idem enim Rex, etſi pro ſubſidio Terræ ſanctæ non baiulat ſignum Crucis in publico, illud tamen ad noſtram exhortationem ſuſceptum, baiulat in occulto, certa nobis promiſſione facta, quod ipſe, vel filius eius, in ipſius Terræ ſanctæ ſuccurſum tranſfretabit in inſtanti paſſagio generali. Et ſi forſan neuter ipſorum perſonaliter tranſfretare potuerit; illuc centum, vel ad minus quinquaginta milites deſtinabit. Vnde patet cuilibet, volenti veritatem rationis inſpicere, quod ſæpedicto Regi tenemur, ſaltem ſicut aliis crucefignatis, adeſſe. Gaudentes igitur, et charitatem tuam dignis in Domino laudibus commendantes, quod ad liberationem ipſius Regis, et filii ſui, hactenus, ſicut accepimus, fideliter intendiſti, fraternitatem tuam rogamus attentius, et hortamur, ac tibi per Apoſtolica ſcripta firmiter iniungendo mandamus, quatenus, quod hactenus feciſti laudabiliter per te ipſum, de cætero ſtudioſius facies, mandato et precibus apoſtolicis inuitatus, ad liberandum eos, modis quibuſcunque potes, inceſſanter intendas, ita quod ſtudium tuum clareat per effectum, et tu præter ſedis Apoſtolicæ gratiam, quam ex hoc plenius aſſequeris, creſcas et nomine apud homines, et merito apud Deum. Inter cætera vero dictum Comitem ex parte noſtra moneas diligenter, vt, infra menſem poſt ſuſceptionem literarum noſtrarum, quas ſuper hoc ſibi dirigimus, præfatum Regem, et filium eius plene libertati reſtituat, et abſque difficultate qualibet liberos abire permittat, noſque ipſi faciemus exhiberi iuſtitiæ complementum, ſi aduerſus eum habet aliquid quæſtionis. Qui ſi tuis, immo noſtris, acquieſcere monitis non curauerit; ipſum et omnes eius in hac iniquitate fautores, ſublato appellationis obſtaculo, excommunices, faciens excommunicationem ipſam ſingulis diebus dominicis et feſtiuis, pulſatis campanis, et candelis accenſis, ſolemniter publicari per vniuerſa loca, in quibus videris expedire etc.

Dat. Later. Kal. Nouembr. an. VIII.

XLI.

Eiuſdem exhortatio ad Comitem Suerinenſem, vt Regi obſides et pecuniam reſtituat.

Ex RAYNALD. *Annal. eccl. t. 13. p. 334. n. 53.*

Anno 1226 Romæ. HOnorius etc. Comiti Zwerinenſi etc. Olim credidimus, quod grandem et grauem maculam, quam in tua fama improuide poſuiſti, charifſimum in Chriſto filium noſtrum, illuſtrem Regem Daciæ, dominum tuum, rupto fidelitatis fœdere captiuando, excitatus increpationibus apoſto-

apoſtolicis, recognoſceres, et ipſum Regem, iuxta exhortationes noſtras, libere admittendo, eandem maculam per citæ ſatisfactionis remedium aboleres. Tu vero, cura famæ tuæ poſthabita, et inculcatione precum, ac præceptorum noſtrorum penitus obaudita, ab ipſo Rege extorſiſti per violentiam iuramentum, quod *filios ſuos* obſides tibi daret, et quandam tibi ſolueret pecuniæ quantitatem: ipſum in his, et aliis intoleraliter aggrauando, in graue præiudicium ſubſidii terræ ſanctæ, ad quod magnifice impendendum ante captionem ſuam ſolemnis promiſſionis vinculo ſe aſtrinxit, nec non in grauem Apoſtolicæ ſedis iniuriam et contemptum, cui regnum eſſe dignoſcitur ad ſpecialis ditionis indicium *cenſuale*, et quam eidem Regi aſtringit eius deuotio ſpecialis. Quoniam igitur tantum ſubſidii Terræ ſanctæ diſpendium, tantumque noſtrum et Eccleſiæ Romanæ contemptum ſub diſſimulatione tranſire nec volumus, nec debemus; nobilitatem tuam monemus, rogamus, et ſub obteſtatione diuini iudicii obſecramus, per apoſtolica tibi ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus *obſides*, et *pecuniam*, quam a Rege receperis prædicto, ei ſine difficultate reſtituas etc.

Datum Later. v. id. Iun. pontificatus noſtri anno decimo.

XLII.

Alexandri PP. IV. Reſcriptum pro Ottone de Luneburg ad Albertum, Rigenſem Archiepiſcopum.

Ex RAYNALD. *annal. eccl. t. 14. p. 13. n. 63.*

Pertinet ad an. MCCXXIII. *not. i*)

Anno 1255. ALexander etc. Cum, ſicut dilecti filii, nobiles Viri, *Otho de Luneborch*, et Tydericus de Kiuel, fratres, Rigenſis et Reualienſis diœceſis, eccleſiæ Romanæ deuoti, ſua nobis petitione monſtrarunt, iidem modicam paganorum multitudinem, ipſorum terræ vicinam, adeo induxerint, vt ipſi pagani, apertis intelligentiæ oculis, velint et cupiant ad Chriſtianæ fidei notitiam peruenire; nos vota ipſorum in hac parte fauorabiliter proſequi delectantes, mandamus, quatenus, ſi eſt ita, præfatos paganos ad eandem fidem autoritate noſtra recipere non omittas, præficiens eis poſtmodum, poſtquam locum ad conſtruendam epiſcopalem eccleſiam deputarint ac ipſam de bonis propriis dotauerint competenter, nihilominus aliquam perſonam idoneam, abſque præiudicio iuris alieni, et præcipue dilectorum filiorum, Magiſtri et fratrum hoſpitalis S. Mariæ Theutonicorum in Liuonia et Pruſſia, ſi expedire videris, in Epiſcopum, et paſtorem.

Dat. Neap. XIV. Kal. april. ann. I.

XLIII.

Honorii Papæ III. epiſtola ad Liuonos pro Epiſcopo Mutinenſi.

RAYNALD. *ad an.* MCCXXIV. *ſ. 38.*

Anno 1224. HOnorius etc. Epiſcopis et populo per Liuoniam conſtitutis etc. Ecce! ad euangelizandum in partibus illis eligimus venerabilem fratrem noſtrum, *Guillelmum, Mutinenſem Epiſcopum*, vel potius nobis, quaſi dicentibus, quem mittemus, et quis ibit nobis? idem cum Iſaia obtulit ſe mittendum, qui honeſtate vitæ, converſatione religionis, et eruditione ſcientiæ præditus, nec ignorans, quod nullum Deo ſacrificium ſit acceptius, quam lucrum quærere animarum, totum ad id ſe totaliter impendit, exemplum bonorum operum ponendo ſe ipſum, prout non tam argumentis probabilibus, quam experimentis euidentibus clarius luce patet. Quare commiſſo ſibi plene legationis officio, tam in prædictis regionibus, quam in *Holzeten, Heſtonia, Semigallia, Samblandia, Curlandia, Wirlandia* et in inſulis *Gulandiæ, Burgundomlinæ, Riuæ, Gothlandiæ*, ipſum ad partes illas prouidimus deſtinandum, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quod tanto, quæ Chriſti ſunt, ipſo propitio, aget felicius, quanto pro-

pria minus quæret; eoue facilius diffusa in labiis suis gratia optatum consequetur effectum, quo solet, quod prædicat, perfectius opere adimplere etc. Monet earum regionum præsules ac populos legatum debitis officiis, honore, ac beneuolentia prosequantur.

Dat. Laterani II. Kal. Ianuar. pontificatus nostri anno IX.

XLIV.

Honorius PP. III. Reges Russiæ inuitat ad ecclesiam Latinam, et dehortatur a vexationibus Christianorum in Liuonia.

Ex RAYNALDI *Annal. eccles. t. 13. p. 337.*
Pertinet ad an. MCCXXIV. *not. ee*)

Anno 1227. Romæ.

HOnorius etc. Vniuersis Regibus Russiæ etc. Gaudemus in Domino, quod, sicut audiuimus, nuntii vestri, ad venerabilem fratrem nostrum, Mutinensem episcopum, A.S.L. a latere nostro, transmissi, eum humiliter rogauerunt, vt partes vestras personaliter visitaret, quia, cupientes sana doctrina salubriter instrui, parati estis omnes errores penitus abnegare, quos propter defectum prædicatorum, sicut dicitur, incurristis; et pro quibus iratus contra vos Dominus permisit vos hactenus multipliciter tribulari, tribulandos acrius, nisi de inuio erroris ad viam properaueritis veritatis, cum, quanto diutius duraueritis in errore, tanto timere possitis angustias duriores, quia, etsi non irascitur per singulos dies Dominus, in eos tamen, qui conuerti contemnunt, suæ tandem vibrat gladium vltionis. Per vos itaque certificari volentes, an velitis habere ab Ecclesia Rom. Legatum, vt eius salutaribus monitis informati, catholicæ fidei, sine qua nemo saluatur, amplectamini veritatem; vniuersitatem vestram rogamus, monemus, et hortamur attente, quatenus super hoc voluntatem vestram nobis per literas et fideles nuntios intimetis. Interim autem pacem cum Christianis de *Liuonia*, et *Estonia* firmam habentes, non impediatis profectum fidei Christianæ, ne diuinam et Apostolicæ sedis incurratis offensam, quæ facile de vobis potest, quando vult, sumere vltionem; sed potius, Domino largiente, per veram obedientiam et gratæ deuotionis obsequia, vtriusque mereamini gratiam et fauorem.

Dat. Later. XVI. Kal. Febr. pont. nostri anno XI.

XLV.

Honorii PP. III. epistola, qua Archiepiscopum et Capitulum Bremense iterato dehortatur ab impetitione Liuonienſis Episcopi super agnoscendo Metropolitano Bremensi.
Ex MS. *

Anno 1224. Romæ.

HOnorius Episcopus, seruus seruorum Dei, Venerabili Fratri, Archiepiscopo, et dilectis filiis, Capitulo Bremensi, salutem et Apostolicam benedictionem. Graue gerimus et indignum, quod, sicut Venerabilis Frater noster, Liuonienſis Episcopus, nostris auribus intimauit, vos, ecclesiam Liuonienſem Bremensi ecclesiæ subiicere iure metropolitico gestientes, ipsum multipliciter

* Summam huius epistolæ his verbis in Annales retulit RAYNALDVS *ad annum* MCCXXIV. *n. 38. Cum Liuonienſis Episcopus apud Apostolicam Sedem questus esset iniurias sibi ab Archiepiscopo Bremensi et Canonicorum illius ecclesiæ collegio illatas, qui Liuonienſem ecclesiam suæ metropolitano iure subiicere conabatur, Honorius cœptis eos abstinere iussit. Lib. 8. ep. 139.*

pliciter aggrauatis, non ſine graui Apoſtolicæ Sedis iniuria et contemptu, maxime cum iam ſecundario ſuper hoc receperitis ſcripta noſtra **. Vt igitur, ex iteratione mandati mandantis affectum plenius agnoſcentes vobis ab inobedientiæ vitio caueatis; vniuerſitati veſtræ per iterata ſcripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus, cum præfatam eccleſiam Liuonienſem, et omnes alias eccleſias, quæ ab ea et per eam ibidem, Deo cooperante, creantur, ad manus noſtras ſpecialiter teneamus, ab ipſius moleſtatione penitus deſiſtentes, eum ſuper hoc de cetero impetere nullatenus attemperetis.

Datum Laterani XII. Kal. Ian. Pontificatus noſtri anno VIII.

XLVI. a)

Balduini de Alna pactum cum parte Curonum de amplectendis ſacris Chriſtianorum.

Ex RAYNALDI *annal. eccleſ. t. 13. p. 387.*

Anno 1230. FRater B ..... * monachus Aluenſis, Domini Othonis Cardinalis, ſedis Apoſtolicæ legati, pœnitentiarius ac nuncius, omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Cum inſpirante gratia Spiritus ſancti, vbi, quando, atque quantum vult, *Lammechinus* Rex, et pagani de *Curonia*, de terris Eſeſtua, ſcilicet Durpis, et Saggara, et *Kiligundis*, quarum hæc ſunt nomina: Tdargolara, Oſua, Langis, Venelis, Normis, Kiemala, Pügawas, Sarnitus, Riwa, Saceze, Edualia, Aliſwanges, Ardus, Aloſtanotachos, et de aliis *Kiligundis*, villis ex vtraque parte *Winda* ſitis, offerrent ſe ad fidem Chriſti ſuſcipiendam, terras ſuas, ſe, et obſides ſuos per manum noſtram ad manus Domini Papæ conferentes; omnimodæ eiuſdem ordinationi ſtare perpetuo promiſerunt. Nos vero, domini Papæ vices in hac parte agentes, de communi conſilio Eccleſiæ Rigenſis, Abbatis de Dunemunde, mercatorum omnium, Militum Chriſti, peregrinorum, ac ciuium Rigenſium, tale cum eis pactum iniuimus, et firmauimus conditionem, videlicet, quod in continenti ſacerdotes recipient, auctoritate noſtra ſibi deſtinandos, honeſte in neceſſariis procurabunt eos, et eiſdem, tamquam veri Chriſtiani, in omnibus obedient, et eorundem per omnia ſalutaribus monitis acquieſcent: ab hoſtibus eos, ſicut ſe ipſos, defendent: ab eiſdem omnes, tam viri, quam mulieres, et infantes, ſacri regenerationem baptiſmatis indilate recipient, et aliorum ritus Chriſtianorum obſeruabunt. Epiſcopum autem, domini Papæ auctoritate inſtituendum eiſdem, cum reuerentia ac deuotione, tamquam patrem ſuum et dominum, recipient, et in omnibus, tamquam domino ſuo et epiſcopo, aliorum more debito Chriſtianorum, perfectiſſime obedientes, eidem obtemperabunt, ipſi reuerentiam ac ſubiectionem, domino et epiſcopo ſuo debitam, impendentes. Ad ea vero iura, quæ perſoluere tenentur indigenæ de *Gothlandia*, per omnia perpetuo tenebuntur Epiſcopo ſuo, ſuiſque prælatis annuatim perſoluenda, ita quod nec regno *Daciæ*, nec *Suecie* ſubiicientur. Perpetuam enim eis indulſimus libertatem, quamdiu eos apoſtatare non contigerit; pacto tamen inito et in chartula præſenti conſcripto robur perpetuum obtinente, expeditiones ſuper paganos tam pro terræ Chriſtianorum defenſione, quam pro fidei dilatione faciendas frequentabunt: infra biennium domino Papæ ſe præſentabunt, et ſecundum eiuſdem arbitrium per omnia perpetuo ſe habebunt, et ordinationem. Medio autem tempore inſtituta noſtra perfecte ſeruantes ac præcepta, nobis obedient in omnibus, et per omnia obtemperabunt, ſalua in omnibus autoritate domini Papæ.

Actum anno domini MCCXXX. in die Innocentum

** Primum Reſcriptum receperant anno MCCXVIII. quo Honorius grauiter eos redarguit, quod Cruce ſignatos Chriſti fidelibus in Liuonia ſuppetias ferre prohibuiſſent, vt Epiſcopum ſuæ metropolis iuriſdictioni ſubiicerent. Idem *ad h. a. n. 40.*

* Balduinus.

XLVI. b)

Eiuſdem pactum cum altera parte. Indidem.

Anno 1230. FRater B .... etc. Cum inſpirante gratia Spiritus ſancti, vbi, quando, atque quantum vult, ſpirantis, nobis, quamlibet indignis, adminiſtrantibus atque procurantibus, pagani de *Curonia*, ſcilicet de Bandowe, de Wannenia, de citra *Winda*, de villis, quarum nomina hæc ſunt: Rende, Waſa, Galle, Matichule, Wanne, Pyrre, Vgeneſſe, Cadowe, Anzes, Talſe, Arowelle, Pope, et pluribus aliis, fidem ſuſceperint Chriſtianam; ad hoc ipſum obſides ſuos dederunt, et ſacri regenerationem baptiſmatis receperunt. Nos vero, de communi conſilio et conſenſu eccleſiæ Rigenſis, Militum Chriſti, vniverſorum peregrinorum, omnium ciuium Rigenſium et mercatorum, tale cum eiſdem pactum iniuimus ac firmauimus conditionem etc. vt in præcedenti.

XLVII.

Rigenſium et Fratrum Militiæ compoſitio cum Curonibus, qui ſemet ad baptiſmum obligant et ad pendendum tributum.

Ex Dn. NETTELBLADT *Rer. Curland. faſc. 1. p. 145.*

Anno 1230. COnuentus ſancte Marie in Riga, *Fratres Militiæ Chriſti*. Rathmanni ceterique Burgenſes *Rigenſes*. Vniuerſis Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum peruenerit, Salutem in vero ſalutari. Notum ſit omnibus futuris et præſentibus, quod cum *Curonibus* et locis, quorum hæc ſunt nomina: *Rende, Galewalle, Pidewale, Matekule, Wane, Pure, Vgeſſe, Candowe, Anſes*. Talem fecimus compoſitionem, cum ſe offerrent ad ſubeundum iugum Chriſtianitatis, quod videlicet ipſi et eorum Succeſſores de quolibet *vnco* * ſoluerent nobis annuatim dimidium nauale talentum ſiliginis, et de *erpica***, quæ vulgari noſtro *egede* dicitur, ſoluerent ſimiliter dimidium talentum ſiliginis. Si vero aliquis vno equo laborat in *vnco* et *erpica*, non ſoluet niſi tantum dimidium talentum ſiliginis. Inſuper Sacerdotibus ſuis, quos de *Riga* aduocabunt, quantocius poterunt abſque periculo, neceſſaria vitæ perſoluent, et ab eis obedienter *Baptiſmum recipient*, et *legem Chriſtianam*, ſaluis ſibi poſſeſſionibus et proprietatibus agrorum, ceterarumque rerum ſine conditione *** cuiuſlibet poteſtatis. Præterea iidem Curones nobiſcum impugnabunt inimicos Chriſti. Ne ergo, quæ geſta ſunt a nobis, proceſſu temporis euaneſcant, et in irritum deducantur, niſi forte Curones infregerint, rebellando Chriſtianos, firmandum duximus et obſeruandum. vnde et literis noſtris ea perennari fecimus, et ſigillis noſtris roborari: ſubarratis teſtibus, quorum hæc ſunt nomina:

Mauritius, Prior ſanctæ Mariæ in Riga.
Hedenricus Celerarius.
Heinricus Camerarius.
Volquinus, Magiſter militiæ Fratrum.
Rudolphus de Caſſele.
Gerefridus Wirdic.
Mariæwardus de Thuringia, Fratres eiuſdem militiæ.
De Rathmannis: Wernerus, Tridericus de Wenden.
Albertus Vtnordius, Woldericus.
Peregrini: Iuſtauius de Dut, Alexander de Vechte, Thomas de Hunefelde, Dodo de Trauenemine.
Burgenſes Lubecenſes: Marcqwardus de Hagen, Sifridus de Hoſenberge, Heinricus Clenebur, et alii quam plures.

Actum publice in Riga. Anno Dominicæ incarnationis MCCXXX.

XLVIII.

* vncus eſt aratrum.
** erpica eſt occa.

*** Leg. *contradictione*.

XLVIII.

Gregorius PP. III. Balduinum de Alna, Epiſcopum Semigallienſem, Apoſtolicæ Sedis Legatum per Liuoniam conſtituit.

Ex RAYNALD. *annal. eccleſ. t. 13. p. 386.*

Anno 1232. Reate.

GRegorius etc. Epiſcopo Semigallienſi etc. Cum in minori adhuc officio conſtitutus de credito tibi talento fructum acceptabilem, et de labore tuo benedictionis manipulos reportans, digne, velut fidelis ſeruus et prudens, ſuper familiam Domini, cui cibum debeas in tempore miniſtrare, conſtitui meruiſti; vtique de gratia in gratiam, et de virtute proficiens in virtutem, mundi deſideria abnuens, ſtuduiſti ſpiritu ambulare. Olim ſiquidem, memor exiſtens, quod nullum Deo ſacrificium eſt acceptius, quam lucrum quærere animarum, feruore deuotionis accenſus, ad mandatum dilecti filii noſtri, Othonis, ſancti Nicolai in carcere Tulliano diaconi Cardinalis, tunc apoſtolicæ ſedis Legati, in laboribus et periculis multis, quaſi lordanem cum Iacob in baculo, pro gentium conuerſione maria tranſiens, non ſolum cum duabus turmis ouium; verum etiam cum diuerſis prouinciis paganorum in Chriſto credentium remeaſti ad arcam, ſicut columba, deferens ramum virentis oliuæ, in reconciliatione non paucæ barbaræ nationis. Eo igitur gratia collata tibi a Domino ſuauius delectati, quo exinde flores et fructus prouenient gratiores, cum non eſſet lucerna ponenda ſub modio, ſed ſupra candelabrum, vt tenebras multorum illuminet, collocanda; te in *Semigallienſem Epiſcopum* manibus noſtris duximus conſecrandum: indubitatam quoque de te gerentes fiduciam, vtpote non tam argumentis, quam euidentibus experimentis inſtructi, quod animarum ſalutem, et Chriſtiani cultus ſitias incrementum, ad quæ potens es in opere ac ſermone, conceſſo tibi in *Liuonia*, *Gothlandia*, *Vinlandia*, *Heſtonia*, *Semigallia*, *Curlandia*, et ceteris neophytorum et paganorum prouinciis, et inſulis circumpoſitis, *Legationis* officio, pro fidei finibus dilatandis, fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus in locis eiſdem libere Chriſtum annunties, corrigendo perſonas eccleſiaſticas, et eccleſias reformando: inſtituas quoque in eis, et inde amoueas, cum opus fuerit, abbates, priores, alioſque, ſubditos et perſonatus habentes, promouens ad ordines clericos; electionem Epiſcoporum confirmans, eiſque conſecrationis, et abbatibus benedictionis munus impendens, cum expedierit et videris opportunum. Virtute igitur ſpiritus indutus ex alto, commiſſam tibi ſolicitudinem tam laudabiliter ſtudeas exercere, vt per miniſterium tuum in partibus illis, fide catholica propagata, ei placeas, qui ſibi placitos prouehit in ſalutem, paratus, quod ſupererogaueris, compenſare. Ne autem tibi deſit poteſtatis auctoritas, cui adeſt conſcientiæ puritas, et præſto eſſe creditur iudicium rationis; præſentium tibi auctoritate concedimus, vt contradictores et rebelles excommunicationis, ſuſpenſionis et interdicti cenſura percellas, quia et nos ſententiam, quam in tales rite protuleris, ratam habebimus, et faciemus, auctore Domino, vſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſeruari.

Dat. *Reate* v. Kalend. Febr. pontif. noſtri anno v.

XLIX.

Nicolaus Epiſcopus Rigenſis tertiam partem Oſiliæ, Curlandiæ et Semgalliæ Ciuibus Rigenſibus attribuit.

Dn. NETTELBLADT *Rer. Curland. faſc. 1. p. 146.*

Anno 1231.

NIcolaus Dei gracia *Rigenſis Epiſcopus*, Vniuerſis Chriſti fidelibus, tam futuris quam præſentibus, feliciter conſummari. Cum fidei fons, exortus in *Riga*, riuos ſuos in diuerſas Prouincias Idololatria deluſa deriuauerit, nomenque Domini noſtri Ieſu Chriſti, gentibus incognitum, notificauerit; abſurdum

dum valde videretur et indignum, vt his, qui huic fonti laboribus plurimis et expensis non modicis consolationis fomenta præbebant irriguo, priuarentur. Hinc est, quod vniuersitati vestræ notum esse volumus, quod nos, de consensu et voluntate Capituli nostri, nec non honestorum ac prudentum virorum *peregrinorum*, et aliorum, tunc præsentium, consilio, de terris, videlicet, *Osilia*, *Curlandia*, *Semigallia*, exceptis *Mederothe*, *Vppernede*, post discessum Domini *Mutinensis* Episcopi, tunc in partibus Liuoniæ Apostolicæ sedis Legati, Domino acquisitis, seu deinceps acquirendis, *tertiam partem*, cum omni iure temporali, decimarum et locatione Ecclesiarum, Ciuibus *Rigensibus* ac eorum hæredibus vtriusque sexus in beneficio porreximus, ita tamen, vt Ecclesias dotent, et nobis personas idoneas repræsentent, quæ a nobis curam recipiant animarum, et tam Laici quam clerici nobis in Synodalibus obediant. Quicunque autem vice Episcopi Ecclesias Synodi causa visitauerit, cum septem equitaturis procurabitur. Præfatum autem beneficium *Duodecim Consules* nomine totius ciuitatis receperunt, iuramento fidelitatis Ecclesiæ Rigensi et nobis præstito, quod ipsam cuitatem Rigam, et omnes terminos Episcopatus nostri, contra quælibet, *excepto Imperio*, defendant, et eam fidem nobis seruent, quam fideles suo Domino seruare tenentur, idem per omnia successoribus nostris seruaturi. Si autem ex his duodecim quis morte vel quocunque alio modo a Consilio ciuitatis cesserit; successor ipsius nobis homagium facere et secundum præscriptam formam iurare tenetur. Inter cetera talem addimus distinctionem, quod de terris prætaxatis, quantum ad Diœcesin Rigensem pertinebunt, rata erunt omnia, secundum tenorem præmissum. In Episcopatibus autem in posterum creandis partes nostras interponemus fideliter pro ciuibus iam dictis, vt obtineant portionem suam, quam tenebunt de manibus Episcoporum instituendorum. Et ne series huius rationabilis facti obliuione labatur, aut scrupulum contradictionis admittat; præsens scriptum nostro, Ecclesiæque nostræ, nec non *Domus Fratrum militiæ Christi* Sigillis roboramus.

Testes huius facti sunt:

Iohannes Præpositus.
Mauritius Prior.
Henricus Camerarius Ecclesiæ Rigensis.
Iordanis Plebanus sancti Petri, eiusdem Ecclesiæ Canonicus.
Arnoldus, Capellanus noster.
Magister Volquinus.
Rodolffus de Casle.
Gerfridus Widikee; *Fratres Militiæ Christi.*
Nobilis vir, Dominus Albertus de Arnestein.
Hildemarus Scoke, Conradus et Volquinus de Halle, *peregrini.*
Waltherus miles, Theodericus de *Berewich*, Iohannes de *Raceborg*, Fridericus de *Lubeke*, Henricus filius Ertmari, *ciues Rigenses.*

Datum Anno gratiæ MCCXXXI. v. Idus Augusti, Indictione VI. Pontificatus nostri Anno primo.

L.

Guilielmus Mutinensis denuo Legatus sedis Apostolicæ in Prussiam et Liuoniam mittitur.

Ex RAYNALD. *annal. eccles. t. 13. p. 420. n. 45.*

Anno 1234. GRegorius etc. Vniuersis Christi fidelibus per *Liuoniam*, *Prussiam*, *Gothlandiam*, *Winlandiam*, *Estoniam*, *Semigalliam*, *Curlandiam*, et cæteras neophytorum et paganorum provincias et insulas constitutis etc. Quoniam, vt ait Apostolus: Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt; vel quomodo credent ei, quem non audierunt, aut quomodo audient sine prædicante, et quomodo prædicabunt, nisi mittantur; suscitauit olim Dominus spiritum venerabilis fratris nostri, WILHELMI, *Episcopi* quondam *Mutinensis*, qui de mandato sedis Apostolicæ ad paganos illos accedens, qui circa regiones vestras existunt, non modicam multitudinem eorundem ad agnitionem veritatis adduxit, multorum in eis errorum generibus extirpatis, quibus ita miseri tenebantur

bantur impliciti, vt cultum Chriſtiani nominis non habentes, omnem intentionem ſuam cultui tantum viſibilium applicarent. Verum idem Epiſcopus, eleuatis oculis, videns quod regiones veſtræ albæ ſunt iam ad meſſem, cum Ieſus Chriſtus Deus noſter, ſicut accepimus, ſuper gentem veſtram clementer reſpiciens, oſtium eius ſaluationis dignatus ſit aperire, ac ad ſpirituales delicias, conuerſionem videlicet gentis eiuſdem, totis deſideriis, totiſque animi medullis ſuſpirans; nobis, qui locum illius, licet immeriti, tenemus in terris, qui diſcipulis ſuis ait: Rogate Dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam; cum multa precum inſtantia, et lacrymarum affluentia ſupplicauit, vt, cum expertus curæ laborioſa certamina paſtoralis, quamquam poſſit dicere cum Apoſtolo: Bonum certamen certaui; curſum cupiat perfectioris operis conſummare, vt ei corona iuſtitiæ de reliquo reponatur; ipſum, Epiſcopatu propter vos Mutinenſi dimiſſo, paratum pro vobis, ſi opus fuerit, etiam calicem bibere paſſionis, in meſſem Domini mittere dignaremur. Nos igitur pium eius et ſanctum propoſitum in Domino commendantes, ac reuocantes Legationis officium, et vniuerſas literas et indulgentias, venerabili, fratri noſtro epiſcopo Semigallienſi*, conceſſas, eum ad euangelizandum gentibus nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, commiſſo ſibi plene Legationis officio, ad partes ipſas prouidimus deſtinandum, vt auctore Domino, tamquam diligens cultor agri dominici euellat et deſtruat, diſſipet et diſperdat, ædificet et plantet, prout ſibi Dominus miniſtrabit. Monemus itaque vniuerſitatem veſtram etc.

Datum Laterani IX. Kal. Martii, anno pontificatus noſtri VII.

LI.

Gregorii PP. IX. epiſtola encyclica de ſtatu Pruſſiæ ad Præſules Bohemiæ.

Ex RAYNALD. *annal. eccleſ. t. 13. p. 387. n. 6.*

Anno 1232. GRegorius etc. Ex literis venerabilium fratrum noſtrorum, Mazouienſis et Wratiſlauienſis, epiſcoporum, et capitulorum ſuorum, nec non prudentium virorum relatu, percepimus, quod pagani *Pruteni*, verum Deum et dominum Ieſum Chriſtum agnoſcere reſpuentes, vltra *decem millia villarum*, in Pruſſiæ confinio poſitarum, clauſtra, et eccleſias plurimas, combuſſerunt. Quare ad cultum diuini nominis, præterquam in ſiluis, in quibus multi de fidelibus latitant, locus hodie non habetur. Ipſi etiam pluſquam viginti millia Chriſtianorum in occiſione gladii poſuerunt, et ignominioſa morte damnarunt, et adhuc de fidelibus vltra quinque millia detinentes in compede ſeruitutis, reliquos habitatores Mazoviæ, Cuiauiæ, et Pomeraniæ inſtanter perdere moliuntur, iuuenes, quos capiunt, continuis et horrendis laboribus conſumendo, virgines pro ridiculo floribus coronatas in ignem dæmoniis immolant, ſenes occidunt, pueros necant, quoſdam infigendo verubus, quoſdam ad arbores allidendo. Quid vltra? Ipſi ferarum more humanum ſanguinem ſitientes, in contumeliam Creatoris, quem multi eorum poſt receptam baptiſmi gratiam reliquerunt, luci tenebras præferendo, illa fidelibus infligunt iacula tormentorum, quæ ſtuporem afferunt cogitata, et potius fletus materiam offerunt, quam relatus. Et licet dilecti filii, Fratres hoſpitalis S. Mariæ Theutonicorum Hieroſolymitani, pro reuerentia Ieſu Chriſti, cuius ſe obſequio deuouerunt, aſſumpſerint in Pruſſiæ partibus negotium fidei ex animo proſequendum, cum quibus Deus miſericorditer operatur, reprimendo per eos impetum barbaræ feritatis; quia tamen ad tam arduum negotium ſufficere per ſe nequeunt, et egent fidelium ſubſidiis adiuuari: vniuerſitatem veſtram monemus et obſecramus in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus, aſſumpto ſanctæ prædicationis officio, propter Deum, pauperum et debilium

Ttt 2

* Balduino, qui fuit Semigallenſium vel Selonienſium vltimus.

bilium cruceſignatorum in regno Bohemiæ, cum quibus duximus diſpenſandum, vota peregrinationis in ſuccurſum prædictorum fidelium commutetis, et tam eos quam alios fideles in regno conſtitutos eodem ad nimiam charitatem, qua Chriſtus nos dilexit et diligit, reſpectum habere, et ei retribuere aliquid pro omnibus, quæ tribuit ipſe illis, monitis, et exhortationibus veſtris, ſecundum datam vobis a Deo prudentiam, informetis diligenter et ſolicite, poſtulantes, vt ipſi, redempti pretio glorioſo, in quos, tanquam viros Chriſtianos et Catholicos cadere opprobria exprobrantium Chriſto debent, ſe viriliter, et potenter accingant, tamquam Zelum Dei habentes ad vindicandam iniuriam Crucifixi, et ad liberandum proximos de manibus paganorum, profecturi et acturi ſecundum Fratrum conſilia prædictorum, ita quod et ipſis præmium debeatur æternum, et infideles non poſſint, quod impune Chriſti nomen impugnauerunt, gloriari.

LII.

Gregorii PP. IX. Mandata ad Guilielmum Legatum.
Ex RAYNALDI *annal. eccl. t. 13. p. 445. n. 62.*

Anno 1236. GRegorius etc. Ne terra vaſtæ ſolitudinis, quam Dominus in partibus *Liuoniæ*, *Semigaliæ*, *Curoniæ*, ac *Eſtoniæ* per miniſterium *Prædicatorum* adducens ad cultum nominis Chriſtiani, de ſemine verbi ſui fecit noua fidelium ſegete pullulare, quod abſit, in falſuginem redigatur; ſed potius creſcens in meſſem in fructum exuberet opportunum; expedit, vt Chriſti fideles a paganis, qui adhuc gentilis erroris horrore ſunt hiſpidi tanquam ſpinis, nullatenus opprimi permittantur, ſed potenter defendantur ab eis, alias congruis auxiliis confouendi, quatenus non ſolum a veritatis ipſi tramite deuiare cogantur, verum etiam in fide fortius radicati converſionem aliis valeant efficacius ſuadere. Quantus enim dolor, quantuſue pudor eſſet populo Chriſtiano, et maxime circumpoſitæ regioni, ſi terra, plurimis laboribus et expenſis Domino acquiſita, per deſidiam fidelium perderetur? Vt igitur tam arduum negotium fidei ſalubriter promoueri valeat, diuina clementia miſerante, ac feliciter conſummari, *fraternitatem tuam* monemus et obſecramus in Domino, in remiſſionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus, aſſumpto prædicationis officio propter Deum pauperum *cruceſignatorum* in *Bremenſi prouincia*, nec non in *Magdeburgenſi*, *Hauelbergenſi*, et *dimidia Brandeburgenſi verſus Albeam*, in *Verdenſi*, *Mindenſi*, et *Padeburnenſi*, diœceſibus, ac *Gotlandia*, cum quibus duximus diſpenſandum, vota peregrinationis conuertens in ſuccurſum fidelium prædictorum, tam eos, quam alios fideles, in eiſdem prouincia et diœceſibus conſtitutos, ad nimiam charitatem, qua Chriſtus eos dilexit et diligit, reſpectum habere, et ei retribuere aliquid pro omnibus, quæ retribuit ipſe illis, monitis et exhortationibus tuis, ſecundum datam tibi a Deo prudentiam, informare procures diligenter et ſolicite; poſtulans, vt ipſi, redempti pretio glorioſo, in quos, tamquam viros Chriſtianos et Catholicos, cadere opprobria exprobrantium Chriſto debent, ſe viriliter et potenter accingant, velut Zelum Dei habentes, ad ampliandum nomen fidei Chriſtianæ, et liberandum proximos de manibus paganorum, profecturi ſecundum tuum conſilium, et acturi ita, quod et ipſis præmium debeatur æternum, et infideles non poſſint, quod impune Chriſti nomen impugnauerint, gloriari. Circa *perſonas* vero et *terras*, quas Dominus ad fidem vocauerit, taliter prouideas, quod *neophyti* congrua libertate gaudeant, ordinentur eccleſiæ et dotentur, nec infeudentur decimæ, et terra ſine noſtro beneplacito nullatenus diuidatur. Præterea epiſcopos, aſſecutos iam ſedes, quorum eccleſiæ ſunt dotatæ, *fratres* quoque *militiæ Chriſti*, obtinentes poſſeſſiones et caſtra, et *ciues Rigenſes*, cum habeant ciuitatem; nec non neophytos, qui per munimen caſtrorum aliquam tutelam habere noſcuntur, moneas diligentius et inducas, vt cum peregrinorum auxilio ad faciendas munitiones pro neophytis, paganis expoſitis, et ad ordinandas ſedes *epiſcopis*, adhuc *vagantibus*, intendant fideliter et deuote. Cum autem multa neceſſitas exigat, vt illuc fidelium ſubſidium tranſmittatur, et dignum

dignum sit, vt tanto negotio laborantes debita pro labore stipendia consequantur, vt libentius, securi de retributione, procedant; nos, de omnipotentis Dei misericordia, et beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, auctoritate confisi, tam *crucesignatis*, quam *signandis* ad hoc, in prouincia et diœcesibus supradictis, qui laborem istum in propriis personis subierint, et expensis; et eis, qui in alienis expensis illuc accesserint, ibidem ad minus *per vnius anni spatium Domino seruituri*, seu illis, qui ad subuentionem prædictorum fidelium de propriis facultatibus ministrabunt, illam *remissionem* peccaminum indulgemus, quæ conceditur prædictis modis *subuenientibus Terræ sanctæ*.

Datum Viterbii XII. Kalend. Martii anno IX.

LIII.

Vlteriora mandata ad Guilielmum Mutinensem S. A. L. in causa Liuonica.

RAYNALDVS *annal. eccles. t. 13. p. 445. n. 65.*

Anno 1236. ASserat grauissima contentio inter Daniæ Regem Fratresque Militiæ Christi, cuiusdam arcis *Reualiæ*, in Liuonia sitæ, occasione. Quæ cum primum a Dano e manibus ethnicorum aulsa, dein in seruitutem hostium recidisset; religioli equites Theutonici eo insscio arcem obsidione cinctam in suam potestatem redegissent, atque adeo eam Daniæ Rex, vt sui quondam iuris, ab ipsis repeteret, illique occupatam restituere negarent; ad ea dissensionum præfocanda semina, Gregorius reddendam Dano, expensasque a Fratribus factas refundi, ac firmam inter eos Legati opera pacem coniungi astringique iussit, vt datæ literæ ad Guillelmum episcopum olim Mutinensem testantur.

Ex eiusd. annal. t. 13. p. 457. n. 65.

Anno 1237. FRaternitatem tuam rogamus et hortamur in Domino Iesu Christo, quatenus charissimum in Christo filium nostrum, illustrem Regem Daciæ, per te, si facultas obtulerit, vel per literas et nuntios speciales, ad hoc, iuxta scientiam tibi desuper attributam, inducas studio diligenti, quod cum præfatis Fratribus hospitalis, postquam ad partes ipsas peruenerint, sublata cuiusque materia quæstionis, quæ sunt pacis et tranquillitatis habeat, et eosdem deuotione perpetua sibi constituat obligatos: præsertim cum ipsi de castro *Reuel*, vt sub eorum dominio semper pacifice teneatur, iuxta prouidentiam tuam parati sint faciendum assumere, quod tam eis, quam dicto Regi sit congruum, et partis vtriusque profectibus opportunum.

Dat. Viterbii III. idus Maii anno XI.

Indidem p. 473. n. 62.

Anno 1238. AMplificandæ Christi gloriæ ac fidei proferendæ cupidissimus Pontifex Willelmum episcopum olim Mutinensem, tum sedis Apostolicæ Legatum, dare operam iussit, vt serui, qui sacro baptismatis fonte abluerentur, liberalius, tantæ acceptæ dignitatis intuitu, tractarentur, nonnihil seruilis operis remitteretur, diuinisque interesse facultas tribueretur: quem etiam pridie eius diei monuerat, ne liberos homines, qui numero Christiano sese aggregarent, ab Hospitalariis S. Mariæ Teutonicorum aliisque sub iugo seruitutis redigi pateretur.

LIV.

Coniunctio fratrum militiæ Christi cum Teutonicis a Gregorio Papa IX. confirmata.

RAYNALD. *ad an.* MCCXXXVII. *ſ. 64. ſq. lib. 11. ep. 64.*

Anno 1237. GRegorius etc. Rigenſi, Tarbatenſi et Oſilienſi Epiſcopis etc. Grato dilecti filii Magiſtri et Fratrum ſanctæ Mariæ Teutonicorum religionis odore ſe per mundi climata diffundente, provenit de gratia Redemptoris, quod eadem eſt et Apoſtolicæ ſedi chara non modicum, et dilecta multitudini fidelium populorum. Inde fit, quod dilectus filius, *præceptor et fratres militiæ Chriſti de Liuonia*, ex ſignis euidentibus præſumentes, iam dicti *hoſpitalis* collegium in virtutum amplexibus eſſe multipliciter ſtudioſum, pluries magiſtrum eundem, vt eos ſuo incorporaret ordini, per nuntios et ſpeciales literas affectuoſe, ſicut accepimus, exorarunt; nobis tandem illud idem, poſt caſum lugubrem, quem in occaſu *magiſtri* et quinquaginta fratrum eiuſdem militiæ, ac peregrinorum plurium, paganorum ſæuiente perfidia, nouiter pertulerunt, vna vobiſcum per flebiles literas ſuppliciter poſtulantes, ſpe ſibi propoſita, quod, cum præfatus magiſter et fratres ſtrenuam et famoſam habeant in ſua domo militiam, theſauro pretioſius arbitrantem, animam pro illo ponere, qui ſuam pro redemptione fidelium noſcitur poſuiſſe, diuina ſuffragante potentia prouenire valeat, quod ipſi ad inuicem, ſi vnum ouile fuerint, cito partem oppoſitam dextra conterent triumphante, ibi celebrem redditurі Patris æterni Filium, vbi colentium poteſtates aëreas infinita multitudo periit animarum, Nos igitur, qui nihil gratius ampliatione catholicæ fidei reputamus, digne volentes, vt eorum præceptoris et fratrum pium deſiderium ad effectum peruenіat exoptatum quinimmo, plena credulitate tenentes, quod fratribus hoſpitalis eiuſdem apponet Dominus in *Liuonia* reperiri magnificos, quos ſua virtute reddidit in *Pruſſiæ* partibus ad victoriam expeditos; ipſorum ordini memoratos præceptorem et fratres, de fratrum noſtrorum conſilio, *vniendos* duximus cum bonis omnibus eorundem auctoritate apoſtolica ſtatuentes, vt ipſi, et cæteri fratres prædicti hoſpitalis ſanctæ Mariæ Theutonicorum, qui pro tempore fuerint in Liuonia, ſicut hactenus, ſub diœceſanorum, et aliorum prælatorum ſuorum iuriſdictione conſiſtant, etc.

Datum Viterbii 11. idus Maii anno XI.

LV.

Inſtrumentum Aulæ pontificiæ de tertia parte Semgalliæ et duabus Curlandiæ, Teutonicis Equitibus aſſignatis.

NETTELBLADT *Rer. Curland. faſc. 1. p. 150.*

Anno 1245. PEtrus miſeracione diuina *Albanenſis* et WILHELMVS eadem miſeracione *Sabinenſis* * Epiſcopi, ac Iohannes Dei gratia Tit. ſancti Laurentii in Lucina Preſbyter *Cardinalis*, omnibus, Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum peruenerit ſalutem in nomine Ieſu Chriſti.

Veſtra nouerit vniuerſitas euidenter, quod, cum Dominus Papa, diligenter attendens, quod quædam Ordinationes, quæ Rigenſes, Semigallienſes et Curonienſes tangebant Eccleſias, reformationem et correctionem in quibuſdam non immerito requirebant, correctionem et reformationem ordinationum huiuſmodi nobis *viua voce* ** duxerit committendam. Nos, attendentes, quod Rigenſis Eccleſia, quæ in delatione fidei Chriſtia-

* Olim Mutinenſis Epiſcopus.

** Principio hoc mandatum ad ſolum Guilielmum in ſcriptis directum fuerat ap. RAYNALDVM *ad annum* MCCXLV. *n. 89.*

ſtianæ, vtpote primitiua et præcipua, præ vniuerſis Eccleſiis *Liuoniæ* et *Eſtoniæ* laborauit, adeo in ſuis iam fuerat diminuta limitibus, vt, niſi eiuſdem Eccleſiæ ampliarentur termini, paganorum incurſibus, quibus frequentius conquaſſatur, reſiſtere non valeret, nec diuinus cultus, ſicut ab eadem cœpit Eccleſia, debitum ſuſciperet incrementum: ideo, vt eiuſdem Eccleſiæ ſolicitudini condigne reſpondeatur affectu, terram, quæ *Semigallia* dicitur, auctoritate nobis in hac parte commiſſa, Diœceſi eiuſdem Eccleſiæ decreuimus vniendam, ita vt Rigenſis Epiſcopus ipſam *Semigalliam* cum omni iuriſdictione et iure temporali ac ſpirituali poſſideat, excepta parte tertia eiuſdem Semigalliæ, quam *Fratres Domus Mariæ Teutonicorum* cum decimis et iuriſdictione, et iure temporali poſſident, et hactenus poſſederunt. Et ſic nullus de cetero in eadem Semigallia præficietur Epiſcopus, quia, cum quædam pars ſit Rigenſis Diœceſis tantæ latitudinis non exiſtit, vt, ſi tota etiam converſa foret ad fidem, proprium non poſſet Epiſcopum ſuſtinere. Verum cum bonæ memoriæ *Moguntinenſis* Archiepiſcopus diſcretum virum, Henricum de *Lettelburg* de Ordine Fratrum Minorum, ſtatus illarum partium prorſus ignarus, in Semigallienſem Epiſcopum authoritate Apoſtolica duxerit promouendum: Nos eundem Fratrem ad totam Curonienſem Diœceſin, nunc Paſtore vacantem, duximus transferendum, quam totam Curoniam ſeu *Curlandiam* pro ſuæ Diœceſis terminis tam idem Frater H. quam ſucceſſores eius pacifice poſſideant et quiete; ita tamen, vt Magiſter et Fratres Domus ſanctæ Mariæ Teutonicorum in eadem Curonia duas partes eiuſdem terræ cum decimis et omni iure et iuriſdictione temporali poſſideant, et eodem modo præfatus Curonienſis Epiſcopus tertiam partem reſiduam eiuſdem terræ cum omni iure et iuriſdictione temporali et ſpirituali pacifice poſſideat et quiete. Quia vero Capitulo Rigenſi ab eodem Rigenſi Epiſcopo, ante præſentem ordinationem noſtram, ducentorum vncorum ac *Dodangen* et *Targete* in eadem Curonienſi Diœceſi redditus fuerant aſſignati; redditus ipſos præfatos Capitulum ex nunc et in perpetuum cum decimis et omni temporali iuriſdictione et iure retinere volumus et mandamus. Quos tamen idem Capitulum a Diœceſiano loci ſuſcipient et etiam poſſidebunt, prout ſuperius eſt expreſſum, tam in portione Fratrum Capituli prædictorum, quam in tota Diœceſi Curonienſi, Epiſcopo Diœceſano omnibus iuribus reſeruatis, quæ non poſſunt niſi per Epiſcopum exerceri. Et quoniam propter paganorum frequentes incurſus, et alia emergentia negotia peragenda, Curonienſi Epiſcopo in ciuitate Rigenſi contingit ſæpius commorari; domum ac aream, quas bonæ memoriæ Semigallenſis Epiſcopus habuerat in eadem ciuitate Rigenſi, eidem Curonienſi Epiſcopo decreuimus et volumus aſſignari, cum idem Curonienſis pretium, pro quo eadem domus et area redemtæ fuerint, Rigenſi Epiſcopo paratus fuerit exhibere. Et ne ſedes *Metropolitica*, quæ ab eodem Domino Papa de nouo in illis partibus eſt creata, debito careat fundamento et ſuo dignitatis titulo; decreuimus ordinandum, vt Archiepiſcopus, qui ad illam Metropolim eſt aſſumtus, in ciuitate Rigenſi prædicta, quæ nobilior ex multis cauſis et habilior aliis eccleſiis illarum partium eſſe videtur, ſedem Archiepiſcopalem conſtituat, ſecundum quod ei literis eſt indultum. Si autem idem Rigenſis Epiſcopus cedere Epiſcopatu Rigenſi vel ad alium Epiſcopatum ſe transferre voluerit; id ei auctoritate præſentium indulgemus, vt ſic memoratus Archiepiſcopus nominatam Rigenſem Eccleſiam pro Metropoli libere valeat adipiſci; alioqui dictus Rigenſis, quoad vixerit, pacifice, in ſtatu præſenti, tam in ciuitate, quam in Diœceſi Rigenſi, permaneat, eodem Archiepiſcopo tam in ciuitate Rigenſi, quam per totam prouinciam iuriſdictionem Metropoliticam exercente. Quod autem huiuſmodi ordinatio, facta de conſenſu eiuſdem Archiepiſcopi, et Fratris Theodorici, dicti de Gruningen, *Magiſtri* eiuſdem Domus ſanctæ Mariæ Theutonicorum in Pruſſia et Liuonia, et diſcreti Viri, Alexandri Sacriſtæ et Lamberti Canonici Rigenſis, Procuratorum et Capituli Rigenſis prædictorum, et Henrici Canonici ſancti Theobaldi Metenſis, Procuratoris eiuſdem Fratris Henrici, quondam Semigallenſis Epiſcopi, nunc vero Epiſcopi Curonienſis, rata permaneat, et inuiolabiliter obſeruetur, Sigillorum noſtrorum munimine, vna cum Si-

gillis prædicti Archiepiſcopi, et memorati Magiſtri, ipſam duximus roborandam.

Datum *Lugduni* quinto nonas Martii, Pontificatus Domini Innocentii Papæ IV. anno tertio.

LVI.

Cautio Magiſtri Ordinis Teutonici de tertia parte Curoniæ non immutanda, quæ Epiſcopo ceſſit. Ex Dn. NETTELBLADT *Rer. Curland. faſc. I. p. 148.*

Poſt annum 1245.

VNiverſis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes literæ peruenerint, ſalutem et laudem in Ieſu Chriſto. Vt ea, quæ in tempore vitæ celebrantur, non more fluentis aquæ labantur, ſed robore perpetuo potius fulciantur; dignum vtique eſt et opportunum, vt literarum codicibus, teſtiumque ſubſcriptione, nec non ſigillorum aptis appenſionibus, muniantur. Hinc eſt, quod nos Frater *Wilhelmus* de *Vrenbach*, Ordinis Fratrum Hoſpitalis beatæ Mariæ *Domus Teutonicæ Magiſter Generalis* * ad communem notitiam perferre curamus, quod cum reuerendus Pater, Dominus *Hermannus*, bonæ memoriæ, *Curonienſis* Eccleſiæ *Epiſcopus*, Canonicorum ſuorum conſilio, ceterorumque ſuæ Diœceſis ſapientum pro commodo et vtilitate prænominatæ Curonienſis Eccleſiæ, Fratribus militiæ, tunc temporis Curoniam inhabitantibus, tertiam partem præfatæ Diœceſeos contuliſſet ad poſſidendum, interuallo non (modico) Fratres præhabiti, vna cum Epiſcopo ſuiſque Catholicis, manu Letuinorum, paucis perfluentibus, gladio corruerunt. Sed poſtmodum per Dominum Apoſtolicum, de diſcreti Patris, Fratris *Henrici* Epiſcopi Curonienſis, de Littelenburg, de Ordine Minorum, qui tunc poſt memoratum Antiſtitem ſecundus præſulatum tenebat, aſſenſu, tertia parte et incultæ et cultæ Epiſcopo remanente, duæ partes Diœceſeos prælibatæ Fratribus Ordinis noſtri ſunt aſſignatæ, ob defenſionem Eccleſiæ ſæpe dictæ, tali præſertim conditione, quod per *Præceptorem Liuoniæ* ceteroſque Ordinis nulla diuiſio, noſtro ſine conſenſu, fieri debeat, et ſi quis huiuſmodi quicquam attentare præſumeret, friuolum reputaretur atque caſſum; non ſolum talem diuiſionem per præſentes inhibentes, ſed etiam, ſi per nos aliqua inæqualis reperiretur fore facta, ſic vt dictus Antiſtes partem minorem ſeu deteriorem in diuiſione tali per nos ſibi iniunctam poſſidere noſceretur, nouam faciendam arbitrantes.

Datum Venetiæ, anno Domini milleſimo ducenteſimo viceſimo** tertio nonas Maii in Capitulo noſtro generali, coram Præceptoribus noſtris.

Fratre Helm'ico, Caſtellano de Sterckenberg, et

Fratre Hermanno, Marſchalco ordinis, et

Fratre Cœnnero Commendatore Conſluentiæ, ceteriſque Confratribus noſtris, ad hoc ſpecialiter requiſitis.

In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum appendi fecimus huic ſcripto.

LVII.

* Huius Magiſtri memoria excidit ex Annalibus: neque enim perfectum Magiſtrorum Catalogum adhuc habemus, ipſo HARTKNOCHIO fatente.

** Annus hic ſubſiſtere nequit, quia mentio fit tranſlationis Henrici e Sede Semigallienſi in Curonienſem, quæ demum anno MCCXLV. decreta fuit inſtrumento præcedenti. Si Wilhelmus de Vrenbach, eiuſque tempora certa eſſent; annum hunc figere liceret. Nunc aliud non ſuppetit, quam vt eum poſt annum MCCXLV. reiiciamus.

LVII.

Innocentii PP. IV. epiſtola ad Principes quoſdam Ruſſiæ, quibus nuntiat, Albertum, e ſede Armaghana tranſlatum, Pruſſiæ, Liuoniæ et Eſtoniæ Archiepiſcopum, qua Legatum Sedis Apoſtolicæ in Ruſſiam venturum.

Ex RAYNALDI *annal. eccleſ. t. 13. p. 559. n. 29.*

Anno 1246. INnocentius etc. Cum in partibus veſtris mores et ritus Græcorum, qui ſuperſtitioſe ac damnabiliter ab vnitate eccleſiaſtica receſſerunt, fuerint hactenus non ſine animarum periculis obſeruati; et nuper gratia faciente diuina, illuminata fuerint corda veſtra, vt recognoſcentes Romanam Eccleſiam matrem aliarum omnium et Magiſtram; ac ſummum Pontificem ſucceſſorem Petri, cui collatæ ſunt claues regni cœleſtis ligandi, et ſoluendi, et Ieſu Chriſti vicarium eſſe caput; quia cum vnus ſit Dominus, vna fides vnum baptiſma, vnum principium, vnum corpus Eccleſiæ militantis, corpus cum pluribus capitibus monſtruoſum, et ſine capite acephalum cenſeretur, ad deuotionem et obedientiam Apoſtolicæ ſedis et noſtram redire, ſicut accepimus, affectetis: Nos, ei aſſurgentes in laudem, qui oculos Tobiæ per collyrium ex felle piſcis illuminare dignatus eſt, et aperire oculos cæci nati, ac exſultantes cum muliere, quæ iuxta veritatem euangelicam, dragmam, quæ perierat, reinuenit, venerabilem fratrem noſtrum, Archiepiſcopum * *Pruſſiæ*, et *Eſtoniæ*, Apoſtolicæ Sedis Legatum virum vtique ſecundum cor noſtrum, morum honeſtate decorum, literarum ſcientia præditum, et conſilii maturitate præclarum, qui vobis verba vitæ deferat, et noſtram et fratrum noſtrorum plenius voluntatem exponet, ad partes veſtras, commiſſo ſibi in eiſdem partibus plenæ Legationis officio, duximus deſtinandum; conceſſa ei libera poteſtate, vt euellat et deſtruat, diſſipet et diſperdat, ædificet et plantet, prout ſecundum Deum viderit expedire.

Datum Lugdun. v. Non. Maii anno III.

LVIII.

Eiuſdem mandatum ad eumdem, vt in Ruſſiam ſe conferat.

Ex RAYNALD. *Annal. eccl. t. 13. p. 570. n. 28.*

Anno 1247. INnocentius etc. Archiepiſcopo Pruſſiæ, Liuoniæ et Eſtoniæ, Apoſtolicæ Sedis Legato etc. Sicut omnes, quos extra arcam inuenit diluuium, perierunt; ita omnes, qui ſunt extra communionem Eccleſiæ, niſi conuerſi ad eius vnitatem redierint, in æternæ damnationis ſupplicium deportantur. Hac ſiquidem conſideratione inductus, chriſtianiſſimus in Chriſto filius noſter, DANIEL, Rex Ruſſiæ illuſtris, cuius mentem Dominus, qui non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur et viuat, ſua miſericordia illuſtrauit, per literas ſpeciales, et nuntios, quos propter hoc tranſmiſit nuper ad noſtram præſentiam, cum humilitate ac inſtantia poſtulauit a nobis, vt ipſum et totam gentem, ac regnum eius, hactenus a fidei vnione præciſos, ad vnitatem eccleſiaſticam, et deuotionem Eccleſiæ Romanæ, quæ aliarum omnium caput eſt et magiſtra, re-

* Hunc ex ſede Armaghana euocatum huius Legationis cauſa variis priuilegiis ornauerat, veluti, vt Crucem præferre poſſet *ibid. n. 30. 31.*

cipere de benignitate ſolita curaremus. Quocirca mandamus, quatenus perſonaliter ad partes illas accedens, ſi præfatus Rex in tam ſancto propoſito perſeuerans, tam ipſe quam archiepiſcopi, et epiſcopi, et alii magnates regni ſui, ſchiſmate quolibet penitus abiurato promiſerint, et iurauerint, ſe de cætero in vnitate fidei, quam Eccleſia Romana prædicat et obſeruat, eiuſdemque Romanæ Eccleſiæ deuotione perpetuo permanſuros, eos auctoritate noſtra reconcilies, et tanquam ſpeciales et deuotos filios incorpores prædictæ Romanæ Eccleſiæ, quæ mater eſt omnium, vnitati; idque per loca et regna, in quibus expedire videris, publices, et facias etiam publicari.

Dat. Lugd. VII. Id. Septembr. ann. V.

LIX.

Alberti II. qua Lubecenſis Epiſcopi, tranſactio cum Archiepiſcopo Bremenſi.

Ex LINDENBROG. *Scriptor. Septembr. p. 173.*

Anno 1247. ALbertus, Lubicenſis Epiſcopus, Liuoniæ, Eſtoniæ et Pruſſiæ Apoſtolicæ Sedis Legatus, præſentibus proteſtamur, quod nos Venerabili Domno Gerhardo II. ſanctæ Bremenſis eccleſiæ Archiepiſcopo, tamquam ſuffraganeus Bremenſis eccleſiæ, tactis ſacroſanctis Euangeliis, duo præſtitimus iuramenta. Vnum indempnitatis, quod tale eſt:

Ego Albertus, Lubicenſis eccleſiæ Epiſcopus, ab hac hora in antea poſſeſſiones et iura epiſcopatus Lubicenſis non alienabo, ſed ea, quæ alienata ſunt, bona fide pro poſſe meo recolligam. Sic me Deus adiuuet et iſta quatuor ſancta Euangelia, et quatuor Euangeliſtæ, et iſta patrocinia Sanctorum.

Aliud fidelitatis ſub iſta forma:

Ego Albertus, Lubicenſis Epiſcopus, Liuoniæ, Eſtoniæ et Pruſſiæ Apoſtolicæ Sedis Legatus, ab hac hora in antea fidelis et obediens in omnibus ero tibi, Gerharde, ſanctæ Bremenſis eccleſiæ Archiepiſcopo, tuiſque ſucceſſoribus in Bremenſi Sede conſtitutis. Mandatum tuum, quod cumque mihi ore ſiue per certam epiſtolam tuam manifeſtaueris, ſine malo ingenio adimplebo, ad omnem terminum et locum, quem mihi indicaueris, niſi corporis mei infirmitate, vel alia aliqua graui neceſſitate detentus venire non poſſum. Hæc omnia per fidem rectam ſine omni malo ingenio obſeruabo tuis et tuorum ſucceſſorum temporibus, quam diu vixero, ſecundum ſcire meum et poſſe. Sic me Deus etc.

Quibus iuramentis præſtitis, tam dictus Dominus noſter Archiepiſcopus Bremenſis ſub religione iuramenti præſtiti nobis mandauit, et nos etiam voluntarie promiſimus, quod numquam procurabimus vel efficiemus per noſmet ipſos, vel per literas vel nuncios, quod abſoluamur, auctoritate alicuius ſuperioris, ab obedientia Bremenſis eccleſiæ *quamdiu in Lubicenſi eccleſia præſidemus.* Item Domno Archiepiſcopo et eccleſiæ Bremenſi ſemper aſſiſtemus bona fide in iure ſuo; ſpecialiter autem contra Hamaburgenſes vniuerſos et ſingulos, ſi eos ad obedientiam et reuerentiam ſiue concordiam Bremenſis eccleſiæ non poſſumus reducere, et hoc per eos ſteterit manifeſte. Item numquam ponemus Sedem Archiepiſcopalem in (prouinciis) noſtræ Legationi commiſſis in præiudicium Bremenſis eccleſiæ, ſine conſenſu eiuſdem Archiepiſcopi ſupradicti. Item bona fide laborabimus noſtris laboribus et expenſis, cum nunciis Archiepiſcopi et eccleſiæ Bremenſis, ad obtinendam *primatiam** in prouincia nobis commiſſa.

Acta ſunt hæc in orientali choro Bremenſi anno gratiæ M.CC.XLVII. III. Kal. Decembr.

LX.

* Pro Archiepiſcopo Bremenſi ſcilicet, qui hanc occaſionem, qua Legatus Sedis Apoſtolicæ per Liuoniam *Suffraganeus* eius factus eſt, vertere nitebatur in ſuum emolumen-

LX.

Alexandri PP. IV. epiſtola, qua Rigenſem Sedem, ab Alberto electam, declarat Metropolitanam.

Ex RAYNALD. *Annal. eccl. t. 14. p. 13. n. 64.*

Anno 1255. ALexander etc. Archiepiſcopo Rigenſi etc. * Primatuum cathedras, et apicem cuiuſlibet eccleſiaſticæ dignitatis, priuilegio ſibi diuinitus tradito, Eccleſia Romana conſtituit, quam ſolus ille fundauit, ac ſupra petram fidei mox naſcentis erexit, qui beato Petro, æternæ vitæ clauigero, terreni ſimul commiſit et cæleſtis imperii moderamen. Hinc eſt, quod apud ſanctam ſedem Apoſtolicam horum ſpectatur origo, eorumque diſpenſantur inſignia, de cuius plenitudine omnes accipiunt, eiuſque ſpeciali munere, quod ratio perſonæ, aut temporis, loci, vel cauſæ interdum poſtulat, aſſequuntur. Sane cum, ſicut tua nobis, et ſuffraganeorum tuorum inſinuatio patefecit, olim in certa eccleſia *metropoliticam* non habens ſedem, *Liuoniæ, Eſtoniæ,* ac *Pruſſiæ* archiepiſcopus vocareris, felicis recordationis Innocentius Papa, prædeceſſor noſter, tibi, ne præfidialis honor vacillare per indeterminationem loci quodammodo videretur, aut inſigne capitis nomen generali corporis appellatione confundi, vt, in quacumque velles eccleſia cathedrali, lege tibi metropolitana ſubiecta, eandem poſſes ſedem, cum huiuſmodi eccleſiam paſtore vacare contingeret, collocare, per ſuas ſub certa forma literas, de tua in Domino confidens circumſpectione, conceſſit. Porro Rigenſi eccleſia cathedrali, quæ tibi prædicta ſuberat lege, poſtmodum paſtore vacante, tu in ea metropolitanam ſedem, literarum auctoritate huiuſmodi, prout ex ipſarum beneficio poteras, de conſenſu omnium, quorum intererat, deliberatione prouida ſtatuiſti, vt inde appellationis nomen metropolitiæ dignitas et prouincia ſortiretur, tuque ac ſucceſſores tui certo gaudeatis principalis domicilio manſionis. Tuis igitur, et eorundem ſuffraganeorum precibus inclinati, quod a te in hac parte prouide factum eſt, ratum et firmum habentes, illud auctoritate apoſtolica confirmamus, etc. iure Romanæ Eccleſiæ, ac dilectorum filiorum, Magiſtri, et Fratrum hoſpitalis S. Mariæ Theutonicorum, in omnibus et per omnia ſemper ſalua. Nulli ergo etc.

Dat. Neap. XIII. Kal. Febr. ann. I.

---

lumentum, nempe vt Epiſcopi per Liuoniam et Eſtoniam, immo et Pruſſiam, Alberto auctore, Bremenſem agnoſcerent Metropolitanum, vti olim fecerant Septemtrionalium regnorum Epiſcopi. Memorabile tamen, articulum hunc non fuiſſe iuratum. Et quamuis iuratus fuiſſet; diſceptari poterat, an iusiurandum, ad quod Archiepiſcopus Legatum Pontificis, hoc inſcio, adegiſſet, validum eſſet. Oportuiſſet enim eum hoc pacto Pontifici magis paruiſſe, quam Archiepiſcopo. Ipſe rei exitus docet, Legatum hæc talia promiſiſſe non ſine *reſeruatione mentali*. Optio enim ei primi per Legationem vacaturi Præſulatus iam tum data erat, qui hoc ipſo, quod ille eum electurus erat, Archiepiſcopatus eſſe debebat. Qua cum in Rigenſi eccleſia vtendum cenſeret; inſalutato Bremenſi Archiepiſcopo Rigam abiit, vbi *Primatiam*, qua Bremenſem lætauerat, ipſe aſſecutus, fimbrias in Lithuaniam quoque extendit. RAYNALD. *ad annum* MCCLIV. *n.* 27.

* Cum Lithuani Chriſtiani fierent; Archiepiſcopus ille regionarius eis non ſolum Epiſcopum dedit, ſed etiam ab eo ſacramentum exegit, tamquam ſubdito Suffraganeo. Quod Pontifex, Lithuanos ſibi ſubiicere cupidus, irritum declarauit. RAYNALD. *ad ann.* MCCLIV. *n.* 27.

FINIS.

FINIS.

INDEX PRIMVS:
AVCTORVM, CODICVM ET LIBRORVM ET LAVDATORVM ET NOTATORVM.

A.

ADAMI Bremenſis Hiſtoria Eccleſiaſtica: item libellus de ſitu Daniæ. 2. 7. 24. 65. 114. 125. 145. 149. 151.

ALBERICI, monachi trium fontium, Chronicon. 7. 10. 11. 17. 20. 26. 45. 129. 131. 141. 258.

ALBERICI Codex MS. 142. 183. 258.

Leandri ALBERTI deſcriptio Italiæ. 106.

ALBERTI Stadenſis Annales. 2. 3. 10. 11. 13. 16. 20. 75. 115. 117. 121. ſq. 123. 128. ſq. 139. 140. 142. 163. 183. 213. notatus 152.

ALBERTI Stadenſis Codex MS. 140.

ALBERTI Stadenſis Annalium CONTINVATIO. 15. 213.

ALTHAHENSIS narratio. 117.

ANNALES de *Landgrauiis Thuringiæ*. 116.

ANNALES *Reinerſborn*. MSti. 114. 116. 117. 140.

ANNALES *Sleſuicenſes* notati 128.

ANSELMI Chronicon. 2.

Anonymus Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium Auctor. 20.

Anonymus Mencken. 17. 20. 129. 151.

Anonymus Vitæ S. Ottonis Auctor. 7.

ARNOLDVS Abbas Lubec. 3. 4. 8. 10. 11. 42. 72. 75. 78. 42. 43. 44. 115. ſq. 128. 151. 163. 169. 239. notatus 5. 13.

Petr. Frid. IARPE Themis Cimbrica. 45.

Aſſertio libertatis BREMENSIS 219.

Antonii AVGVSTINI antiquæ decretalium Collectiones. 242.

Claudius ARRHENIVS V. Oernhiælm.

Laurentii ARVSIENSIS Hiſtoria. 145.

B.

Io. BAAZ Hiſtoria Eccleſ. Sueo-Gothica 24. c).

Steph. BALVZII Capitularia Regum Franc. 58.

Miſcellanea. 115.

Epiſtolæ Innocentii III. PP. 242. et paſſim.

Henr. BANGERTVS ad Chronicon Slauor. 113. 151. 38. notatus 2. 3. 15.

Cæſ. BARONII Annales Eccleſiaſt. 5. 12.

Thomas BARTHOLINVS de equeſtris ordinis Danebrogici origine, notatus 130.

Editor Chronici Archiep. Lundenſium. 105.

Io. Chriſtoph. BECKMANN Notitia Univerſit. Francofurt. 45. 113.

Petri BENEVENTANI Decretalium Innocentii III. collectio. 242.

Erici BENZELII Monumenta Sueo-Gothica. 44. 113. 128. 139. 145. 163.

Idem ad Vaſtouium 96. notat. 146.

BERTHOLDI, monachi Reinerſborn. Vita Ludouici Sancti, Landgrauii Thuringiæ MS. 140.

BOILEAV Art Poëtique. 34.

Diplomatarium *Bremenſe* MS.

Aſſertio libertatis *Bremenſis*. 219.

Abrah. BZOVII Annales Eccleſiaſtici. 31. 171. notati 11.

C.

C. Iul. CAESAR de bello Gall. 6.

CAESARIVS Heiſterbacenſis de Miraculis. 27. 45. 63. 106. 129. 150. 158. 182.

Vita S. Engelberti. 18.

Caroli DV FRESNE, Dni DV CANGE Gloſſarium ad ſcriptores mediæ et infimæ Latinitatis. 162.

Thomæ CANTIPRATENSIS Apes. 129.

Petri CELLENSIS Epiſtolæ. 232. 233.

Caſpar de CEVMERN Theatridium Liuonicum. 16.

Chronicon antiquum Holſatiæ rhythmicum 251.

Anonymi ap. Menck. paſſim.

Archiepiſcopor. Bremenſ. ap. Lindenbrog. 20.

Archiepiſc. Vpſalienſ. 6.

Auſtrale. 139.

Danica ap. Dn. de Ludewig Reliq. T. 9. 115.

Erfordienſe ap. Menck. 113. 114.

Hoienſe MS. 32.

Holſatiæ Leibnitii. 2.

Kiouienſe MS. 7. pr.

Luneburgicum ap. Eccard. 6. 17. 20. 151.

Magdeburgicum ap. Meibom. 17. notatur.

Magdeburgicum MS.

Magiſtror. ord. Teuton. ap. Matthæum analect. T. V. 114. 156.

Mellicenſe. 139.

Montis Francorum. 256. ſq.

Montis Sereni. 45.

Reicherſpergenſe. 45.

Roſſenfeldenſe MS.

Ruſſicum e ſeculo XIII. MS. pr.

Sialandicum. 42. 128. 148.

Slauicum ap. Lindenbrog. 140.

Sleſuic. Menckenii. 42. 44.

Verdenſe MS.

Wadſtenenſe. 146.

Weingartenſe. 169.

Werumenſe Friſicum.

Chronologia Sueo-Danica ap. Benzelium. 113. 163.

Dauid CHYTRAEI Chronic. Saxon. 5. 11. 60. notatur 47. 53.

Alphonſi CIACONII Vitæ et geſta Pontificum et Cardinalium.

Nomaſticon CISTERCIENSE. 45.

Faſti ſacri COLONIENSES. 19. 13.

CONTINVATOR *Saxonis* Grammatici ap. Benzel. 128.
CONTINVATOR *Alberti* Stadenſis. 15. 213.
Hermannus CORNERVS. 164.
Corpus priuilegiorum Pruſſiæ. V. Pruſſia.
ALBERTVS Cranzius: Vandalia. 2. 6. 11. 15.
Metropolis 11. 75. 122. 128. 184.
Saxonia. 113. 151. notatur 6. 11. 13. 122. 184.
Hieron. CYPRAEI Annales Sleſuic. 42. 44.

D.

Diarium Europæum. 200.
Diplomataria varia MS.
DITMARVS Merſeburg. 6. 7.
Diurni Theologorum Saxon. ſ. *Fortgeſetzte Sammlung von alten und neuen* Theol. *Sachen. etc.* 113.
Io. DLVGOSSI Hiſtoria Polonica. 6. 21. 22. 118. 151.
Petri de DVISBVRG Chronicon Pruſſ. c. not. Chr. Hartknoch. 7. 17. 21. 31. 51. 59. 183.
Io. DVMONT Corps vniuerſel Diplomatique. 63.

E.

Thomæ EBERNDORFFERI Chronicon Auſtriacum. 139.
Io. Georg. ECCARDI Hiſtoria genealogica principum Saxoniæ ſuper. 113. 114. 140. notatur 116. 121.
Corpus Hiſtor. medii æui 6. 151.
Hiſtoria Franciæ Orientał. 121.
Franc. Auguſtinus AB ECCLESIA: Cardinalium, Archiepiſc. Epiſcoporum et Abbatum Pedemontanæ regionis Chronologica hiſtoria. 171.
Io. ENIKEL Chronicon Vniuerſale. 139.
Henr. ERNSTII Commentar. ad veterum Regum aliquot Daniæ genealogias. 114. 115.
ERICI Hiſtoria gentis Danor. ap. Lindenbrog. 23, 113. 115. 139. notatur 42.
ERICI VPSALIENSIS Hiſtoria Suecica. 10. 128. 144. 146.

F.

Faſti ſacri Colonienſes. 13.
FLORVS. 31.
Marqu. FREHERI Scriptores rerum German. 139.
Carolus du Freſne vid. Du-Cange
OTTO FRISINGENSIS de rebus geſtis Friderici Barbaroſſæ. 151.

G.

Aegid. GELENIVS ad Vitam S. Engelberti 18. 32. 119. 121.
de Magnitud. Coloniæ 63.
Io Bened. GENTILOTTVS. 121.
GODEFRIDVS COLONIENSIS. 5, 7. 17, 22. 39. 46. 117. 122. 141. 164.
Melch. GOLDASTI Notæ ad Eginhard. 8. 80.
GREGORII IX. Collectio decretalium. 242.
Hugon. GROTII Ius B. et P. 12.
Epiſtolæ. 31.
Alexandri GVAGVINI Chorogr. Polon. 2. notatur 6.
Mich. O. WEXIONIVS, dictus de GVLDENSTOLP. V. Wexion.
Eberhardi GVTSLEFF Topographia Eſthonica. pr. 165.

H.

Gregorii HAGEN Chronicon Auſtriæ. 139.
Herm. HAMELMANNI Familiæ emort. notat. 18.
Io. HARDVINI Conciliorum collectio. 235.
Chriſtoph. HARTKNOCH Notæ ad P. de Duiſb. Chr. Pruſſ. 3. 59. notatur 31.
Diſſ. de Funeribus veter. Pruſſor. 31.
Reinh. HEIDENSTEINII Bellum Moſcou. 19.
HELMOLDI Preſb. Chron. Slauor. 7. 59. 65. 78. 83. 114. 123.
Hier. HENNINGES Genealog. familiarum nobil. Saxon. 20.
Chryſoſt. HENRIQVEZ Menologium ordinis Ciſtercienſis. 13. notatur.
Phil. HVEBER vid. B. Pez.
Marquardi HERGOTT Genealogia Diplomatica Auguſtæ gentis Habſpurgicæ. 116.
Olaus HERMELINVS de Origine Liuonum. 3.
Hiſtoire du Theatre François. 34.
Hiſtoria de Landgrauiis Thuringiæ 34. 63.
Hiſtoria de Regibus Norwagicis. 125.
Georgi Paul HOENN. Sachſen - Coburgiſche Hiſtorie. 113.
Andr. HOIER Continuatio annalium Alberti Stadenſis. 15. 213.
Arnid. HVITFELD hiſtoria danica. 130.
Wigulei HVNDII Metropolis Saliſburgenſis. 45.

I.

INNOCENTII III. Pont. Epiſtolæ. 12. 16. 17. 19. 42. ſq. 121. 228. ſqq. 236. ſqq.
Geſta. 115.
Opera, ex officina Materni Cholini. 242.
Decretalium collectiones diuerſæ. 242.
Gaſp. IONGELINI Notitia Abbatiarum ord. Ciſterc. 13.

Inſtitutiones Iuris IVSTINIANI Imp. 39. 138.
Ius Cæſareum ſcriptum. 45. 46.

K.

Vinc. KADLVBEKONIS Hiſtor. Polon. 3. 31. 118.
Keiſer-Recht. 46.
Io. Ge. KEISLERI Antiquitates Septemtr. Celt. 23.
Chriſtiani KELCHII Hiſtoria Livonica pr.
Viti KENNET Antiquitates Ambroſiodunenſis Parochiæ. 9.
Georg. Caſp. KIRCHMAIER Comment. ad Taciti Germaniam. 67.
Io. Henr. KLVVERII deſcriptio ducatus Megapolit. 164.
Alberti *Wiuk* KOIALOWICZ Hiſtoria Lithuanica. 4. 31.

L.

Luc. Cæcil. LACTANTIVS. 6.
Petrus LAGERLÖÖF de Druidibus. 6.
Petri LAMBECII Origines Hamburgenſes. 3. 115. 116. 221. 251. notat. 140.
Lambertus SCHAFFNABVRGENSIS de rebus Germanorum. 1. 247.
Pauli LANGII Chronicon Citicenſe. 113.
Godofr. Guil. LEIBNITII Scriptores rer. Brunſuic. 3. 11. 23. 117.
Acceſſiones Hiſtoricæ. 2.
Herm. LERBECKII Chron. Schauenburgicum. 2.
Beniam. LEVBERI Catalogus Regum, Electorum. Ducum. Com. Saxon. 252
Io. Ge. LEVCKFELD Antiquit. Walkenred. 247.
Antiq. Ilefeld. ibid.
Antiquit. Catlenburgicæ. not. 138.
Conradus a LICHTENAW. Vid. Vrſperg.
Erpoldi LINDENBROGII Scriptores rer. Germ. Septentr. 17. 42. 45. 113. 140. 163.
Scriptores LIVONICI omnes notati 4. 25. 58. 61. 183.
Io. LONGINI Hiſt. Polon. V. Dlugoſſ.
Io. Petri de LVDEWIG Reliquiæ Manuſcriptor. 113. 115. 128. 259.
Io. Chriſt. LVNIGII Archium Imperii. 215.
Corpus iuris Feudalis Germanici. 249. ſeq. 252.
Claudii Chriſtoph. LYSCHANDRI Geneologia Danica. 44.

M.

Io. MABILLON Annales Benedictini. 121.
Arnæ MAGNAEI Chronicon Sialandic. 10. 25. 113.
Io. MAGNI Hiſtor. Goth. et Suec. 10. 144. 145.
Olai MAGNI Hiſtoria gentium Septemtrionalium.
Edmundi MARTENE Collectio ampliſſima veterum Script. et monumentor. 1. 115. 235. not. 78.
Theſaurus Anecdotorum.
Ant. MATTHAEI veteris ævi Analecta. 114.
Magni MATTHAEI Chron. Epiſcop. Lundenſ. 42.
Matthæi de MECHOVIA Sarmatia. 21. 84. 151. 152.
Chronicon Polonicum. 118.
Henr. MEIBOMII Scriptores rer. Germ. 2. 11. 20. 72. 75. 113.
Io. Burch. MENCKENII Scriptores rer. Germ. præcipue Saxon. 3. 17. 113. 114. 121. 252.
Friderici MENII Prodromus Iuris et Regim. Livon. 79. notatur 11.
Io. MESSENII Scondia illuſtrata. 42. 114. ſq. 178. notatur 9. 10. 146.
Suecia Sancta. 44. 58. 146. 147.
Chronicon Epiſcoporum Lincop. 146.
de Nobilitate Suecica.
Io. MICRAELII Chron. Pomer. 9. 115. 128.
Franc. MODIVS de Ordinibus equeſtribus. 22.
Io. MOLLERI Iſagoge ad Hiſtoriam Cimbricam. 20. 116. 141.
Monaſticon Thuringicum. 246. 249.
Bernardi de MONTFAVCON Bibliotheca Manuſcriptorum Codicum. pr.
Rerum *Moſcoviticarum* Auctores varii. pr.
Henr. MVHLIVS de Monaſterio Bordiſholm. 2.
MVLLERI Narratio de fatis Azouiæ. 151.
Collectio Rerum Ruſſicarum. 9.
Lunæb. MVSHARDI Monumenta nobilitatis antiquæ in Ducat. Brem. et Verd. 16. 32. 128. 141.

N.

Io. NAVCLERI Chronicon. 23.
Chriſtiani NETTELBLADT Faſciculus rerum Curland. 268.
Io. NIELSON Chron. Gotland. V. STRELOVIVS.
Ermoldus NIGELLVS de rebus Ludouici Pii. 121.
NICOLAI Chron. Lundenſ. Epiſc. 128.
Nomaſticon Ciſtercienſe. 45.

O.

Claudii Arrhenii OERNHIAELM Hiſtoria Sueciæ eccleſ. 10. 146. 178. 246. notatur 10. 84. 234. 235.
Vita Ponti de la Gardie not. 11.
Auguſtinus Oldoinus ad Ciaconium. 171.
Adami OLEARII Iter Ruſſ. et Perſ. ſiue *Beſchrei-*

ſchreibung der Reiſe nach Moſcau und Perſien. 65.
OLIVERII Scholaſtici Hiſtoria regum terræ S. 14.
Abrah. ORTELIVS. 3. 179.
Matthias Stryikowſki OSOSTEVITIVS. 4.

P.

Io. PERINGSKIÖLD Monumenta Vplandica. 182.
Bern. PEZ et Phil. HVEBER Codex Diplomatico-Hiſtorico-Epiſtolaris. 45.
Hier. PEZ. Scriptores rerum Auſtriacar. 139.
Caſp. PEVCER de variis diuinationum gener. 76.
Io. Fried. PFEFFINGER Hiſt. Brunſuicenſis, *Hiſtorie des Braunſchweig-Lüneb. Hauſes*. 140. 258.
Io. PISTORII Scriptores rer. Germ. 2.
Martini POLONI Chronicon. 151.
Io. Iſaac. PONTANI rerum Danicarum hiſtoria. 4. 23. 24. 44. 65. 179. 181. notat. 3. 9. 42. 130.
Chorographia Danica.
Corpus priuilegiorum Pruſſiæ. 79.
Hephæſtio PTOLOMAEVS. 3.

R.

Odorici RAYNALDI Annales Eccleſ. 4. 7. 17. 22. 31. 43. 78. 83. 91. 116. 117. 118. 121. 129. 130. 140. 145. 147. 164. 171. 172. 231. 237. 239. 244. 254. ſq. 260. ſq. 263. ſqq. Notati 19.
RAINERII prima Decretalium Innocentii III. collectio. 242.
S. REMBERTI Vita S. Anſcharii 24.
Andr. RIVINVS de Panegyricis, Maiumis, Maicampis. 80.
ROTHII Chronicon Thuringicum. 116.
Iulii Conradi RVDEMANNI Palæo-Marchica. 202.
RVDIMENTVM Nouitiorum ſeu Chronicon vniuerſale impreſſum Lubecæ 1475. 164.
Balthaſar RVSSOWEN Chron. Liuon. f. Chronica *der Prouintzien Lyfland*. 2. 3. 96. 145. 156.

S.

Caſ. SAGITTARII Hiſtoria Magdeburgica MS. 113.
SAXONIS Grammatici Hiſtoria Daniæ, c. notis Io. Stephanii. 7. 42. ſq. 113. 140. 145. notatur. 130.
Continuator ap. Benzel. 128. 163.
Speculi Saxonici Compilator. 46. 91.
Io. Frid. SCHANNAT Vindemiæ literariæ. 116. 164. 251. 263.
Nic. SCHATEN Annales Paderborn. 75. 256. not. 122.
Io. SCHEFFERI Vpſalia. 6.
Notæ ad Chronicon Archiepiſcoporum Vpſalienſium.
Io. SCHILTER de Inueſtitura ſimultanea. 139.
Io. Herm. SCHMINCKII Eginhardus. 8.
Diſſ. de Vrnis ſepulchralibus. 155.
Conr. Sam. SCHVRTZFLEISCH diſſ. de ordine Enſiferor. 61. 136. notatur 22
Henrici Leonhardi SCHVRTZFLEISCH hiſtoria ordinis Enſiferorum ibidem. not. 61.
Alb. Georg. SCHWARTZIVS de Finibus principatus Rugiæ. 128.
Vita SIFRIDI Confeſſoris 145.
SIGEBERTVS Gemblacenſis. 2. 6.
Iac. SIRMONDI Epiſtolæ P. Cellenſis. 78. 232. 233.
Henr. SPONDANI Annales Eccleſiaſtici. 31. 45. 171.
Nic. STAPHORST Hiſtoria Eccleſiaſtica Hamburg. 140. 203. 219. 226. 251.
Io. STEPHANIVS. Vid. Saxo Grammat.
Io. Nielſon STRELOVII Chronicon Gotlandiæ. 105.
Matthias STRYIKOWSKY. V. Oſoſteuitius.
SNORRONIS Sturlonidis Hiſtoria regum Septemtr. 114. 146.
SVECIA antiqua et hodierna. 114. not. 146.
SVLPICII SEVERI epiſtola ad Baſſulam ſocrum de obitu beati Martini. 8.
Io. SWANINGII Chronologia Dan. 44.

T.

Petri TERPAGER Ripæ Cimbricæ. 116. 262. ſq.
Abbatis THEODOSII Chronicon Kiouienſe MS. pr. 101.
Thuringia ſacra. 114.
Thormodi TORFAEI Gloſſarium ad Hiſt. rerum Norwegic. 65.
Io. TRITHEMII Chronicon Hirſaugienſe. pr.
TWONIS Chronicon Lundenſium Archiepiſc. 105.

V.

Valerius MAXIMVS. 31.
Alphonſus Laſor A VAREA Orbis Geographicus. 160.
Io. VASTOVII Vitis Aquilonia ſiue Vitæ ſanctorum Regni Sueo-Gothici c. not. Benzelii. notatur 146. 235.
Olai VERELII Hiſtoria Gothrici et Roluonis. 114. 155.
Heruarar-Saga. 114.
Ferdin. VGHELLI Italia ſacra. 171.
Publius VIRGILIVS Maro: Georgica. 9.
VRLSPERGERI Annal. Georgian. 13.
Adam VRSINI Chronicon Thuringicum. 116.
VRSPERGENSIS abbatis Chron. 7. 61.
Chriſtian. VRSTISIVS. 157.

W.

Thomæ WAISSELII Chronicon Prutenicum. 17. 156.
F. L. WEBERI Conuerſ. Rer. Ruſſ. ſ. *Verændertes Rußland*. 9.
Mich. O. WEXIONII de Guldenſtolp. Deſcriptio Sueciæ. 9. 66. 114.
Albertus WIIVK. V. Koialowiz.
Olai WORMII Monumenta Dan. 23.

Z.

Iacobi ZIEGLERI Scondia. 105.

INDEX

INDEX SECVNDVS.

VOCABVLORVM VSVS RARIORIS, BARBARORVM ET EXOTICORVM TENTATA EXPLICATIO.

A.

ACHTWORT. *Echtwort, Echtwart.* 204. 247. Est quota iurium, competentium cuiusque villæ immobilium possessori, in rebus vniuersitatis, veluti pascuis, lignis, fœnatione, limo ad ædificandas casas etc. Est enim vocabulum generis, quod sæpe de certis speciebus adhibetur.

ANEVELLE. *Das Angefælle. der Anfall. der ledige Anfall.* 259. Est vocabulum iuris feudalis Saxonici, denotans deuolutionem feudi ad dominum vel ratione vsusfructus, quoad vasallus in minore ætate est constitutus; vel ratione ipsius vtilis dominii, si vasallus sine herede decedit feudali. Iure enim Saxonico priori casu domini sunt fructus feudi, tamquam tutoris legitimi. *Leenrecht c. XXVI. de Here is vmmer des kyndes Vormunder an deme Gude, dat dat Kindvan em hefft, de wile dat* ANGEVELLE *vnvorlegen is, vnde schal dat ghelt des Gudes nemen, bet dat Kind to synen yaren kome.* Ex hoc capite Ekehardus, Merseburgensis Episcopus, anno 1228. ab Henrico Illustri, Misniæ Marchione, post obitum Patris, postulauit, vt Lipsiam, Grimmam et omnia bona, inter Salam et Mildam sita, quæ feuda essent Merseburgica, sibi tamquam vero tutori, ad regendum traderet, quousque puer ad ætatem legitimam peruenirer. Nec destitit, nisi solutis sibi 800. marcis. Chron. Merseburg. ap. Dn. de LVDEWIG *Reliq. t. 4. p. 395.* Quin et extra Saxoniam hoc iure viuebatur. Siquidem anno 1219. Francofurti in Curia Friderici II. Imp. pro Henrico Brabantiæ duce lata sententia est, *quod de vniuersis bonis, quæ de ducatu eius mouentur omnium heredum, mortuis parentibus, de iure tutor habeatur.* BVTKENS Troph. de Brabant. *Tom. I. Probat. p. 66.* Hoc ANGEVELLE, hos fructus matres et agnati pupillorum a domino, vel ab his, queis dominus vendiderat aut donauerat, sæpe magno ære redemerunt, in gratiam puerorum vasallorum. Illustrissimum exemplum ex anno 1221. est ap. BEGMANN. histor. Anhalt. *Part. 4. p. 527.* MECHTHILDIS *dei gratia Marchionissa Brandenburgensis,* IOHANNES *et* OTTO, *filii eius, - notum esse volumus, quod, cum post mortem illustris principis domini* ALBERTI, *mariti ac patris nostri, Marchionis Brandenburgensis, adhuc nobis, Iohanne et Ottone, filiis eius, existentibus infra annos, seueriſſimus dominus noster, Romanorum Imperator semper Augustus et Rex Siciliæ, tutelam omnium feodorum, quæ idem dominus noster et pater ab Imperio tenuit, quam ex morte ipsius sibi dominus Imperator vacare dicebat, quæ* ANEVELLE *vulgariter appellantur, domino Alberto, Magdeburgensi Episcopo, per sententiam principum Imperii commississet, donans ei per Imperialem munificentiam, quicquid in tutela habebat eadem, Nos* MECHTHILDIS *Marchionissa, et Nos* IOHANNES *et* OTTO, *filii eius, tutelam ipsam a domino Archiepiscopo, supradicto, fidelium nostrorum consilio, duximus redimendam, spondentes ei in redemtionem eius - Mille nongentas marcas argenti, quod nunc Magdeburgense dicitur - persoluendas etc.* Quare autem Magdeburgensi Præsuli hoc ANEVELLE adiudicatum fuerit, dicere, etsi possim, nunc non attinet. Posteriorem casum respicit diploma nostrum. An vero dominus vasallo inuito succedere, et ministerialibus reluctantibus dominum dare possit, res altioris indaginis est. Reclamat non solum hoc exemplum, leuius sane, quam vt legem faciat; sed et sententia ann. 1216. Wirceburgi in aula Friderici II. lata ap. HVND. metropol. Salisburg. *Tom. 2. p. 407.* vbi *per sententiam Principum et subsequutionem tam Nobilium, quam Baronum atque Ministerialium, et omnium, qui aderant, iudicatum est, nullum Principatum posse vel debere - ad aliam personam transferri ab Imperio, nisi de mera voluntate et assensu Principis præsidentis et Ministerialium* (der Landstænde) *eiusdem Principatus.* Cuius autographum hodienum exstare scio Ratisbonnæ. Atque hæc omnia in gratiam eorum, qui iuris Saxonici vllum vmquam negant vsum fuisse. Quem fuisse antequam iusipsum in scriptum redactum fuit, modo ostendimus; alio loco ostensuri, non valere propterea, quod in literas relatum sit; sed in literas relatum esse, quia ante valuerit.

APOSTOLICVS. 17. 20. 25. etc. Summus Pontifex, successor Sancti Petri, summi Apostoli.

APOSTATARE. 158. 160. A fide desciscere.

B.

BA! Exclamatio gentis Lituanicæ, quæ *nihil* significare videtur. 49.

BALISTA. BALISTARII. Aliunde noti. 4. 26. etc.

BIBLIOTHECA. Monachis audit Codex veteris et Noui Testamenti. 26.

C.

CATERIZARE. Scriptum pro *catezizare*, atque hoc pro *catechisare*, h. e. fundamenta doctrinæ christianæ per quæstiones et responsiones tradere. 73. et passim. Fuit, cum putarem, *caracterizare* legendum, adeoque vnctionem baptismo præmissam intelligendam esse. Sed obstitit locus p. 134. vbi *Caterizatio*, *chrismatizatio* et *baptismus*, tamquam tres actus, hoc se ordine excipientes ac diuersi, describuntur.

COLAPHIZARE. Colaphis cædere: malas hominis pugno impetere. 6.

COLERA. Torques seu collare; non equitum solum, quod volunt du-Cangiani; sed et ipsorum equorum. 9.

CONSACRAMENTALES. Sacramentorum socii, vel vna, vel eum, qui iurauit, recte iurasse, iurantes. 91. 231.

COGGONES. Naues onerariæ. 39. 60. 102.

CONVERSATIO. Conuersio. 27.

COOPERATOR. Collega: laborum socius. 6.

CORSAR. Pirata: vnde dictus? 24.

CVRRESAAR. Curonum insula h. e. Osilia. 24.

D.

DOMNESSVND. Fretum maris, Curlandiam et Osiliam interluentis. 65.

DRAVG. DRAVGVS. Vocabulum Liuonicum socium laborum significans, *Camerad.* 88.

E.

ECHTWART. 204. V. Achtwort.

ELEEMOSYNARIA. Beneficium pauperum ab omni onere, cui cetera obnoxia sunt, liberum. 225.

EMMAIÖGGI. Mater aquarum *Estonice*: EMBEK Teutonice. Nomen fluii. 81.

ERICIVS. Machina obsidionalis. 135.

ERKERIVS. German. ERKER. Prominens e muro contabulatum vel propugnaculum. 162. 135.

ERPICA. Occa vel Rastrum, quo glebæ agri diffringuntur. 268.

EXFESTVCARE. Abdicare a se rem aliquam et animi declarandi caussa festucam seu stipulam proiicere. 14.

EW. Ius, fas, honos, fœdus, fides. 196.

F.

FALDONES. PALDONES. *Paltköke. Cassuben.* Genus vestimentorum laneorum fili crassioris. 8.

FAMILIA. Grex seruorum. 138.

FANELAEN. Feudum, porrectum cum pompa vexilli vnius vel plurium. 63.

FOREFACTA. Malefacta, delicta, peccata. 257.

G.

GALL. KAL. Estonibus est situs a latere. 36.

GARD. Castrum, Burgum. 114.

GENER. Sororis maritus. 72. vbi quatuor diuersæ huius vocis significationes euolutæ.

GERWE. Vocabulum Fennicum, lacum seu stagnum significans. 82.

GLADIFERI. Semel occurrit p. 22. ad denotandos Fratres Militiæ Christi, vulgo *Schwerd-Brüder.*

GLORIANTER. Honorifice. 176.

GRISEI ordinis monachi, Ciftercienses. 10. 11.

GROD. Ruthenicum pro *Gard.* 114. Quod enim Teutonicis est *Neugard*, id Ruthenis *Nouogrod.*

H.

HACKE. V. Vncus.

HEBDOMAS POENOSA. V. Pœnosa.

HORSE. *Hors. Ors. Rosf.* Equus 215.

I.

INBENEFICIARE. In beneficium, in feudum conferre. 20.

IVRA. *Iura Christianitatis* non solum sunt priuilegia, sed etiam onera Christianis competentia et incumbentia. German. *Pflichten. Abgifften.* 76. 86. 90. 133. 134. vnde vocantur quoque *iugum Christianitatis.* Ergo nec per Iura ciuitatum veterum intelligendum Corpus Legum, vel statutorum; sed modus subiectionis, qui consistit in eo, quod princeps, eo ipso, quod consensit, vt villa quædam pro *Communi* haberetur, primo maculam seruitutis incolis absterlit; deinde quibus pœnis delinquentes coërcendi, et quæ pensitationes in posterum præstandæ essent, definiuit, cessantibus ceteris, quæ a ser-

vis

vis exigi ſolent, præſtationibus. Qua de cauſſa Libertates, *Freyheiten*, vocantur.

K.

KAL. V. Gall.

KEENEN. KIAENVGARDIA quid? 196. 114.

KOLIVAN. Ruthenis eſt Reualia ciuitas. 147.

KYLEGVNDE. Parua prouincia 169. 182. parochia ruri e pluribus villis collecta. 164.

L.

LAVLMA. Eſtonice, cantare.

LAVLA. Canta. 97.

LEHEN. In Miſnia eſt modus agri, cui certa ſementis quota committi poteſt, cum parte prati. 245.

LIBRARIA. Locus, vbi libri aſſeruantur. Bibliotheca. 26.

LIN. Eſtonice Ciuitas 147.

LVDVS PROPHETARVM. Comœdia vel, ſi mauis, Tragœdia ſacra. 34.

M.

MA. Eſtonice terra. Veluti *Lönema*, terra caſtro Löne circumiecta. 96. 109. 139.

MAGA MAGAMAS. Eſtonice. Hic manebis perpetuo. 76.

MAGETAS. Eſtonice: Manebimus. 76.

MAIA. Conuentus publicus, et locus huiuſmodi conuentuum. 80.

MALEFACTIONES. Malefacta. 178.

MALEWA. Magna hoſtium caterua. 108. 110. 134.

MORTIFICARE. Occidere. 60. 161.

MYSTERIA. Comœdiæ ſeu ludi ſacri. 34.

N.

NAGATA. Species monetæ Eſtonicæ et Ruthenicæ. 65. 83.

NAVD. Liuonis pecunia. 66.

NES. Norwegis et cæteris Borealibus promontorium. 65. Ratio patet iis, qui propriam vocabuli ſignificationem tenent, quæ *naſus* eſt.

O.

ORS. *Roſſ.* Equus. 215.

OSERINGVS. Monetæ ſpecies, par dimidiæ marcæ Teutonicæ. 89. 100.

P.

PALDONES. V. Faldones.

PAPP. Eſtonice ſacerdos. 97.

PARENTATVS vir. Ex ampliſſima familia natus, multis fratribus, affinibus et amicis ſtipatus. 15.

PATHERELLI. Machinæ, quibus lapides excuſſi in hoſtem proiiciuntur. 135. 159. 162.

PAVSATIO. Quies. 107.

PILLA. Eſtonice ſimia. 149.

PLANCAE. Aſſerum et tignorum erectæ compagines. 73. 135. 248.

PLEBATVS. *Plebanatus.* Parochia. 229.

PLENIPOTENTIA. Termini mandatorum. 177.

POENAE. Gallice *Peines*. Labores. Cruciatus. 5. 37. 84.

POENOSA hebdomas. Hebdomas *paſſionis* Chriſti. 6. Quo ſenſu habet quoque Chronicon Emonis et Menconis Werumenſe Friſicum, ſcriptum ſeculo XIII. ad annum 1208. p. 434. vbi: *In ebdomada* POENOSA *poſt dominicam Palmarum profecti ſunt, et in ſabbato ſancto Monaſterium venerunt.*

POLLICETVR paſſiue. 182.

PONTIFICALIA. Omne Epiſcopi inſtrumentum: veſtes, libri etc. 18.

PORCVS. Machina obſidionalis. 180.

PRAEMVNIRE. Monere, præmonere, *Warnen.* 9. 48. Vtitur eodem ſenſu Præmonſtrati Abbas Gerualius anno 1216. ep. 2. ad Innocentium PP. III. p. 3.

PROMTVALIA. *Victualia.* Cibaria et ſupellex quotidiana. 81.

PROPRIETATIO. Addictio rei tamquam propriæ. 207.

R.

RAHHA. Eſtonice pecunia. 66.

RECIDIVARE. Ad priſtinum errorem redire. 4. 132. 158.

REGALIA iura. Regis et domini ſupremi propria. 152.

REPRAESENTE. Derepente. Illico. 55. 137. etc.

REQVIRERE. REQVISITIO. Quaſi dicas: *Reaquirere. Reaquiſitio.* Iterum acquirere, ſubigere. Iterata acquiſitio, ſubiectio. 160. 164.

RESPONSALIS. Legatus, Miſſus vel procurator, qui abſentiæ eius, a quo mittitur, rationes reddat. 95. Male Gloſſarium, FREHERI Scriptor. Germ. Tomo I. adiectum, per *epiſtolam reſponſoriam* explicat.

RESPONSORIVM. Cantus eccleſiaſticus poſt lectiones matutinas: ita vocatus, quod ſacerdoti præeunti chorus idem reſpondeat. Differt ab *Antiphonis*, vbi ſacerdos et chorus alternis verſibus cantant. 104.

S.

SECVLVM ANNVVM. Spatium annuum. Annus. 27.
SEM. Liuonice et Eſtonice, immo et Ruthenice terra. Inde *Semgall*, terra ad latus poſita: aliis, terræ finis. 36.
SEQVENTIA. Quæuis lectio Euangelium præcedens ritu veteri. Ritu nouo hymnus verſibus leoninis conceptus. 49.
SPATHA. Fratres de *Spatha* h. e. de *Gladio* in Hiſpania. 22.
STVCVANTA. Quid ſit, penitus ignoro. 103.

T.

TALIN et DANILIN Eſtonicę Danorum vrbs, Reualia. 147.
TARANTA. Buccina. 167.
Thara. Eſtonice locus circumſeptus: hortus. 149.
THARAPILLA. Horti ſimia. Priapus. 144.
TRADITORES. Proditores. 165.
TVERI paſſiue. 94.

V.

VENTILOGIVM. Verſatile ſignum, quod vel ædium faſtigio, vel nauium malis infigi ſolet. 103.
VNCVS. Primum, denominatione facta a potiori, *aratrum* ſignificat. Tum *agri modum*: quantum ſcilicet agri duobus equis vno die arari poteſt. 268. 79. 94. Vulgo *Hacken* vocatur per omnem Pruſſiam et Liuoniam. 79.
VIRGATA. Vlna. 9.

W.

WALWEN. Teutonibus populi omnes, quorum linguas non intelligunt. 151. Chronicon Werumenſe ad annum 1227. p. 488. *Boritius de maioribus Principibus Chunorum, quos Teutonici* Waelwyn *vocant, per fratres ordinis Prædicatorum ad fidem Chriſti conuerſus eſt.*
WATMAL. *Waddemole.* Pannus laneus filii craſſioris, nullo colore tinctus. 8.
WAYF. WAYPAE. Pecora, vt puro, quæ dominum non habent, victui hominum inſeruientia. 162.

Y.

YCONIAE. Icones. Icunculæ. Sanctorum et ſanctarum ſtatuæ et pictæ tabulæ. 62.

Z.

ZIZANIA, æ. Zizanium, lolium. 88.

INDEX TERTIVS:
RERVM MEMORABILIVM.

A.

ABSOLON Lundenſis Archiepiſcopus. 16. 25 233
ADELHEIDIS, Hermanni Comitis Orlamundenſis coniux. 113
ADELOGVS, Hildenſem. Epiſcopus. 45
ADOLPHVS Colon. Archiepiſcopus, Comes de Monte. 15. 32
ADOLPHVS III. Comes Schauenburg. 59
ADOLPHVS IV. Com. Schauenburg. 139. 140
ADOLPHVS VIII. Com. Schauenburg. 210
ADVOCATIAE officium in Liuonia. 46
ADYA, flumen. 97
AELBERG, mons in Wagria. 1
AGNES, Coniux Alberti I. ducis Saxon 139
AKO, Liuonum ſenior, occiſus. 38
ALBERO Rex, ciuis Bremenſis. 167
ALBERTVS I. Rex. 63
ALBERTVS Archiepiſcopus Magdeburg. 17
ALBERTVS de APELDERN, Canonicus Bremenſis, fit Liuonienſis Epiſcopus 15
eius genealogia materna 213
nauigatio in Liuoniam ab aula Danica adiuuatur. 16
Ykeſkolam ad ſedem ſuam venit. 18
Rigam condere incipit. 20
Cathedram Epiſcopalem Rigam tranſfert. 22
ad oſtium Dunæ Monaſterium Ciſtercienſis Ordinis conſtruit. 22
Fratres Militiæ Chriſti ad Regulam Templariorum inſtituit. 22
Piratis Oſilienſibus erepta ſpolia Danica Lundenſi Archiep. tranſmittit. 25
a Regulo Ruthenorum, Kokenhuſæ habitante, ſalutatur. 33
diſſidium eius cum Ruthenis. 35. 36
Liuoniam ab Imperio recipit. 46
Regulus Kokenhuſanus mediam partem caſtri ſui ei offert in feudum. 47
Fratribus Militiæ Chriſti tertiam partem Liuoniæ dimittit. 48
Wiſſewaldo, Regulo Lettonum, caſtrum Gercike in feudum confert. 63
Tribus Epiſcopis perſuadet iter in Liuoniam. 66
Eſtonibus Epiſcopum præficit. 78
cum Eſtonibus pacem facit. 84
et cum Ruthenis. 35. 86
intereſt Concilio Lateranenſi. 106
Eſtoniam diuidit cum Eſtienſi Epiſcopo et Fratribus Militiæ æquis partibus. 110
fratrem Eſtienſem Epiſcopum facit. 141
colliditur cum Danis. 143
prouocat ad Curiam Romanam. 144
deſtitutus a Pontifice et Imperatore Regi Daniæ cuncta ſubmittit. 147. 148
a Danis Liuoniam recuperat. 152
inueſtitur a Rege Henrico. 201
Dorpatum expugnat. 166 ſeq.
Legatum Sedis Apoſtolicæ aduocat. 171
Oſiliam inſulam occupat 180 ſeq.
obit 183
ALBERTVS II. Bremenſis eccleſiæ ſcholaſticus, Liuonienſis Epiſcopus fit in diſſidio. 183
fit Hiberniæ Primas ibid.
fit Legatus Pontificis in Pruſſia, Liuonia et Ruthenia. 184
fit Epiſcopus Lubecenſis 184
ſubmittit ſe Bremenſi Archiepiſcopo 278
obnititur ſubiectioni ducis Saxoniæ. 259
fit primus Rigenſis Archiepiſcopus. 184
ALBERTVS, Comes de Orlamunda, quem proauum, auum, auiam, patrem, matrem, fratrem et coniugem habuerit. 113. ſeq. 247
pro Rege Daniæ Nordalbingiam adminiſtrat.
audit Comes de Louenburg. 113. 251
Comes Holſatiæ 117. 249
Comes Raceburgenſis. 248
poſſeſſor terræ Wittenborch 247
expeditio eius Liuonica 113. ſeq.
alia contra Oſilienſes 152
prœlio captus in carcerem compingitur. 164
pro ſui liberatione Louenburg tradit 116
a Pontifice abſolutionem petit a ſacramenti religione. 251
ALBERTVS I. Dux Saxoniæ, vocatur dux Saxoniæ de Anhalt. 127
Dux de Berneburch. 139
quia fuit ſine ducatu. 128
expeditio eius Liuonica. 127 ſeq.
expeditio Semigallica. 136 ſeq.
Coniux prior et liberi. 139
expeditio Italica. 140
victoria Bornhouedenſis 140
fit dominus Nordalbingiæ 140. 257 258
reſiſtit Legati Pontificii auſis. 258
Succeſſores feudales nominat ſibi Marchiones Brandenburgicos 141. 259
Coniux poſterior, quæ maſculos heredes enixa eſt. 141
ALDENBVRG in Wagria, portus maris. 3
templum primum conſecratum 59
Cathedra Lubecam tranſlata 2
ALENTAKIA, Eſtoniæ prouincia. 109

ALEXANDER PP. III. habet Concilium. 78
Eſtonum ſalutem cordi habet. 78. 234. 235
ALEXANDER PP. IV. Rigenſem ſedem confirmat Archiepiſcopalem et Metropolitanam. 279
reſcribit ad Rigenſem Archiepiſcopum pro Ottone Aduocato de Luneburg. 265
ALISTE, Aliſtegunde: prouincia. 85
ALNA V. Balduinus.
ALO, filius Viezonis 4
ALOBRANDVS ſacerdos 21. 43
ſit Thoreidenſium Aduocatus. 44. ſeq.
Vngannenſium præco. 51 ſeq.
ANDREAS Lundenſis Archiep. 25. 42. 128. 139
de ANDERTZEN (Tidericus) 225.
ANISPE, locus. 133
ANNO Thoreidenſis 9
ANNONIS villa. 49
ANTINE caſtrum. 64. 100
ANTONIVS Comes de Schauenburg. 212
APELDERN, hodie Apelern, villa in agro Schaumburgico. 16.
APELERN, villa in agro Bremenſi. 16. 222.
APENDERDEN, hodie Abbenthurn, in agro Hoyenſi. 222
ARBORES a Liuonibus pro Diis cultæ. 14
ARIOLVS, paganus ſacerdos. 7
ARNOLDVS Comes de Monte, Nobilis de Iſenburg. 32
ARNOLDVS, frater Militiæ Chriſti. 38. 69. 73.
ARNOLDVS de Holthuſen, oppidanus Hanouerenſis. 225
ARNOLDVS de Meindorf, miles. 23. 27.
ARNSBORCH Schaumburgicum. 210
ASCHERAD, caſtrum ad Dunam. 27. 33 50.
ASSEN, ASSO, Senior Liuonum. 89
ASTIGERWE, ſtagnum. 59. 71 74 108 112
AZO. Senior Liuonum, baptizatur. 18
AZOVIA, vrbs Tanenſis. 151

B.

BALDVINVS de ALNA in Liuoniam mittitur. 183
Curonum ſit Apoſtolus. 267. 268.
Semigallenſis Epiſcopus. 269. 183
BALTHASARI Landgrauio allodium Orlamundenſe in feudum offertur. 117. 252
BANNEROW (Daniel de) V. Daniel.
BAPTISMVM Duna fluuio abluunt. 6
BAPTIZANDI ritus in Oſilia, Fennia et Pomerania. 182
BERCIKE, Birze. Vrbs Samogetiæ. 26
BERENGARIA, Waldemari II. Danorum Regis coniux, moritur. 148
BERNARDVS de Lippia: numeroſa prolis pater. 219.
ex militum duce ſit monachus. 75
ſit Abbas Dunamundenſis. 75
ſit primus Semgalliæ Epiſcopus 122. 132. 175
fungitur vice Rigenſis Epiſcopi. 144
expugnat caſtra Fellin et Palam. 159. 160
memoria eius in Germania. ibid.
BERNARDVS Aduocatus. 88
BERNARDVS Epiſcopus Paderbornenſis 75
BERNARDVS Comes de Dannenberg. 258
BERNARDVS miles de Schehuſen. 23. 27
BERNO Zuirinenſis Epiſcopus. 78
BERNWARDVS Hildenſem. Epiſcopus. 5.
BERTOLDVS Abbas Lucenſis quis? 11
non eſt e familia de Lochaw. ibid.
neque Abbas ſ. Pauli Bremenſis. 142
ſit Liuonienſis Epiſcopus II. 194
conſecrat eccleſiam in Heſede. 204
a barbaris obtruncatur. 13
dies, menſis et annus obitus eius. 13
locus ſepulturæ. 17. 37
BERTOLDVS Fratrum Militiæ in Wenden promagiſter. 59. 64. 68. 74. 88. 92. 110
prælio cadit. 112
BERTOLDVS, filius Cauponis, occiſus. 69
BEVERIN, caſtrum, incenditur. 57. 80 110
BIKISHOVEDE. BEKESHOVEDE. BVXHOVEDEN. BEXHAVEN. villa in agro Bremenſi. 16. 222 226
BLACHI, gens Bulgaris vicina. 151
BLECKINGIA, Scaniæ pars. 23
BODO, miles de Heſede. 204
BORCHARDVS Comes de Aldenburg. 99. 107. 174
BORNHOVEDENSE prælium. 140. 169
BOYCENBVRGVM deſtructum. 163
BREMENSES mercatores orbis Liuonici inuentores. 177
BVXTEHVDE, oppidum. 225

C

CAMPANA Rigenſium bellica. 67
CANVTVS Sueciorum Rex. 10
CANVTVS iunior Rex Daniæ 10. 16
CAROLVS M. prohibet funerum cremationes. 58
CARETHEN, villa. 82. III. 137.
CAVPO, Liuonum Thoreidenſium Senior. 18. 68 70 74 80
Romam ducitur ad Pontificem. 25
Roma redit in Liuoniam. 28
præ-

prœlio cadit. 118
CELLAE ad Muldam fundatio. 245
de CELLA (Friderici) monachi funeſtus exitus. 97
CHRISTIANVS Moguntin. Archiep. 121
CIMBRORVM feminæ gulas laqueo frangunt. 31
CINGVLVM coriaceum barbaris ſecuritatis teſſera. 12
CLEMENS PP. II. Meindorfius? 20
CLEMENS PP. III. Bremenſi confirmat quatuor ſuffraganeos 203
ſpeciatim Ixſcolanenſem. 204
CLERICI e Liuonia fugiunt. 14
CLYPEI Liuonum 67
CAELESTINVS PP. III. V. Clemens.
COLOMANNVS Rex Galliciæ 118
COMOEDIA ſacra 34
COCENHVSA. V. Kukenoys.
COIWA, GOIWA, fluuius. 39. ſeq.
COIWEMVNDA, oſtium huius fluuii. 84
CONCILIVM Lateranenſe Alexandri III. 78
Innocentii III. 94. 106
CONRADVS Comes de Tremonia expeditionem in Liuoniam ſuſcipit. 17
Prœlio ad Bouinas capitur. ib.
in Comitatu Engelberti Colonienſis Archiepiſcopi occiſi vulneratur. ibid.
CONRADVS de Meindorp Vkeſkolam in feudum accipit. 20
inde Miles de Vkeſkola audit 30. 32
CONRADVS Dux Maſſouiæ Militiam inſtituit Liuoniæ Enſiferorum æmulam. 22
CONRADVS Verdenſis Epiſcopus 225
CONRADVS Kolben, Bremenſ. Canon. 56
CORONIA. V. Landeſcrona.
COZZO, locus. 120
CREMATIO mortuorum. 155
a Carolo M. prohibita. 58
CRIWE, Pruſſorum paganorum Archiflamen. 7
CRVCES ligneas magnas Dani per Eſtoniam erigunt. 143
CRVCIS ſanctæ ſignum, vexillum. 136
CVBBESELE, locus in Thoreida, vbi Caupo habitauit. II. 43. 49
parochia vaſtata. 74
CVLDALE, villa. 127
CVRLANDIA, quid veteribus? 24
CVRONVM bella cum Rigenſibus. 65. 66 etc.
CVRONES a Gothis et Teutonicis bello appetiti. 9
CVRONES baptizantur, iura chriſtianorum in ſoluendo tributo et Epiſcopum accipiunt. 268. 184 183

D.

DABREL. Senior terræ Liuonicæ. 39. 71
moritur. 81
caſtrum eius. 88. 90
DACIA pro Dania. 16. et paſſim.
DACIAE Regis auxilium implorant Epiſcopi Liuonienſes. 122
DALEN, villa inſulæ prope Rigam. 4
DANGERVTHE Senior Lituanorum. 62. 92
93
DANIEL Bannerow, vir nobilis. 20
caſtrum Lenewarden in feudum accipit. ibid.
cum colonis de tributo paciſcitur. 43
miles de Lenewarden audit. 52
Kokenhuſam ex inſidiis capit. ibid.
procurator Aduocatiæ 87
DANIEL ſacerdos. 43. 55. 158
DANNENBERG caſtrum, carcer Waldemari II. Regis Daniæ. 163
DANI Pariſiis facti boni *Legiſtæ* et *decretiſtæ*. 44
DANORVM exſcenſus in Eſtonia. 128
in Oſilia. 152
renuntiatio in Liuoniam. ibid.
Legatio ad Legatum Sedis Apoſtolicæ. 173
res in Germania euerſæ. 147
miſſio Damulica. 16
DARBETEN, TARBETEN. V. Dorpatum
DIPLOMATVM fabricatores. 12
etiam in Septemrione- vſus Geographicus. ibid. 23
DODANGEN, locus. 275
DOLE, Senior Lettorum. 80
DOMESNES, promontorium Curonenſe. 65
DOMNES-SVND, fretum maris, Curoniam et Oſiliam interluentis. 24
DORPATVM, Eſtoniæ ciuitas. 81. 161. 101
tentatum a Fratribus Militiæ. 161
fruſtra obſeſſum. 164
captum. 166
vrbs ſit Epiſcopalis. 170
DRVNVALDE, filius Thalibaldi. 100
DRVNWALDVS de Aſtigerwe. 138
DVNA fluius. 3. 4. 6. 11. 18. 53. etc. ad Dunam Cathedralis Rigenſis ſita. 61
DVNAMVNDA clauſtrum ad oſtium Dunæ. 18
22. 53
DVNAMVNDENSIS Abbatia Ciſtercienſis Ordinis. 20

E.

EBBO, Andreæ Lundenſis Archiepiſcopi frater. 42
ECBERTVS de Wolfelbutele. 169
ECCLIPSIS Solis. 7. 46
ELISABETHA, filia Alberti I. Saxoniæ ducis, vxor Adolfi Comitis Holſatiæ. 139
vxor Comitis Brennenſis. 140
ENGELBERTVS de Apeldern, frater Alberti Epiſcopi, Canonicus e Nouo Monaſterio, ordinis ſancti Auguſtini, venit in Liuoniam, et ſit Præpoſitus Cathedralis eccleſiæ Rigenſis. 16. 21
moritur. 61

ENGELBERTVS de Bikiſhouede. 16.223 ſeq.
ENGELBERTVS de Tiſſenhauſen, gener Alberti Epiſcopi et Hermanni fratris. 16.72 169
ENGELBERTVS. Colon. Archiepiſcopus occiditur. 17.164
ENGILNES, promontorium. 65
ENSIFERI. V Gladiferi.
ERMOLDVS Nigellus, monachus et miles. 121
ERICVS Rex Sueciæ, Canuti filius. 115
ERICVS Comes de Schaumburg. 210.212
ERTENEBVRG. 247
ESECO de Dornow. 258
ESEN. 220
ESKILL, Lundenſis Archiepiſcopus. 232
ESTIENSIS Epiſcopus nulli Metropolitano ſubiectus. 238
ESTIENSES Epiſcopi. V. FVLCO. IVLIVS. THEODORICVS. WESSELINVS. TORCHILLVS. HERMANNVS. GODEFRIDVS.
ESTLAND. ESTONIA. 2.7.9.10.76.81
ESTONIAE diuiſio. 109. 110.164
ESTONICA expeditio 42
ESTONVM feritas. 78.153
bella. 69.74.76.98.157.158
ESTONES maritimi. 152
Ruthenos vocant contra Rigenſes. 117.155
ESTONIAE tertia pars Epiſcopo Rigenſi attribuitur. 156
ESTONIAM totam Dani ſibi vindicant. 139 143.175
ESTONES Rigenſibus obſequium ſpondentes. 169
EVERHARDVS, Frater Militiæ Chriſti. 77
EYLARDVS de Dolen. 73

F.

FACVLTATES IV. in Academia Pariſ. 45
FALSTRIA, inſula. 23
FAMILIA Epiſcopi, viri Epiſcopi ſtipendiis militantes. 138
FELLIN, caſtrum: olim Viliende. 118
FEMINAE Lituanicæ, viris orbatæ, laqueis ſibi ſpiritum eripiunt. 31
FIDENTIVS S. R. E. Cardinalis Lundis in eccleſia Cathedrali ſepultus. 105
FLORENTIVS CASSIVS, Abbas Ciſterc. ord. venit in Liuoniam. 56
FRATRES Militiæ ſancti IACOBI ſiue de Spatha in Hiſpania. 22
FRATRES Militiæ Chriſti de GLADIO et CRVCE in Liuonia. 22
tertiam Liuoniæ partem deuictæ nanciſcuntur. 170
FREDELAND, caſtrum Liuonicum, conſtructum a Philippo Raceburgenſi Epiſcopo. 94.97.121.
FREDERICI Dorpatenſis Poſtulati literæ. 257
FRIDEHELMVS Dux. 167
FRIDERICVS Dux Auſtriæ. 139
FRIDERICVS I. Imperator 45.63.113
FRIDERICVS II. Imperator. 63.75
vtitur opera Waldemari II. Daniæ Regis in minuenda Welforum potentia. 147
eumdem Waldemarum captum in ſuam poteſtatem redigere nititur. 263.164
nuptiæ cum filia ducis Saxoniæ a Pontifice interceptæ. 255
FRIDERICVS, Raceburgenſis Epiſcopus, iugum detrectat Alberti I. Ducis Saxoniæ. 259
FRIDERICI de Cella, Ciſtercienſis Ordinis monachi, Martyrium. 97
FRISII ſegetes Liuonum incendunt. 18
Curones vlciſcuntur. 66
FRISIVS (Wickboldus). 70
FRVCTVARIENSE monaſterium. 1
FVLCO, monachus e cella Tricaſſina, fit primus Epiſcopus Eſtonum. 78. 232
Caritati Borealium procerum commendatur. 234

G.

GALICIA, GALACIA regnum quodnam? 118
GALATICVM bellum. ibid.
GARDARIKE: Regnum Gardorum, Holmgardicum: quodnam? 114
GAYDE. 135
GERARDVS Aduocatus. 94.133
GERARDVS, Bremenſis Archiepiſcopus, ſubiectionem poſtulat Rigenſis Epiſcopi. 244
GERBERTVS Comes de Stotle. 220
GERCESLAVS, filius Wlodomiri Ruthenici. 125
GERCIKE, vrbs ad Dunam. 62.85
per dolum inſcenſa et ſpoliata. 95
GERHARDVS II. Bremenſis Archiepiſcopus, Bernardi de Lippia filius. 218.226
GERHARDVS Holſatiæ Comes. 72
GERHARDVS Magnus (Grote). 169
GERHARDVS, Oſnabrugenſis Epiſcopus. 16
GERHARDVS Dapifer. V. Geuehardus.
GERVASIVS Præpoſitus Ebbekſtorp. 257
GERWA, locus. 81. 133 137 144 148 175
GERWANENSES fidem renouant. 133
domantur a Militibus. 161
mulieres fortes. 138
GERWE, prouincia. 111
GERWEDER, nomen viri. 5
GERWINVS, vir ſtrenuus. 55
GETAE, Samogetæ vocantur. 3
GEVEHARDVS Dapifer Alberti Liuonienſis Epiſcopi. 41.46
GEVEHARDVS de Luneburg. 258. idem, qui Magnus.
GESTA, fluuius agri Bremenſis. 222
GINNA, Iena, vrbs Thuringiæ. 246
GLADIFERI vocantur Fratres Militiæ Chriſti; non Enſiferi. 136
Sacerdotes habent ordini adſcriptos. 56
Eorum inſigne Crux cum Gladio. 22
primus Magiſter Vinno proditorie occiditur. 61

GODEFRIDVS de Tiſſenhuſen. 212
eius vxor dimittit duas ſartagines Salis in Mundere. ibid.
GOIWA, Aua fluuius. 39.158
GOIWEMVNDE. V. Coiwemunde. 95
GOSLARIAE Otto IV. Imp. imminet. 17
GOTFRIDVS, malus iudex Thoreidenſium. 48
GOTFRIDVS ſacerdos, armis ſuccinctus et loricatus, vt gigas. 121
Prior de Porta Cæli 142
Lealenſis, poſtea Oſilienſis Epiſcopus. 121. 172
GOTLANDIA inſula. 4.8.9.11.16.24.74
marmorum diues. 105
in diœceſi Lincopenſi. 178
GOTSCHALCVS Comes de Perremunt. 47
GREGORIVS PP. IX. electionem Rigenſis Epiſcopi fouet contra Bremenſes. 183
Legatum in Liuoniam mittit. 269
probationem negatiuæ per ſacramenta taxat. 231
Pruſſorum feritatem depingit. 271
Legatum alium mittit. 272
coniunctionem Gladiferorum cum Teutonicis Militibus confirmat. 274
GREVENALVESHAGEN. Comitis Adolphi Indago. hodie Stadthagen. 209
GROTE. Magnus. Otto et Geuehardus *Magni*, fratres, de Luneburg, Aduocati 169
GVETOMI, forte Suedi. 234
GVILIELMVS, Henrici Leonis filius 72
GVILIELMVS de Sabaudia; Mutinenſis Epiſcopus, poſt Sabinenſis et S. R. E. Cardinalis. 171
Legatus Honorii PP. III. in Liuoniam venit. 171. 172. 270
Circuit Liuoniam et Eſtoniam. 172
Rigæ iudicia habet. 174
Ruthenorum legationibus colitur. ibid.
Liuonos ad Dunam viſitat. 175
Eſtoniam Sedi Apoſtolicæ adiudicat. 175
eamque in fidem recipit. 176
Rigæ Concilium habet. 177
in Gotlandiam diuertit. 178
contra Oſilienſes Crucem prædicat. ibid.
Legatus in Sueciam et Norwegiam fit. 184
obit Lugduni. 172
Epitaphium eius. ibid.
GVLLAND, Gotlandia. 24
GVNCELINVS Comes de Suerin. 163
GVTLAND. 241

H

HAGANOW. Hagenouia in Alſatia. Ibi Fridericum II. Imp. conuenit Albertus Liuonienſis Epiſcopus. 109
HALLANDIA, Scandinauiæ prouincia. 23
HALICZ, Halizia, olim Galicia. 151
HALSINGBVRGVM, latibulum piratarum. 65
HAMALE, locus. 120
HAMBVRGVM in Alberti Orlamundenſis obſequio. 115
HAQVINVS, Norwegiæ Rex. 141
HARDWICVS ſacerdos mactandus per ſortes periculo ſubtrahitur. 155
HARRIA, pars Eſtoniæ, cuius caput Reualia. 83. 109. 175
HARRIONENSIS prouincia. 109
HARRIONENSES, eius incolæ. 136
HARTBERTVS de Yborch 18
HARTWICVS I. Bremenſis Archiepiſcopus, Canonicus adhuc. 45
HARTWICVS II. Brem. Archiep. 5. 15. 226
e genere militarium de Lyd. 213. 214. 217. 218
HEBBI, Aduocati Danici, crudele ſupplicium. 154
HEDEWIGIS, Hermanni, Landgrauii Thuringiæ, filia prioris tori poſt luctam, Alberti Comitis Orlamundani et Nordalbingiæ Coniux. 117
HEINRICVS BVREWIN, dominus de Wendland, venit in Liuoniam et exercitum ducit in Ruthenos. 123
Coniux eius Mathildis, filia Henrici Leonis naturalis. ibid.
HEINRICVS de Lettis, Scholaris Epiſcopi, fit ſacerdos. 52
Philippi Raceburg. interpres. 88
Lettorum Miniſter in Ymera. 143
HEINRICVS Comes de Stumpenhuſen. 32
HELENA, filia Waldemari I. Daniæ Regis. 115
Coniux Guilielmi Luneburg. 16
Mater Ottonis Pueri. 75
Commator ab Iſone Verdenſi Epiſcopo vocata. 75
HELMBERTVS de Mone. 16
HELMOLDVS de Pleſſe 75
HELMOLDVS de Lunenborch. 169
HENRICVS Rex Angliæ. 72
HENRICVS Comes de Anehalt. 139
HENRICVS dux Bauar. et Saxoniæ 3. 45. 72. 169
HENRICVS, eius filius, Legatus ſacri Imperii. 128. 254
HENRICVS VI. Imperator. 5.
HENRICVS, Lubec. Epiſcopus. 106
HENRICVS de Luneburg. 169
HENRICVS Comes de Suerin. 163. 164
HENRICVS de Lutkenburg, Selonienſis Epiſcopus. 175. 184. 275
tranſfertur in ſedem Curonienſem. ibid.
HENRICVS Marchio Miſniæ. 140
HENRICVS Comes de Dannenberg. 258
HERBIPOLITANVM Concilium Ottonis IV. Imperatoris. 75
indictum ab Ottone Cardin. Sedis Apoſtolicæ Legato. 141
HERMANNVS, frater Alberti, Liuonienſis Epiſcopi. 16. 141
Abbas ſancti Pauli Bremenſis. 141
fit Epiſcopus Eſtoniæ Lealenſis. 142
poſt Dorpatenſis primus. 170

inueſtitura ſubleſtæ fidei. 202
HERMANNVS Comes de Orlamunda, pater Alberti. 113. 117
HERMANNVS Comes de Orlamunda, frater Alberti maior natu. 115. 117
diploma eius. 249
HERMANNVS, Thuringiæ Landgrauius, ſocer Alberti Orlamundani. 116. 117
cantoribus delectatur. 34
HERMANNVS de Salza. 183
HERMANNVS de Grumbach. 8
HERMANNVS de Warberch. 259
HERTOGE, cognomen familiæ. 167
HERSEFELDENSE monaſterium. 215
HESEDE, villa. 11. 204
HEVSDORFF, monaſterium. 114. 246
HIERONYMVS de Munchhauſen. 16
HILDEBOLDVS Comes de Roden. 228
HINRICVS, Mindenſis Epiſcopus. 227
HINRICVS de Bikiſhouede, Bremenſis Præpoſitus. 227
HOIERVS de Valkenſtein. 258
HOLM, HOLMIA, inſula cum caſtro in Duna fl. 4. 5. 12. 18. 39. 37. 135.
HOLMGARDICORVM Regum genealogia. 246
HONORIVS PP. III. interdicit ſtudium iuris ciuilis, 45
probationem vulgarem. 91
confirmat initam inter Fridericum II. Imp. et Waldemarum II. Daniæ Regem concordiam ſuper Nordalbingia. 130
verſatur Bari in Campania. 171
meditatur Metropolin Rigenſem 172
dehortatur Bremenſem Archiepiſcopum a moleſtiis, Alberto Liuonienſi Ep. inferendis. 266. 244
ægre fert Ioannis Sueciæ Regis coronationem. 260
reſcribit in cauſa Colomanni Regis Galiciæ. 254
reſcribit pro augendo præconum verbi in Liuonia numero. 261
cordi habet liberationem Waldemari II. Daniæ Regis e carcere. 163
et lytri reſtitutionem. 164
Legatum in Liuoniam mittit. 170
eius literæ fiduciariæ. 265
Ruthenorum Regulos inuitat in gremium eccleſiæ Latinæ. 266
HORDARVM Tartaricarum priſtini incolæ Poloczii. 151
HVAEN inſula in freto Helſingburgico. 23
HVGENHVS, alias Vngannia Eſtoniæ latioris prouincia. 240. 241
HYEMBE, villa. 143

I.

IAROSLAVS, Dorpati conditor. 101
IBVRGVM caſtrum. 18
ICHTERSHVSA, villa ad Erford. 114
INGARIA, INGRIA. Holmgardici regni pars. 114
regni Ruſſici pars. 150
INGEBVRGIS, Waldemari I. Daniæ Regis filia, Philippo Auguſto, Regi Francorum, nupta. 115
INGEGERDIS, Canuti Regis Daniæ filia, Folconi Sueciæ duci nupta. 145. 147
INNOENTIVS PP. III. 9. 19. 121. 130
confirmat Ordinem Militiæ Chriſti. 22
beneficus in Cauponem, Liuonum. 25
promouet expeditiones cruciatas in Liuoniam. 31. 78. 205. 236
confirmat compoſitionem Epiſcopi cum Militibus. 228
commendat Eſtienſem Epiſcopum Saxonibus et Fratribus Militiæ. 236. 237
falſum Legatum S. A. redarguit. 238
Militum priuilegia confirmat. 239
Epiſcopum ad obſeruanda pacta cum Militibus exhortatur. 240
conſentit in Epiſcopum in Saccala et Hugenhus inſtituendum. 240
confirmat Militibus poſſeſſiones Eſtienſes et bona in Gutlandia. 241
dehortatur Epiſcopum a vexatione Neophytorum. 241
dat Militibus Conſeruatores Apoſtolicos 142
ſingularia iura ſtatuit pro Liuonis in gremium Eccleſiæ receptis. 142. 143
Lundenſem Archiepiſcopum iterato Romam ad Concilium vocat. 244
INNOCENTIVS PP. IV. ſuppreſſa fede Selonienſi Semigallorum, diœceſin Rigenſi adiungit. 176
Albertum II. e fede Armaghana tranſlatum in confinia Ruthenorum Legatum mittit. 277
INVESTITVRAE per vexilla aliquot exempla 63
IOANNES de APELDERN, frater Alberti Epiſcopi, primus Dorpatenſis caſtri muros inſcendit. 168. 16
IOANNES, Comes in *Roden* et *Wunſtorp*, cum pluribus filiis. 206. 208. etc.
IOANNES de Dolen. 169
IOANNES de Holthuſen, ciuis Lubecenſis. 225
IOANNES dux Brunſuic. et Luneburg. 72
IOANNES, Pontificis Prolegatus in Eſtonia, confligit cum Danis, Reualiæ relictis. 179
IOANNES, Marchio Brandenburgenſis. 259
IOANNES, miles de Bikiſhouede. 227
IOANNIS Peringſkiöld bullarium Romanum Sueo-Gothicum affectum. 146
IOANNES, Præpoſitus Cathedralis Eccleſiæ Rigenſis. 86. 131. 158
IOANNES, ſacerdos Holmienſis, a ſuis occiditur. 61
fuit Lettus et puer in cœnobio Segebergenſi literis imbutus. 37. 61
IOANNES Strickius, ſacerdos. 49. 97
IOANNES Slamſtorp. 225

IOANNES de Vechten. 26
IOANNES de Wigerdeſten 209
IOANNES van deme Sode, oppidanus Hanouerenſis. 225
IOANNIS Sueciæ Regis expeditio in Rotaliam infauſta. 144 ſq.
IOANNITICI Ordinis Milites. 22
IONAS, Cumanorum Rex. 7
eius ſepultura. ibid.
IORDANVS miles interfectus. 98
Iſenburgum caſtrum ad Ruram. 32
ſedes Comitum ſeu Nobilium. ibid.
Iſſridus Raceburgenſis Epiſcopus. 75
ISO, Verdenſis Epiſcopus. V. Yſo.
IVDICIVM ferri candentis ab Honorio PP. III. ſublatum. 91
IVDITHA, Alberti I. Saxoniæ Ducis filia, Erico Daniæ Regi nupta. 139
IVLIVS num alter Eſtonum Epiſcopus. 78 235
IVRA IMPERATORVM CHRISTIANORVM flagitantur a Liuonis. 44
quænam illa? diſquirit. 44.46
IVRIOWGROD Ruthenis Dorpatum. 101
IVRIS CIVILIS ſtudium in Francia. 45
veſtigia in Germania per ſeculum XII. et XIII. 45.46
corrigitur per decretales. 45
vocatur Ius Cæſareum ſcriptum. 46

K.

KALL. V. Gall.
KAROLI, Epiſcopi Lincopenſis, obtruncatio in Rotalia apud caſtrum Leale. 146
KAROLVS, Oſtrogothiæ dux, cæſus ibidem. 145
KEISER-RECHT quid? 46
Kettis, villa. 148
Keytis, locus forte idem. 161
KIAENEN, KEENEN, KIAENVGARDIA. 196. 114
KIOVIA, Ruthenorum olim metropolis. 151
KIRCHHORST, villa in vicinia. 228
KOKENHVSEN, KVKENOYS, caſtrum Ruthenorum ad Dunam fluuium. 33.36
Alberto Epiſcopo offertur. 47
per inſidias capitur. 52
igni deletur. 53
iuſſu Epiſcopi reſtituitur. ibid.
KVBBESELE. V. Cubbeſale. 172
KYLEGVNDE, regiuncula, parochia ruralis. 164.169
KYMEN, KYMENELF, fluuius Careliæ. 114
KYRANVS, ykeſkolenſis neophytus, cum ſocio Layano, exquiſitis tormentis necatus. 36
KYRIOWANVS baptizatus, quo ritu? 134

L.

LADYSSE, villa. 127
LAMBERTVS, ſecundus Semigalliæ vel Selonienſis Epiſcopus, Bernardi de Lippia ſucceſſor. 175. 172
LANCEAE inuicem miſſæ ſignum induciarum. 12
LANDESCRONA, noua vrbs Scaniæ. 106
LAPPEGVNDE, prouincia. 148
LAVENBVRG. V. Louenburg.
LAVRENTIVS, frater Andreæ, Lundenſis Archiepiſcopi. 42
LAYANVS. V. Kyranus.
LEALE, caſtrum, capitur. 97
eius ſitus. 142
ſedes Epiſcopi, poſtea Oſilienſis dicti. 172
LECTOVIA pro Leſtonia, et hoc pro Lettonia, Lituania, ſcriptum. 4
LEMBITVS, Senior Saccalenſium. 74. 80. 83 97
LENEWARDEN, caſtrum ad Dunam, feudum Banerouii. 20. 27. 33. 50
LENNA fluuius. 32
LETHEGORE; Lethegowe. 74. 121. 157
LETHRA, Regum Daniæ olim ſedes. 23
LETTHI, habitantes in Liuoniæ mediterraneo, humiliores ceteris Liuonis. 56
coniurant contra Fratres Militiæ. 86
Ruſſiæ partem peruagantur. 126
infeſtant Vnganniam. 156
LETGALLI, iidem, qui Letthi, Letti. 36
de Tholowa Ruthenis tributarii. 51
LETTHONES, Letones, Lituani, a Semigallis profligantur. 30. 56
e Lettis funduntur. 48
Lettiam peruagantur. 92
Dunam ſuperantes repelluntur. 93
perſuaſi de altera vita ad manes. 31
certant cum Ruthenis. 132
LIMBVRG (de) Comites. 32
LINDISNES, promontorium. 65
LITVANI ſunt Letthones. 4
LITVANIAE Palatinatus quidam. 3
LIVONES pagani idololatræ. 13
ſuperſtitioſi. 14
humano ſanguine Diis litant. 6
Ruthenorum tributarii. 4. paſſim.
primi ex eis baptizati. 45
per Meinardum ad Chriſtum conuertuntur. 6. 193
cum Teutonicis doloſam pacem faciunt. 18
cum Alberto Epiſcopo reconciliantur. 33
Ruthenos ad expellendos Teutonicos aduocant. 35
duos Neophytos dilaniant. 37
ſacerdotes denique admittunt. 43
loco decimarum certum frumenti modum pendunt. 79
cum Eſtonibus pacem ſeparatam faciunt. 83
LIVONIA vocata Ruthenia. 204
in tres partes diuiſa. 48
Alberto Epiſcopo tota relicta. 86
eius fata enarrata. 200. 201

frequentatur a Teutonicis mercatoribus. 2. 193
in quibus primi Bremenses. 177. 3
LIVTICII. 7
LODHENN, monasterium. 212
LONE, villa in Estonia maritima. 109. 161 139
LONEMA, Lonensis terra. 109
LONECOTTE, villa. 143
LOVENBVRG, castrum ad Albim, Comitis Alberti Orlamundani. 115. 251
LOXTRA. V. Lethra.
LVBECA. 3. 14
LVBECENSES num primi Liuonici portus inuentores? 3. 193
recipiunt Saltwedelenses anno 1273. in sedilia Wisbuensia. 202
LVCCA, monasterium. 10. 11
LVDOLFVS de Munchhausen inuestitur de curia Apeldernensi. 210
LVDOLFVS Magdeburg. Archiepiscopus. 17
LVDOLFVS de Smolensko a Ruthenis Rigam missus. 70
LVDOVICVS I. Thuringiæ Landgrauius. 63
LVDOVICVS sanctus. 140
LVNA fl. agri Bremensis. 222
LVNDINVM Scanorum. 105
de LYD militares Bremenses. 214. 213
LYNDANISSE, LYNDAVIENSE castrum. 161
LYSTRIA, portio Scaniæ olim. 23
LYTTHOE, insula maris Baltici. 163

M.

Made, nomen viri Semigalli. 135
MADELA; castrum. 252
MADEN, villa Hassiaca. 155
MADERHEYDE, ericetum ibidem.
MAGISTER Militiæ Christi primus. 58. 60
MAGNVS, Rex Sueciæ 23
MALABARES. 16
MANIWALDE, locus. 119
MARIANI milites. 22
MARQVARDVS, Comes de Sladem. 67
miles. 68
MARTYRES ykeskolenses. 14
MATER AQVARVM. Embek fluuius. 81. 82. 101. 143. 149
MATHILDIS, Alberti I. Saxoniæ ducis filia, Ottonis Pueri filio primogenito Ottoni desponsata. 140
MAVRITIVS, Aduocatus Fratrum Militiæ Vellinensium, occisus ab Eston. 154
MEDONIS potores Liuoni. 14
Meinardus, Canonicus Segebergensis ordinis Augustiniani. 1. 2. 193
cum mercatoribus in Liuoniam venit. 2
fit Liuoniensis Episcopus. 22. 79. 193
obitus et locus sepulturæ. 4. 10. 37
MEINARDVS miles de Kukenoys interfectus. 98
MEINDORFIORVM nobilis familia. 20
MEINHERVS de Wirbene. 245.
MELLINGHVSEN in terra Hoyensi. 32
MELVKE, Lettus Fratrum Militiæ. 132
MEME, Senior Saccalensis. 74
MEMECVLLE locus. 33
MERCATOR Teutonicus ab hospite occisus, mirabili euentu. 156
MESOTHEN, MESOYTHEN, castrum Semigallorum. 122
expugnatum incenditur. 135
METIMNE castrum. 93
METSEPOLE locus. 43. 47. 71. 74. 76. 81. 157
prouincia spoliata. 121
MIKIST villa. 230
MILITARES hodie genere nobiles 15
MIESCESLAVVS Ruthenorum rex magnus, Kiouiæ habitans. 82
bellum eius Galaticum. 117
prœlio cadit cum Tartaris inito. 151
MOCHA, prouincia. 82. 170
MONA, insula attingens Osiliam. 179
MONE castrum Osiliense. 179
in cinerem redigitur. 181
MONS SANCTI NICOLAI vocatur cœnobium Dunamundense. 22. 240. 241
MORS Floro *speciosa*. 31
MORTVORVM crematio prohibita. 58
MVNDER, oppidum in vicinia, vbi olim salis copia. 212
MVRVMGVNDE, prouincia. 80
MVSSA, fluuius Semigalliæ. 135

N.

Nagata, species monetæ Estonicæ vel Russicæ. 83
NARVA vrbs. 109. 150
NARWIGENSIS portus in Gotlandia. 105
NERONIA, quam ignoro. 105
NICLOTVS maior terræ Obotritorum. 123
NICOLAVS, Slesuicensis Episcopus. 42
bis in Liuoniam venit. 42. 128
NICOLAVS Sacerdos occiditur. 18
NICOLAVS, Waldemari II. Regis Daniæ filius naturalis. 163
Dux Hallandiæ. ibid.
NICOLAVS de Magdeburg, Rigensis ecclesiæ Canonicus, eligitur quartus Rigensis ecclesiæ Episcopus contra Albertum Bremæ consecratum. 183
tertiam terrarum post legati pontificis abitum acquisitarum partem Rigensibus ciuibus adiudicat. 269
moritur. 183
NORMEGVNDE. NVRMEGVNDE. 150. 157
NOVOGARDIAE regnum. 150
NOVOGARDENSES.
NOVVM MONASTERIVM.
NVNNVS, Senior Lettorum [illegible]

O.

OELANDIA, maris B[illegible] [illegible]diæ vicina. 24

di[illegible]

diœcesis Lincopensis. 178
ODEMPE, caput vrsi, castrum Estoniæ latioris. 110. 111.
a Ruthenis capitur. 65
a Teutonicis recuperatur. 68
ab Hermanno, Episcopi Alberti fratre, primo Dorpatensium Episcopo, instauratur, et illustribus Castrensibus munitur. 169
OLDENBVRGENSIS Comes. V. Borchardus de Altenburg.
ORLAMVNDENSES. terræ Landgraiuis Thuringiæ cessere. 117
ORLAMVNDENSIS ecclesia dedicata 194. 246
ORLAMVNDENSIA cetera V. Albertus Comes de Orlamunde.
OSILIA, insula Estonicarum maxima. 24. 65. 42. 76
Estonice *Curresaar* dicta. 24
OSILIENSES piratæ. 65
in conspectu Wisbuensium ab Alberti Episcopi Militibus profligantur 25
OSILIENSES Rigam mari obsident. 99
Lettos inuadunt. 100
ingerunt se bello Estonico. 76
Eremitam in insula Dunæ occidunt. 126
Danos e castro et insula sua expellunt. 153
Estienses ad idem audendum incitant. ibid.
Theodoricum fratrem Episcopi captum, dimittunt. 169
vi ad sacra Christiana amplectenda adiguntur. 179. seq.
OSTRADVS, Vironensis in Estonia Episcopus. 142
OSTROGARD Suecicum, est portus Gotlandiæ insulæ. 105
OSTROGARD Russiæ. 2
est regnum Holmgardicum.
OTTO Cardinalis, Sedis Apostolicæ Legatus, indixit Concilium Wirceburgense. 258
OTTO, Episcopus Monasterienſis, cruce signatus. 66
OTTO, Fratrum Militiæ sacerdos. 97. 102. 107
OTTO Magnus (*Grote*) de Luneburg scilicet Aduocatus. 169. 265
OTTO Marchio Brandenburgensis. 259
OTTO IV. Imperator. 17. 32. 75
nauigat in Angliam. 46
OTTO Puer ab Ilsone, Comite de Wolpe, Episcopo Verdensi e sacro fonte leuatus. 75
primus Dux Brun[illegible] Luneburg. 63
Imperialis insula[illegible]rus 141
[illegible]lium primoge[illegible]it Ottonem, ante patrem d[illegible]
ERBORN[illegible]ilcopu[illegible]s
accingi[illegible]oni L[illegible]56
in Liuoniam venit. 75
e Liuonia recedit. 84
PADYSSE, Padies, locus. 127
PALA fluuius. 80. 148. 157
villa. 120
castrum. 157. 160
PAROCHVS fit primus Lettorum magistratus. 46
PARTHI ab initio dicuntur Tartari. 151
PATRICIARVM familiarum indoles. 209
PAVKE, Senior Lettorum. 80
PEIPVSIENSIS lacus. 81
PETRVS Beneuentanus, collector decretalium Innocentii PP. III. 242
PETRVS Cellensis in vrbe Trecarum, post Remorum Abbas. 232
PETRVS KAKEWALDVS de *Vinlandia*, sacerdos regionarius. 102. 107. 143
PETRVS, Roschildensis Episcopus, Regis Daniæ Cancellarius. 128
PHILIPPVS, Colon. Archiepiscopus. 63
PHILIPPVS Rex Magdeburgi Liuoniam Alberto Episcopo dedisse fertur. 17. 46
PHILIPPVS, Francorum Rex, filiam Regis Daniæ Waldemari I. ducit in matrimonium. 115
PHILIPPVS Raceburgensis Episcopus, ope Alberti Nordalbingiæ Comitis ad insulam promotus, accingitur itineri Liuonico. 115. 230. 247. 66
quare? 84
in Liuoniam venit cum Liuonienſi, Verdenſi et Paderbornenſi Episcopis. 75
post horum discessum in Liuonia permanet. 84
Episcopi Liuonienſis vices cum laude obit. 92
condit vrbem *Fredeland*. 93
redituris laborat inter Osilienses piratas. 102 seq.
liberatus in Gotlandiam defertur. 104
moritur in Neronia. ibid.
eius elogium. ibidem.
PINCERNAE de Winterſteden, S. R. I. Ministeriales. 61
PILTENSIS Episcopatus fundatio falso ad Waldemarum II. Regem Daniæ refertur. 149
Vid. Curonienſis Episcopatus et Henricus de Lutkenborg.
PLANCAE, munitionis genus ligneum. 73. 135
PLESCEKE, PLESKOWE, castrum Russorum Nouogardensium. 3. 84. 126
PLOSCÉKE, castrum Russorum ad Dunam, hodie Lituanicum. 3. 84. 21. 85. 160
PNYDYSSE, villa. 160
POLOCZA hodie, olim Ploscke. 40
POLOCZENSIS Palatinatus. 19
POLOTTA, fluuius, Dunæ se infundens. 19
POLOCZENSIVM seu *Ploscekenſis* Regulus Wlodomirus. 3

POLOWCZI, gens barbara, Tartaris ingruentibus excisa. 151 sq.
PRIBISLAVS, vltimus Obotritorum Regulus, pater Henrici Burewini, domini de Wendland. 123
PROBATIO VVLGARIS a Saxonibus in Livoniam introducta. 91
PRVSSORM religio circa equos. 7
immanis feritas. 271
PVDYMEN, prouincia. 143
PVERI Liuonum obsides Teutonicorum. 18
PVGNA naualis cum Curonibus infausta. 65

R.

RABODO, vir strenuus. 55
RACEBVRGENSEM ecclesiam in tutelam suscipit Innocentius PP. III. 230
eidem priuilegia confirmat Waldemarus II. Danorum Rex, Henrici Leonis et Adriani IV. Pontificis. 262
RAINERIVS, compilator primorum decretalium Innocentii PP. III. 242
RAMEKO, Lettus, filius Thalibaldi. 92. 94. 100. 156
occidit *Waremarum*, Ruthenorum principem. 157
RAVPA, *Ropa*, castrum nobilium de Albediel. 44. 125
REGISSA, Erici Sueciæ Regis Coniux. 115
REVELE, prouincia Estoniæ, ad sinum Fennicum, in qua castrum *Lyndanisse* fuit, pars Harriæ. 129. 147. 12
REVELENSES villæ. 109
REVALIAM hodiernam condunt Dani. 129
REVALIA ab obsidione Estonum liberatur. 156
a Susdaliæ Regis fratre frustra obsidetur. 160
eius primus Episcopus Wesselinus. 172
REYNENEN, villa. 148
RICHARDVS de Tserwist. 259
RIGA, locus ad Dunam fl. 19
in eo ciuitas Riga ædificatur. 20
primorum in eam ciuium immigratio. 21
in eam sedes episcopalis, quæ Ykeskolæ fuerat, transfertur. 22
ecclesia Cathedralis, cum domo Episcopi, incendio hausta. 96
a Curonibus mari obsidetur. 66
ab Osilienfibus obsidetur. 99
Lettones ei exitium minantur. 29
Archiepiscopum nanciscitur. 183. 184
Rigensis Episcopus nulli Metropolitano subiectus. 244
instar Archiepiscopi, Episcopos ordinat. 78
RIGENSES a Lettonibus et Liuonis vexantur. 27
vincunt Holmienses. 37
in Wironiam penetrant. 111
per glaciem excurrunt in Osiliam. 107
Reuelensem prouinciam infestant. 126
castra quædam in ea occupant. 162
tertiam Osiliæ, Curlandiæ et Semigalliæ partem nanciscuntur. 269
cum Curonibus pacisciuntur. 268
RIOLE, castellum. 143
RIPENSIBVS priuilegia confirmat Waldemarus II. Daniæ Rex. 262
ROBERTVS, Abbas Dunamundensis. 249
ROBERTVS Gilbanus, Canonicus. 56
ROBOAM, strenuus miles. 57
RODENPOYS, locus. 30
RODOLPHVS de *Iericbo* in Liuoniam venit. 59
castro Kokenhusano præficitur. 60
in eodem a Lituanicis obsidetur. 66
Legatus in Russiam mittitur. 69
RODOLPHVS, promagister Fratrum Militiæ in Wenden. 87. 133
ad præsentiam Regis Daniæ vocatur. 144
RODOLPHVS de Stotle. 127. 128
ROKEL pro Rotal, Rotalia. 96
ROMA dictat iura. 107. 242. 243
RONNENBERG, arx Episcopi. 5
ROPA. V. Raupa.
ROSSENFELD idem quod Horsefeld 215
ROSVLA, regiuncula. 157
ROTALIA, maritima Estoniæ prouincia. 74. 76. 96
in qua supereft veteris nominis index parochia *Riddalikirik*. 96
inuaditur a Christianis. 107
denique a Suecis. 145
qui omnes ibi trucidantur. 146
ROTMARVS, frater Alberti Episcopi, venit in Liuoniam. 31. 16. 99
Canonicus erat Segebergensis in Wagria. 31
fit primus Ecclesiæ Cathedralis Dorpatensis Præpositus. 170
RVBO, *Rubonis:* Duna fl. 4
RVDOLFVS, Suerinensis Episcopus, detrectat Alberto I. Saxoniæ Duci obsequium. 259
RVGIANORVM paganismus. 7
RVMBVLA. 18. 21
RVMESCHOTTELII. 205 sq.
RVRA, fluuius Westphaliæ. 32
RVSSINVS: RVSCINVS: Senior Lettorum fortissimus. 58. 71. 81
RVSSORVM Regulo Plosckensi Liuones ad Dunam pagani fuerunt tributarii. 3. 4. 26. 195. 85
ipse tributum remittit. 86
Russorum Regulo Nouogardensi Letti de Tholowa in primis fuerunt tributarii. 170
RVTHENIA hinc cismarinis Liuonia audit. 204
RVTHENI a Tartaris maxima clade afficiuntur. 151

pacem cum Rigenſibus renouant. 152
Pleſcouienſes Rigenſibus iunguntur contra Eſtones. 71
Ploſcekenſes Holmiam obſident. 40
iuri ſuo in Liuoniam renuntiant. 86
Pleſcouienſes occupant Odempe. 110
Ropam veniunt. 124
caſtrum Wenden obſident. 125
Dorpato Regulum Veſcekam præficiunt. 161
RVTHENORVM exercitus in Eſtonia. 83
RVTHENI, paganorum tributo contenti, non annituntur paganos ad doctrinam et mores Chriſtianorum informare et traducere. 85

S.

SACCALA, SACCALENSIS prouincia. 48 58. 71. 74. 75. 97. 178
eius caput *Viliende*, hodie *Fellinum*. 72
SACCALANENSES Lettos impugnant. 74
in Liuoniam impreſſionem faciunt. 80
cum Rigenſibus pugnant. 71
imperu Pleſkouiam capiunt. 83
Chriſtianorum amici fiunt. 102. 107
deficientes perdomantur. 120
baptizantur. ibid.
denuo deficientes obſides repoſcunt a Rigenſibus, et recipiunt, et fidem Chriſtianam Rigenſibus remittunt. 155
SACRAMENTA Saxonico iure nimium frequentata. 91
SADEGERWE, villa. 143
SAGAE ſeptemtrionales. 155
SALETSA, locus. 95
SALOMON ſacerdos. 83
SALTZWEDELENSES ad ſedilia Wiſbuenſia Lubccenſium admiſſi. 202
SATTESELE, locus Liuoniæ. 86
SATTESELENSES impugnant Fratres Militiæ in Sigewalde. 87
SAVLEPPE, villa. 139
SAXONES ius ſuum nondum ſcriptum in Liuoniam intulerunt. 46. 91
SCANIAE diuiſio. 23
SCHAVENFORST, caſtrum Thuringiæ. 252
SCHOLAE PARISIENSIS veteris conſtitutio. 45
SEGEBERGA V. Sigeberga.
de SLADEM Comes Marquardus. 67
SLIASWIG, portus maris Baltici. 3
SLITOE, portus in Gotlandia inſula. 105
SMOLENSKO, caſtrum Ruſſorum 70
SELEBVRG, SELONVM caſtrum ad Dunam in ripa Semigallenſi, occupatur a Chriſtianis. 50
denominationem dedit Epiſcopis Semigallenſibus. 175. 122
Horum primus Bernardus. ibid.
ſecundus Lambertus. 175
tertius Balduinus. ibid.
quartus Henricus, cuius tempore Selonienſis Epiſcopatus exſtinctus eſt. 176 275
SELONIENSES Epiſcopi. V. Selcburg
SEMIGALLI pagani, Dunæ vicini. 4. 36
eorum portus. 19
caſtrum princeps Meſothen. 131
Epiſcopus vocatur, *Selonienſis*. 175
Chriſtianis copias offerunt. 29
Lettones cædunt. 56
baptizari poſtulant. 131
pro tertia parte Militiæ Teuton. cedunt. 274
Semlandia mari adita ante Liuoniam. 2. 3
SIFRIDVS, pater Alberti Comitis de Orlamunda. 113. 146
SIGA, fluuius. 1
SIGEBERGA in Wagria. 1. 22
SIGEWALDE. 76. 85 87. 158.
SIGFRIDVS, Rigenſium nuncius. 84
SIGFRIDVS monachus, primus Holmenſium parochus, moritur. 26
SOLGESIN, villa. 148
SOMELINDE, caſtellum. 82
SONTAGANA, caſtrum Eſtiorum. 107
prouincia. 71. 95 149
SOPHIA, mater Alberti Comitis de Orlamunda. 114. 115 247
STECSE, Lituanorum dux. 93
STENDALIENSIS Canoniæ fundator Henricus Marchio. 45
STEPHANVS diaconus, a Ruthenis Rigam miſſus. 36
STHETENSIS Auguſtiniani ordinis conuentus. 61
STETINENSIVM paganorum ſuperſtitio. 7. 12
STRANDWYK, Eſtonia maritima. 139
STRIKIVS. V. Ioannes Strikius.
de STVMPENHVSEN Comes Henricus. 32
SVEDI, *Guetomi*, ſeu potius *Guetonii*, *Gutonii*, iidem qui *Guttones* Plinio. 234
V. HARDVIN. ad PLINII *hiſtor. natural. l. 4. ſect. 28.*
Curones impugnaturi deferuntur in Wironiam, Eſtoniæ prouinciam. 9. 10
exſcenſionem infauſtam faciunt in Eſtonia maritima. 145. 146
ſcriptoribus medii æui deſtituti. ibid.
SVNO de *Knardrup*, pater Andreæ, Lundenſis Archiepiſcopi. 42
SVSDALIA, Ruſſiæ prouincia. 160. 168
SWELGATE, Dux Lituanorum. 29
occiditur. 31
SYDEGVNDE, villa. 43

T.

Tabelinus, neophytus. 134
Tabellinus, Senior Wironenſium. 143
de TANNE, dapifer de Waldburg. 61
TARBATVM, TARBETEN. V. Dorpatum.
TARTARORVM nomen in Germania primo audiri cœptum. 150

TARTARI Ruthenorum Regulos L. occidunt. 151. seq.
TAVESTORVM Fennorum immanitas. 261
TAWASTHVSANA arx, ad quam statua Birgeri conditoris. 146
TEMPLARIORVM ad Regulam adstricti Gladiferi Liuonienses. 22. 239
TEVTONICI Ordinis militum institutendorum quæ occasio? 3
horum vestitus. 8
THALIBALDVS, crudeli modo necatur. 100
THARAPITTA, THARAPILLA, Osilienſium Deus, qui e continenti Estoniæ in insulam volauit. 149. 180. 182 seq.
THEODORICVS, monachus Cistercienſis ordinis, Meinardi primi Episcopi socius. 6
a paganis vexatus. 7
Romam mittitur 9. 19
fit Abbas Dunamundenſis cœnobii. 22. 32
Cauponem, Liuonum Regulum, Romam ducit et reducit. 25. 28
Legatus in Russiam, alios legatos reducit. 35. 36
fit Estonienſis Episcopus. 78
in Germania Colonienſis Archiepiſcopi suffraganeus seu vicarius Episcopus. 122
frustra tentat Saccalenſium conuersionem. 83
in castris Danorum occiditur. 129
elogium et singularia huius viri. ibid.
THEODORICVS, alius Estoniæ Episcopus, scilicet Wironenſis. 256
versatur Hanoueræ. ibid.
THEODORICVS, frater Alberti, Liuonienſis Episcopi. 16. 81. 99. 136
duxit filiam Wlodomiri, Reguli Russorum. 84
verberatus in custodiam ponitur. 88
ab Osilianis e carcere dimittitur. 169
fit Castellanus Odempenſis. ibid.
THEODORICVS Frater Militiæ occisus 158
eius elogium. ibid.
THEODORICVS *Schilling*, de familia Episcopi, occidit Swelgatum, Lituanorum Ducem. 30
THEODORICVS *Brudegam*, occiditur. 26
THEODORICVS Rabbius, sacerdos. 49
THEODORICVS Comes de Wirbene, Alberti Vrſi filius. 245
THIDERICVS de Anderten, oppidanus Hanouerenſis. 225
THIDERICVS Dux *(Hertoge)* Consul Bremenſis. 167
THOLOWA in Lettia. 51
Russis manet tributaria. 170
THOR, Deus Suedorum. 149
THOREIDA, castrum Treyden. 87
prouincia. 6. 8. 39. 47. 81. 157
TIALDANES, promontorium. 65
TISSENHVSEN (de) Engelbertus. 72. 169
Godefridus. 212
TORCHILLVS, Reual. Episcopus. 142
TREIDEN. V. Thoreida
TRICATIA locus et prouincia. 80. 92. 100. 157. 173
TVWINE, villa magna Wironiæ. 133
TYMO Abbas Corbeienſis, Hanoueræ cum ducibus transigit de Aduocatia Huxarenſi. 156

V.

VALVI, quis populus? 150
a Tartaris deleti. 151
eorum sedes. 150. 151
VELLINVM V. Viliende.
VERDENSIS Episcopus Conradus confirmat fundationem altaris. 225
V. Yſo.
VESCEKE Ruthenorum Regulus Kokenhusanus, ad salutandum Episcopum Rigam venit. 33
Episcopo castri suì partem dimidiam offert. 47
a Banerouio captus per Episcopum restituitur. 52
in Kokenhuſam præsidiarios Episcopi admittit. ibid.
quibus trucidatis, castroque incenſo, in Russiam fugit. 53. 60
Dorpato, a Russis occupato, præficitur. 161
ab Episcopis ad deditionem inuitatur. 165
capto per assultum Dorpato, vna cum cc. Ruthenicis militibus occiditur. 168
VESEKE, VESIKE, Senior Liuonum trans Auam fluuium, stans a partibus Episcopi. 88
habitans circa castrum *Fredeland* 121
duxit Liuonos in aciem. 127
VEXILLORVM pompa in feudis porrigendis adhibita. 63
VEXILLVM sancti Petri Leoni Armeniæ Regi missum. 130
VEXILLVM *Danebrog* num de cœlo delapsum? 130
VICELINVS, primus cœnobii Sigebergenſis Præpositus. 2
Altenburgenſis Episcopus. ibid.
VILIENDI, primus e Liuonis Holmienſibus baptizatus. 5
VILIENDE, *Fellinum*, castrum in prouincia Saccalenſi. 83. 97. 118. 71
a Teutonicis expugnatur. 72 73
post decem annos amissum denuo recuperatur. 159
traditur Fratribus Militiæ, qui id munimentis maximis circumdant. 170. 173

VIEWALDVS, Senior Liuonum in Aſcherad. 136

VIEZO, primus e Liuonis ykeſkolenſibus item Holmienſibus, baptizatus. 4. 5.

VINNO, primus Fratrum Militiæ Chriſti Magiſter, in narratione de inſtituto ordine non nominatur. 22

prima eius mentio fit. 58

a proditore occiditur. 60 ſq.

VLDENAGO Holmiæ baptizatus. 5

VLDEWENE, Senior Liuonum Lenewardenſium. 93

VLRICVS Burggrafius de Witin. 16. 128. 258

VNEPEWE, frater Lembiti. 120

VNGANNIA, ONGANNIA prouincia Eſtoniæ latioris. 51. 57. 64. 101. 102

infeſtatur a Lettis. 156

VNGANNENSES impetuntur ob bona mercatorum ablata euntibus a Duna ad Pleſcekowe in vehiculis ſuis. 51. 57

nolunt ſacerdotem admittere. 64

de illa impetitione reſpondent, pacem petentes et baptiſmum. 101. 102

Nouogardiam vſque excurſionem faciunt contra Ruthenos. 110. 111

Epiſcopum nanciſcuntur Dorpatenſem. 169. 170

VOLCHARDVS de Harpenſtede occiſus. 26

VOLQVINVS, ſecundus Magiſter Fratrum Militiæ Chriſti, eligitur. 61

Romam vadit cum Epiſcopo Alberto, ob diuiſionem terrarum. 74

quam Pontifex confirmat. 228. 229

Lettones ſeu Lituanos, Dunam ſuperantes repellit. 93

impreſſionem in Harriam facit. 109

eamdem repetit. 123

aliam in Gerwiam facit. 136. 137

Eſtoniam Rigenſibus vindicat contra Danorum Epiſcopos. 139. 140

Eſtones e Lettia expellit. 158

tertia contentus, Epiſcopis alteras tertias Eſtoniæ dimittit. 164. 156

per glaciem milites in Oſiliam ducit. 179

quærit coniunctionem Militiæ ſuæ cum Militia Teutonicorum. 183

ante coniunctionem prœlio cadit. 184. 274

VRELE, locus. 157

VXKVLL, Noſtro VKESKOLA, caſtrum ad Dunam fluuium, in quo prima Liuonienſis Cathedra Epiſcopi, qui inde *Vkeſkolenſis*, corrupte *Ixſcolanenſis* dictus. 4. 5. 11. 18. 22. 203. 204

Conrado de Meindorp in feudum confertur. 20

de *Vxkull* dicuntur Meindorfius ille et poſteri eius. 30

W.

WADE, Holmienſis Liuonus baptizatur. 5

WAGIA, WAYGA, villa. 101. 143. 149. 170

prouincia. 82. 202

WAISTE, villa. 139

WANE, gener Cauponis, occiſus. 69

WALDEKO, e primis Holmienſibus baptizatus. 5

Waldemarus I. Daniæ Rex, pater plurium filiarum. 113. 114

Waldemarus II. Daniæ Rex, viuente fratre Canuto, audit Dux (Iutiæ). 16

expeditionem ſuſcipit in Oſiliam. 42

legiſlator dictus eſt. 44

Albertum Orlamundanum præficit Nordalbingiæ. 113

Cruce ſignatis in Liuonia promittit auxilium. 122

exſcenſione in Eſtonia facta, caſtrum Revalienſe conſtruit et munit. 129

Eſtones prœlio vincit. 130

ſeque ac regnum tutelæ Pontificis permittit. 147

colliditur cum Alberto Liuonienſi Epiſcopo. 148

qui ei Liuoniam æque ac Eſtoniam reſignat, cum conditione. 148

eius Coniux Berengaria moritur. ibid.

Oſiliam denuo inuadenti, Albertus Epiſcopus cum Militibus præſto eſt. 152

Epiſcopo reſtituit Liuoniam. ibid.

fratrem Epiſcopi e carcere in Eſtoniam pergere iubet. 163. 164

prælio Bornhouedenſi, amiſſo vno oculo, et extra ſenſus poſitus, a milite Teutonico tranſuerſus in equo Kilonem rapitur. 140

Dominus definit eſſe Nordalbingiæ. 163. 262.263

WALDEMARVS, prioris filius, Rex inauguratus patre viuente, capitur vna cum patre et in Saxoniam ducitur. 163

WALDEMARVS, Regii ſanguinis Princeps, Epiſcopus Sleſuicenſis, ob affectatum regnum a Waldemaro II. Rege in carcerem detruditur. 42.105

a Præſulatu Bremenſi quoque reiicitur. 16

Waldemarus II. et III. Holmgardici Reges. 114. 246

WALDIA, caſtrum Oſilienſe ad deditionem adigitur. 181

WARBOLE, caſtrum. 83

WARBOLENSES, Eſtones maritimi. 139.152

WARBLA villa, *Warbla-Kappel*, *Werbel*, parochia maritima. 139

WARDEKE, Lettus, viuus crematus. 57

WARIBVLVS, filius Thalibaldi. 92

WARIDOTE, Senior Lettorum. 57

WARGRIBBE, Lettus. 132.156

WEINALENSES. 37

WENDA vrbs Lettiæ, condita ab hominibus e Windauia Curonum immigrantibus. 44

in ſortem ceſſit Fratribus Militiæ. 56

qui ibi Promagiſtrum habent. 60

tres ibi nationes habitantes a Legato Pontificio viſitantur. 173.174

WERPEL. V. Warbole.

WESSELINVS, Daniæ Regis Capellanus, fit Eſtienſis Reualiæ Epiſcopus. 131 142.172

WESTHARDVS, Semigallorum Dux paganus, copias offert Chriſtianis contra Lettones, qui profligantur. 29.30

denuo Rigenſibus adducit tria millia virorum. 39

cum Chriſtianis contra Lettones pugnans vincitur. 54

ruetur patriam contra impreſſionem Chriſtianorum, qui Duce Alberto Saxonico caſtrum Meſothen occupauerant. 131.136

vocatus a Legato Pontificio, Rigam venit; ſed Chriſtianus fieri detrectat: prædicatorem tamen admittit. 174

WICHMANNVS de familia Epiſcopi. 70

WICKBOLDVS Friſius, miles. 70

WIGBERTVS, Frater Militiæ, Vinonem Magiſtrum doloſe occidit. 60. 61

WINDAVIA Curonum colonos mittit in Lettiam. 44

WINTERSTEDEN V. Pincerna.

WIRCEBVRGI Concilium indictum, 258

WIRONIA, VIRONIA, Eſtoniæ prouincia. 9.37.109.111.175

ad obſequium reducitur. 133. 143. 162. 175

WIRONENSIS Epiſcopus. V. Theodoricus.

WISBY, maris Baltici emporium in Gothandia inſula. 105. 24. 28

ab Henrico Leone priuilegiis ornatum. 3

WISSEWALDVS Ruſſus, ducta vxore Lettonica fit Rex de Gercike. 62

regnum in feudum accipit ab Epiſcopo. 63

Rigæ ſalutat Legatum Pontificium. 174

WITTENBORCH, terræ Suerinenſis. 247

WITTORPII de *Luneburg* audiunt. 169

WIZLAVS, Rugiæ Princeps. 63

WLODOMIR Rex de Ploſceke. moritur. 3. 4 108

WLODOMIR Rex de Pleſceke, a ſuis electus a genero excipitur Rigæ. 84

fit Aduocatus Antinenſis. 91

ydumæorum. 91

abit in Ruſſiam. 93

redit in ydumæam. ibid.

cum tota familia penitus recedit in Ruſſiam. 94

ex-

expugnato caſtro Odempe generum ſuum Theodoricum, fratrem Epiſcopi, obſidem abducit Pleſcouiam. 112

WLODOMIR, *Magnus Rex Moſchouiæ.* 53

WOGENE, Woga fluuius. 36

WOLDE, villa Oſilienſis. 181

WOLTHERVS, Danorum ſacerdos. 143

WOLTHERVS de *Hamerſleue.* 59

WORCEGERWE lacus 81. 82. 173

WORMEGVNDE prouincia. 148

WOTTELE, locus. 119

WYKIA, Eſtonia maritima 109. 181

WYMAR, caſtrum. 117

Y.

YKESKOLA, villa ad Dunam. 4. 9. 11. 18. 47. 60

parochia 22. 26

V. Vxkul.

YLO, e primis Ykeſkolenſibus baptizatus. 4

YMANT, percuſſor Bertoldi Epiſcopi. 13

YMERA fluuius, eique circumiecta terra Lettorum. 51. 69. 74. 157.

YMME, villa. 125

YSENBORG (de Cono) venit in Liuoniam. 32

YSO, e comitibus de Wolpe, Verdenſis Epiſcopus accingitur itineri ſacro. 66

Ottonis IV. Imp. ad obſequium venit. 75

Alberto Liuonienſi Epiſcopo manus fert auxiliatrices. 195

ipſe in Liuoniam venit. 75

Rigæ vna cum collegis Theodorico Eſtienſi Epiſcopo manus impoſuit. 128. 231

e Liuonia reuertitur in Germaniam. 84

eius cetera ſingularia. 75

ERRATA TYPORVM EXSTANTIORA.

Pap.	col.	lin.		lege
2	-	1	MEINARCI.	MEINARDI
3	2	54	ISAC.	ISAAC.
9	1	1	ait, *vterque*	ait vterque,
-	-	10	eis mare	cis mare
-	-	13	lana.	lana
10	2	22	diſtinctioenm	diſtinctionem
11	1	27	Ganderſheimenſes	Ganderſheimenſis
-	2	55	redderetur.	redderetur æqualis.
15	1	1	fuit	fit
-	2	2	Egelbertus	Engelbertus.
28	-	vlt.	deuehebant	deuehebat.
43	-	26	Merſepole	Merſepole
47	1	1	Meinardus	Marquardus
67	-	6	Stadem	Sladem
71	-	5	Dabretus	Dabrelus
75	-	22	velociter	velociter
-	-	25	adducit	abducit
-	1	22	ad	at
81	-	31	tranſeunter	tranſeuntes
84	1	16	Ei	Et
91	2	vlt.	fin. adde	*c. vlt. X. de purgat. vulgar.*
93	-	30	in margine omiſſum	7.
139	2	11	quoque	quæque
147	-	15	Reges	Regis
202			in margine 1173.	1273
211	1	18	lone	loue
-	-	25	nutelet	nu ſelet
224	-	7	viſitatum	vſitatum
245	2	35	iure	vice
-	-	37	hoc	hec
248	2		antepen. teloniam	telonium
257	1	2	viſitarunt	viſitarint
258	2	7	nobiles	nobiles et
263	2	19	veſtras	noſtras
269	-	1	Gregorius III.	Gregorius IX.